nunu p
fidei v
precib

tabula paragraphorum q[ui] in hoc tract[atu] contin[entur]

1 ps. q[uo]d operetur aliq[ui]s in materia probationis.

2 ps. de p[re]sumptione solemni testis extra iudicialis materie [illegible]

v 3 ps. de p[re]sumptione solemnis [illegible] materie iudicialibus.

4 ps. q[uo]d dicatur aliquid in materia p[ro]bationis

4 ps.

5 ps.

TRACTATVS

DE ANTIQVITATIBVS TEMPORVM DN. AYMONIS CRAVETTÆ A SAVILIANO, IVreconsulti clarissimi, & Senatoris Illustrissimi Ducis Ferrariensis.

Quæstio item in vtranque partem super STATVTO FERRARIENSI, de mulierum indemnitatibus.

Quibus D. CRAVETTAE *repetitionem* RVBRICAE DE LEGATIS PRIMO, *quoque adiecimus.*

LVGDVNI,
Apud Antonium de Harsy.
M. D. LXXXI.

AD ILLVSTRISSIMVM DVCEM FERRARIÆ HERCVLEM

Estensem quartum, Operis dedicatio.

***

QVI patria procul, in aliena prouincia agunt, princeps Illustrißime, gaudiis illis placidißimis intermißis, quæ ipsa blanda illa necessariorum atque beneuolorum consuetudo sponte, & largißime profert, hoc moris solennis habent rationem quamcunque petere ineundæ apud Dominum gratiæ: tum quibus præterea rebus aliis inseruiant, ad quos futuras sit vsus. Quibus autem vestigiis ad locum eiusmodi paratioribus conscendat quis, atque muneris vniuscuiuspiam largitione, haud facile video. Cui enim vel beatißimo viro non munera videant? Plane donandi genera infinita, pene dixerim, pro ingenio personarum ac temporum conditione, vt cuique ius est, ita benignum agit. quem mihi fructum in amplissima iuris disciplina longißime inexaustóque negotio peperi, eius ipsius partem in medium nunc affero, & cum nemine quidem non partiar, qui ipse sacrarum legum studio ducitur, sed enim laboris tanti compendium ita commune omnibus facio, vt illius decus & pretium ad integrum sibi excellentia tua eroget. vniuersumque vendicet, mirifice enim principibus adblanditur antiquitas veneranda, idémque ipsum abdicantium rabie (quæ tanti principis iustitia est minime obscura) saluum & incolume præstet. Cui vni tenue hoc opus quidem, sed non otiosum tamen, sacratum esse maxime cupiam, quo scilicet mancipij sui affectus ad eam vel in partem certe compertos habeat. Itaque ipsum munus hoc, quamlibet exile & tenue, a serui manu delatum, non reiectũ esse commiseris: princeps placidißime: at animo sane ita leni facilique, quantulũ illud, excipies, vt crescat interim ad gratiora animus. Vale princeps ter amplißime.

TRA

TRACTATVS DE ANTIQVITATE TEMPORVM, LONGE INSIGNES & Docti, Aymone Crauetta à Sauiliano Iureconsulto clarissimo Authore.

OPERIS PARTITIO.

DIVINO priùs subsidio ex corde inuocato, quia ex diuisione, aut distinctione quæstionum negotium fit clariùs, c. super literis. de rescript. Abbas in cõsi. 96. lib. j. & diuisa seu distincta meliùs intelliguntur. l. j. in princip. iuncta glo. de doli except. §. sed nõ vsque. Insti. de legatis. Iason. in cõsi. 24. lib. j. sed ante Iaso. illa iura citauit glo. in procemio institutio. §. igitur. in verbo, easdẽ institutiones vbi gl. ꝙ partitio, seu diuisio librorũ tria operatur: Animũ legẽtis incitat: mentẽ intelligẽtis præparat: memoriã artificiosè reformat. ideò diuidẽdũ duxi hũc tractatũ Antiquitatis, in quinque partes. In prima parte dicemus, quid dicatur antiquũ in materia probationis. & in hac prima parte in specie dicemus de multis quæstionibus: quomodò, & qualiter probationes leuiores sufficiãt in antiquis. In secũda parte dicemus, quid dicatur antiquũ, aut de antiquo in materia præsumẽdæ solẽnitatis extrinsecæ in actibus iudicialibus: putà in sentẽtia. In tertia parte, quid dicatur antiquũ in materia præsumẽdæ solẽnitatis extrinsecæ in actibus extraiudicialibus: puta in alienationibus bonorũ ecclesiæ, vniuersitatis, & minorũ. In quarta parte quid dicatur de antiquo in materia pręscriptionis tẽporis, cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ. In quinta videbimus q̃d dicatur de antiquo in materia feudali. & singulæ partes suas habebunt quæstiones & declarationes, non inepte accommodatas, & appositas.

ARGVMENTVM.

Quid dicatur antiquũ in materia probationis: tum quæ probationes admittantur in antiquis, & an etiam leues.

SVMMARIVM.

1 *Probationes leuiores sufficiunt in antiquis.*
2 *Antiquum quando quid dicatur in materia probationis.*
3 *Antiquum quando dicatur in materia probationis, pendet ex iudicis arbitrio.*
4 *Antiquum vt quid dicatur, an requiratur tẽpus centũ annorũ.*
5 *Tempus excedens quadraginta annos, licet non dicatur de antiquo in probationibus: tamen facit, vt inde faciliùs habeatur plena probatio.*
6 *Tempus quadraginta annorum, sufficit ad plenam probationẽ, vbi quæstio est leuis præiudicij.*
7 *Verba enuntiatiua emissa propter aliud, probant, in antiquis.*
8 *Verba enuntiatiua in priuilegiis aut rescriptis Principis propter aliud facti alieni emissa, probant.*
9 *Verbis enuntiatiuis Papæ, aut principis, super facto alieno, non creditur. Limit. nu. 10.*
11 *Principis assertioni sup facto tertij, in antiquis, quãdo credatur.*
12 *Principis assertioni super facto sui genitoris, creditur, in antiquis. Idémque iudicium de facto aliorum prædecessorum.*
13 *Principis assertioni super facto alieno, etiam in non antiquis, creditur, vbi agitur de leui præiudicio.*
14 *Principis assertio de facto alieno, inducit præsumptionem.*
15 *Principis assertio super facto alieno, quando probandi onus non transferat in aduersarium.*
16 *Principis assertioni super facto proprio, ex quo eius pendet intentio, an credatur. distinguen.*
17 *Princeps non potest de plenitudine potestatis priuare vasallum feudo sine causa.*
18 *Principis assertioni an credatur, si vasallum feudo priuet causa expressa: ea quidem concernente factum proprium Principis.*
19 *Principi creditur in iis, quæ sunt iuris positiui.*
20 *Principis assertioni contra ius, vel in præiudicium iuris iam quæsiti, non statur.*
21 *Citatio partis requiritur, vbi agitur de interpretatione alicuius actus.*
22 *Papa non potest quid rescribere contra statum vniuersalem ecclesiæ sine causa.*
23 *Principis assertioni in iis, de quibus liberè statuere non potest, an aut quando credatur. & nu. 24.*
25 *Causa in quibus non præsumatur in principe, nisi expressa. & nu. 26. 28. & 29.*

27 Causa

27 *Causa quando præsumatur in iis, quæ princeps sine causa f… non potest.*

30 *Princeps non potest procedere parte non citata, in iis, quæ n… dependent à libera potestate principis.*

31 *Citatio eò instituta est quòd sola causæ expreßio non sufficeret.*

32 *Causa non præsumitur in principe, in iis, de quibus ex arbitrio disponere non potest.*

33 *Princeps iuri alteri quæsito ex contractu vel aliter, de iure gentium derogare non potest.*

34 *Principis aßertioni non credendum, quando in actu suo causam mittit & exprimit.*

36 *Lex dicitur omne, quod in ratione consistit.*

37 *Casus diuersificare non sat est, nisi reddatur ratio diuersitatis.*

38 *Principis potestas circa ius positiuū, tanta est, vt facta etiam ab eo, pro infectis haberi poßint, quò ad omnem iuris effectum.*

39 *Princeps potest derogare statutis municipalibus.*

40 *Princeps consuetudinem tollere potest.*

41 *Consuetudo non valet, per quam ligantur manus superioris: eiúsque edictum potentius est consuetudine.*

42 *Consuetudo, potentiórne statuto.*

43 *Consuetudo, potentior priuilegio. limi. nu* 44.

45 *Princeps rerum naturam mutat in iis, quæ sunt iuris positiui, aut consuetudinis: & de nihilo aliquid facit.*

46 *Principe potentior est ratio naturalis: & ciuilis: eaque ipse ligatur. & nu.* 47.

48 *Princeps licet poßit auferre iura & defensiones iuris ciuilis: potest tamen is, cui auferuntur, implorare iudicis officium latū, & manu regia consequi, quod primæuo iure sibi competebat.*

49 *Princeps ius quæsitum mediante iure ciuili positiuo, sine causa auferre non potest. & nu.* 51. *&* 52.

50 *Iason sibi dißimilis, circa potestatem principis in quæsitis iure ciuili positiuo.*

53 *Princeps potest restituere condemnatum ad audientiam causæ non obstante sententia: tam de iure, quàm de æquitate.*

54 *Princeps ius alij quæsitū ex sua conceßione aut priuilegio, potest tollere: dummodò nō trāsierit in cōtractū absque iniuria, etiā sine causa. nu.* 55. *Secùs si transierit in contractum. nu.* 56.

57 *Iudex duos sales habere debet, sapientiæ, & conscientiæ.*

58 *Iuris quæsiti p additionē hereditatis ex cā, vbi quæstio agitur, nō requiritur, illā causam spectare vtilitatē publicā. limit. nu.* 62.

59 *Patris voluntas legitimandi filium, vnde colligatur eo mortuo.*

CIRCA primam partẽ, non te præterit illud
1 Doctores ferè in ore † habere, ꝙ in antiquis propter difficultatem probationis, probationes leuiores sufficiũt. l. pe. ff. de probat. c. cùm causam. eo. tit. c. veniẽs. j de testib. & latissimè
2 infrà dicemus. Videndũ † est igitur, quãdo aliquid dicatur de antiquo in hac materia probationis: puta vt admittantur testes de auditu, aut credulitate, vt verba enuntiatiua aut fama plenè probent: & cetera id genus similia. In hac difficultate tres fuerunt opiniones. Vna fuit Ant. de But. in d. c. veniens. j. de testib. ꝙ sufficiat tẽpus 40. an. quã opin. sequitur Alex. in consil. 4. ver. potest alius modus seruari. in cõsi. 187. vers. hoc præsupposito. lib. ij. Eandẽ opi. videtur sequi idẽ Alex. in cons. 70. ver. præterea Host. libr. iij. dũ dicit ꝙ ad minus requirũtur 40. an. & idẽ Alex. in consi. 90. ver. ad prædicta bene facit. li. vj. Soc. in consi. 106. lib. iij. vbi dicit ꝙ tẽpus antiquũ in hac materia dicitur, vel quod excedit 40. an. vel cuius memoria non extat in contrariũ: vel ad minus, quãdo non est de facili factum probabile. ¶ Secun
3 da † fuit opinio, ꝙ istud relinquatur arbitrio iudicis, quando tẽpus dicatur de antiquo in materia probationis: quã tenet Ant. de But. in c. quoniã contra. de proba. & idẽ Ant. post Host. in c. illud. de præsumpt. & hanc opinio. sequitur Alex. in d. cons. 4. in consi. 187. lib. ij & in consi. 9. ante fi. ver. nec ob. id quod habetur. lib. iij. & in d. consi. 90. lib. vj. Soc. in consi. 89. ver. præterea ista conclusio. li. j. decis. Neap. 83. ver. item probatur, ꝙ dictæ duæ apothecæ. & istã opi. satis
4 videtur velle Soci. in d. consi. 106. lib. iij. ¶ Tertia † fuit opi. quod requiratur tempus excedẽs metã centũ annorũ. quã opi. final

opi.finaliter tenet Inno.in c.veniens.de verb.signi.& dicũt cõmunẽ Alex.& Moder.in l.cùm aliquis. C.de iure delibe. Idem Alex.in consi.vj.in fi.lib.j.& in cons.208.ver. nec etiã prædictis obstat.lib.ij.in consi.12.in fi. in consi.75.Viii sii. iiij.in consi.89.ver.item posito, quòd probata esset fama. lib.v.in consi.24.& in consi.140.lib.vij.Cor.in consi.35.in fi. & in consi.329.lib.j.Curt.senior in consi.pe. decis.Neapo. decisio.245.Decius in capitul.j.de appellat. in consil.13.in consil.42.& in consil.321.versi.vnde primò non obst. Ias.in d.l.cùm aliquis.in repetit.l.admonendi.nu.209.ff. de iureiurand.in consi.81.& in cons.114.ver.ego tamen non pono. lib.j.in consi.24.lib.iij.& in consil.148.lib.iiij. Curt.iun.in cõsi.17.& in consil.90.Aufrer.in decis.Capel. Tolosa.q.379. Addo vltra Moder.Paul.de Castr.in consi.139.Pro declaratione eius,de quo q̃ritur.ante fin.ver. præterea antiquitas instrumenti.lib.j.Ex † quibus patet hanc vltimã & tertiam opin.esse communẽ,licet Doct.vario modo legantur locuti. In qua etiã difficultate Deci. variauit in consi.595. ver. iiij.accedit.vbi, ꝙ tempus 90.an. dicitur de antiquo. Placet tamen opinio Dec.in d.cap.j.de appe.vbi dicit, ꝙ licet tẽpus excedens 40.an.nõ dicatur de antiquo in hac materia probationis,vt admittatur probatio leuior,q̃ sufficit in antiquis:operabitur tamẽ tale tẽpus,vt facilius habeatur plena probatio:ideo licet verba enuntiatiua aut fama non plenè probent post tẽpus 40.an.probabunt tamen aliquid plus,quàm semiplenè.& adiicit istud velle Fulgo. in consi. 154.Quoniã plurima. Negari enim non potest, quin post tale tempus dicatur res difficilioris probationis:ob id ratione difficultatis, relaxari aliquid debet de necessitate probandi.argumen.l.filium eum definimus.ff.de iis, qui sunt sui,vel alie.iu.l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re mili. l.consensu.C.de repud.¶ Putarem etiam vltra † Dec.quòd 6 istud tempus 40.annorum sufficeret ad plenam probationem,vbi non ageretur de graui præiudicio, non dico de ita modico,in quo etiam in facto de recẽti probatio aliàs imperfecta admitteretur: sed quando præiudicium esset alicuius considerationis, non tamen multũ graue. Quod totũ in arbitrio iudicis videtur positũ.¶ Viso quid dicatur de antiquo in materia probationis, sequitur videre, quomodò,& qualiter probationes leuiores sufficiunt in antiquis.Principiò videam⁹ de verbis enũtiatiuis emissis pro-

7 pter aliud an probent in antiquis. Nã † vbi non ſumus in antiquis, clarum eſt, ꝙ talia verba non probant.l. non nudis.& l.nõ epiſtolis.C.de proba.l.ex his verbis.vbi Moder. C.de teſt.mil.c.ſi Papa.de priui.lib.vj.gl.in l.vnic.C.quãdo non per.par.In antiquis autẽ dicitur, ꝙ probãt gl.& doct. in c.cum olim.in gl.j.de cenſib. Ant.de But.& Doct.in c.ſi. de ſucceſ.ab inteſt.Bal.& Doct.in l.cũ aliquis.C.de iur.delib.Alex.in conſi.12.in conſi.74.lib.iiij.& in conſil.90.libro
8 vj.Iaſon in conſil.24.libr.iij. Quod † procedit non ſolũ in verbis enuntiatiuis priuatorũ contrahentiũ, ſed etiam in priuilegiis aut reſcriptis principis:in quibus verba enũtiatiua etiã facti alieni, emiſſa propter aliud, probant in antiquis.Domini.in d.c.ſi Papa.de priuil.lib.vj. Alex.in cõſil. vj.lib.j.& in conſi.15.lib.v.Dec.in cõſi.146.verſ.v. prædicta concluſio.& in conſ.152.Iaſ.in conſi.65.lib.iij.¶ Vbi autem
9 † non eſſemus in antiquis, non creditur verbis enuntiatiuis Papę aut principis ſuper facto alieno, etiam ꝙ ſuper tali facto alieno fundetur intentio reſcribentis. Ant.de But. & Ioan.de Imo.in cle.j.de proba.quod dictum refert, & ſequitur Alex.in conſi.112.ver.accedit ad confirmationẽ prędictorum.lib.vij.Idem tenet Aret.in c.cùm à nobis. de teſtib.& in conſi.163.Sicut Ioannes.verſi.ij.ratio Dec.in cõſ. 198.cõſ.dcij.& in cõſ.dcvj.Iaſ.in cõſi.34. & in cõſil.72.in fi. lib.j.Addo Cald.in conſi.2.in fin.in tit. de priuil vbi dicit ꝙ tex.in d.cle.j.de proba.non procedit, niſi narratio reſpiciat factum proprium ipſius narrantis. Idem tenet Corn. in conſi.31.libr.iij.vbi, quãdo agitur de graui præiudicio, non creditur aſſertioni Papæ, etiam in qua fundatur eius intentio, niſi aſſerat ſeu reſcribat de facto ſuo proprio.

10 ¶ Sed iſtud † dictum recipit plures limitationes, & declarationes. Et primò, verbis enuntiatiuis aut aſſertioni principis ſuper facto alieno, & nõ antiquo, videtur credendũ, quando Papa, aut princeps reſcribit, aut aliquid concedit motu proprio, & ſuper tali aſſertione eius fundatur intentio. nam tunc videtur ita enuntiare, & aſſerere, tanquã informatus de facti veritate. argu.clem.ſi ſummus Põtifex. de ſententia excommunic.ita Socin.in conſi.266.verſicu. ſed tamen ad præmiſſa. libr. ij.Idem tenet Alexan.in cõſil. 112.verſic.accedit ad confirmationem.lib.vij. Aret.in cõſi. 23.verſic.eſt enim ſciendum. & nouiſſimè Rebuffus.ſuper Concord.in tit.de ſubla.cle.literis. Sed intellige iſtam limi-

tationem

tationem in facto alieno gesto coram ipso principe, secùs si non coram eo: quia tunc indistinctè sibi nõ creditur. ita Aret. in dicto consi. 23. faceret tamen præsumptionem talis assertio Socin. in dicto consi. 266. ¶ Secundò, nõ † procedit 11
præmissa conclusio, quòd non credatur assertioni principis super facto tertij in non antiquis, quando assereret se fuisse informatum de tali facto alieno. Imol. in d. clemen. j. de probatio. Ange. in consi. 368. Serenissimus. Socin. in d. consi. 266 ver. cõfirmatur, quia ex narratione. lib. ij. Corn. in consi. 312. libro primo. Sed cõtrarium in hoc tenet Dec. in consi. 544. Sed dictum Dec. procedit in iis, quæ non dependent à potestate principis: putà quia testificetur in causa eius propria, & pro eius interesse in præiudicium tertij, de quo latius infrà dicam. & idem dicit Dec. in consil. 576. in fin. & in consi 606. ¶ Tertiò, non † procedit dicta con- 12
clusio, quando princeps assereret factũ sui genitoris: quia præsumitur, quòd informatus ita asseruerit. Ang. in dicto consi. 368. idem de facto aliorum prædecessorum. Card. in d. cle. j. in ix. q. & ibi Io. de Imo. vbi refert Landinum idem tenentẽ. idẽ sequitur Ias. in cõsil. 65. in fin. lib. iij. ¶ Quartò procedit, vbi † agitur de leui præiudicio: nam tunc credi- 13
ditur assertioni principis super facto alieno, etiam in non antiquis. Aret. in dicto consi. 63. Sicut Ioannes. versi. ij. ratio. Corn. in consil. 22. lib. iij. ¶ † Quintò præmissa conclu 14
sio, procedit respectu plenæ probationis, nõ respectu præsumptionis: quia assertio principis de facto alieno, inducit præsumptionem, licet non plenam probationem in nõ antiquis: quæ præsumptio transfert onus probandi in aduersarium. Ang. in d. consi. 368. Roman. in consil. 369. in ix. dubio. Paul. de Castro in consil. 414. In facto præsenti. & in consi. 438. In quæstione quæ vertitur inter rectorem. circa finem. lib. j. Socin. in dicto consi. 266. vers. sed tamen ad præmissa. Alex. in dicto consi. 15. lib. v. Ias. in consil. 34. libro j. in consilio 65. & in consilio 86. libro tertio. quòd procedit, licet princeps loquatur per verba generalia, & incerta. Baldus in consilio 318. quæritur, si rex. libro primo. ¶ Quod
† tamen non videtur procedere, quando assertio princi- 15
pis esset super eo, quod verisimiliter ignoraret: quia tunc non transfertur onus probandi in aduersarium. ita Bald. in consilio 359. proponitur. libro primo.

¶ Sed quæro, † iuxta prædicta, quando Papa, aut princeps 16

aliquid asseritin facto eius proprio, super quo fundatur eius intentio, an indistinctè credatur tali assertioni: & sic an indistinctè procedat textus in clementina prima, de probationib? Dic, quòd nõ: solùm enim procedit in iis quæ dependent à potestate principis. secùs in aliis: putà, princeps non potest priuare vasallum feudo sinecausa, & sine eius culpa. capitul. j. de feudo sine culpa non amitten. ca. j. de nat. feudi. in vsib. feud. Bal. in consi. 326. Rex Romanorum. in consilio 345. Ad euidentiam, præmittendum est, quòd Imperator. lib. j. & in consilio 182. Casus talis est, Rex Cypri. versic. prætereà, quid plura. lib. ij. Paul. de Cast. in consilio 229. Visis & ponderatis. libro j. & in consil. 46. Viso, & examinato puncto. ad fin. libr. ij. Abbas in consilio 3. quæstion. xix. libro ij. Socin. in consilio 38. libro iiij. Alexander in consil. 203. versicul. iiij. quia. libro sexto. Decius in consilio 410. in consi. 445. & in consilio 544. Iason in consilio 177. in consilio 227. in consilio 233. libro ij. in consi. 86. & in consilio 93. libro iij. & in l. si pecuniam. ff. de conditio. caus. dat. Curtius iun. in secunda parte tractat. feud. quæst. 12. & in consil. j. Goza. in consil. 9. & in consilio 26. Alexandri. in consilio 103. in vltimo dubio. in qua tamen re Soci. fuit sibi contrarius. & contrarium tenuit in consi. 87. vers. postremò ista cõclusio. lib. iij. Dec. etiã visus est sibi cõtrarius in cõsi. 397. ver. v. quia ius quæsitũ. Ias. etiã fuit sibi cõtrarius in consi. 236. ver. pro eadem parte. lib. ij. & in consil. 107. lib. iiij. similiter Goza. fuit sibi contrarius in consil. 8.
17 & in consi. 92. ¶ Sed tamen † vera & cõmunis Doct. resolutio est, quòd vasallus non potest priuari feudo sine causa, etiã de plenitudine potestatis: quia feudũ dicitur contractus nominatus. c. de forma. xxij. q. v. Abb. & Docto. in ca. quæ in ecclesiarũ. de constit. sed princeps subiicitur cõtractibus. c. j. vbi latè Moder. de probat. ¶ Hoc igitur ita præ-
18 supposito, ꝙ princeps † de plenitudine potestatis nõ potest priuare vasallum feudo sine causa. pone, ꝙ princeps eum priuet, & in priuatione causam exprimat: quæ si vera sit, sufficiens dicitur ad priuandũ, an credatur assertioni principis, aut eius verbis enũtiatiuis super tali causa, etiam, ꝙ illa causa cõcernat factũ propriũ ipsius principis, & super ea principis priuãtis fundetur intẽtio? Dic, ꝙ non, nam cũ priuatio non dependeat ab eius potestate, standum non videtur eius assertioni, cũ agatur de interesse ipsius prin-
cipis, &

cipis,& esset testis in causa propria. Abb.in d.consi.3.q.27. lib.ij.Baldus in dict.cons.326.Rex Romanorum.ad fin.lib. primo.Socin.in consil.273.libro ij. Dec.post Felin.in c.quæ in ecclesiarum.versi.sed circa istam conclusionem. de constitutio.in d.cons.410.versicul.tertio principaliter. in consi. 445.in consilio 544.in consil. 57.in consilio 602.vbi latè. & in consilio 606.Ias.in cons.86.libro ij. Campesius inter consilia Bruni Astensis.in consilio 2. versiculo confirmari possunt. Gozad.in consilio 26. Ripa.libro ij. respon. de rescript.c.19.versicul.& si fortè dicatur in Papa. Idem sentit Dec.in con.341.dum allegat l.si fortè.ff.de castren. pecu.&
dũ dicit,ꝙ † statur assertioni principis in iis,quę sunt iuris 19
positiui. ergo contrarium sentit in iis, quæ non sunt iuris positiui:prout est cõtractus feud.Idem tenet glos.pragm. Sanct.in titu.de elect.§.decreuit in verbo exprimenda.Rebuf.super Concor.in titu.de subla.cle.literis. Addo Oldra. in cons.270.In q.proposita.in ij.dubio.vbi,quòd non tenetur quis credere assertioni principis, quòd castrũ ad eum pertineat,nisi aliter doceatur. Loquitur autem Oldr.in casu cuiusdã domini armarij de Pictauia, cui princeps Delphinus præceperat,vt castrũ de Rupe & Clariaci sibi restitueret,tanquã ad ipsum Delphinum pertinens.idem tenet Anch.in cons.398.Præmitto.in fin.vbi,quòd tex.in d.clem.
vnic.de prob.non procedit,quando † princeps aliquid asse 20
rit contra iura:vel in præiudicium iuris iam quæsiti, & sic qua ratione non potest princeps tollerare ius alteri quæsitum ex contractu,eadem eius assertioni per quã tale ius tolleretur credi non debet,quia in effectu esset per indirectum tollere ius alteri quęsitum,exprimẽdo causam,quę, si vera sit,sufficiat ad illud tollendũ,& quòd tex.in d.clem. vnic.non procedat,quando ageretur de auferendo dominium directum vel vtile quæsitũ ex contractu,tradit Paulus de Cast.in con.46.Viso & examinato puncto.in fin.lib. ij.& ista consilia Ancha.& Paul. de Castr.refert,& sequitur Deci.in consil.198.versi.item & tertiò dici potest declaratione.in consilio 220.ante fin.in consilio 357. versiculo nec obstare videtur. & in consilio 576.in fin. Goza.in consi.v. glossa pragma.in titulo de subla.clementinis literis.in ver
bo,non præiudicent.folio 200.Idem † in effectu voluit A- 21
lexander in consilio 11.versiculo tertio respondeo.libr.vij. vbi quando non agitur de declaratione alicuius verbi obscuri

ſcuri,ſed de interpretatiõe actus,requiritur partis citatio. Ecce,quã apertè vult Alexander,quòd vbi agitur de præiu dicio tertij,reſpectu iuris iam quæſiti, nõ poteſt princeps talem interpretationẽ facere, parte non vocata.Ergo mul tò minùs ſtabitur eius aſſertioni, quæ non tendit ad interpretandum,ſed ad præiudicandum directò & immediatè. Ad idẽ adduco Rom.in cõſ.483.In ij.dubio.& in conſ.499.
22 verſ.& ſi dicatur.vbi, † quando Papa reſcribit contra vniuerſalem eccleſiæ ſtatũ,neceſſe eſt cauſam exprimi,& probari,cùm ſine cauſa id facere non poſſit. ¶Contrariã opi-
23 nionem, quòd imò † credatur aſſertioni principis, etiã in iis,ſuper quibus libere diſponere non poteſt, purà in iure quæſito ex contractu, tenet Baldus in conſilio 328.quæritur,ſi Rex.libro j.Socin.in conſ.iiij.& in conſilio 87.lib.iij. Nam in caſu Socin.agebatur de dando feudum vni,& tollendo alteri.& loquitur in d.con.iiij.in principe Sabaudiæ. & in dict.conſil.87.loquitur in Imperatore iudicante aliquem rebellem,& dignum priuatione feudi. Idẽ tenet Ia-
24 ſon ſibi contrarius in conſ.227.in fi. lib.ij.vbi loquitur † in donatione facta de vna villa ob benemerita per ducem Sabaudiæ,quam ſine cauſa facere non poterat in præiudiciũ tertij.& conſuluit Iaſon in eodem caſu,ſuper quo cõſuluit Socin.in d.conſ.iiij.lib. iij.Eandem opinionem ſentit idem Iaſon in l.quò minùs.in iij.notab.ff.de flumi. & in l.ſi teſta mentum.in j.notabil.C.de teſtamen. vbi, quòd in iis, quæ
25 ſunt de iure gentiũ, & † ſuper quibus princeps liberè diſponere non poteſt,non præſumitur cauſa in principe, niſi
26 illa exprimatur. ¶Fortiùs † voluit idem Iaſon in d.conſil. 227.libro ij.quòd præſumitur cauſa in principe, etiã quãdo actum ſine cauſa facere non poteſt.& idem tenet Iaſon in conſilio 236.libro ij.contrariando iis, quæ legendo dixerat in d.l.quominùs.ff.de flum.& in d.l. ſi teſtamentum. in dicto conſ.86.lib.iij.in conſil.105.ver.ſecundò reſpondetur.libro primo.Idem tenet Roma.in conſil.369.in quinto dubio.Alexand.in conſi.203.verſiculo ſexto, quia.libro vj.
27 Vbi tamen Alex.hoc dictum reſtringit in principe non recognoſcente ſuperiorem.Et idem quòd † præſumatur cauſa in principe,etiã in iis,quæ ſine cauſa facere non poteſt: puta,ſi Papa reſcribat contra ius diuinum: tenet Abb. in conſil.84.libro primo.ſequendo Cyn.in l.fin.C ſi cont.ius, vel vtil.publ.Idem voluit Soc.in conſ.266.verſ.aliquando,

& ſecun

& secundò lib.ij.in consi.iiij.& in consil.120.versic.nam aduertendum est.lib.iij. vbi tamen Socin. hoc intelligit, qñ causa iusta presumi,aut imaginari potest.sequendo Imol. in c. nam concupiscentiam.de constitut.in antiq.licet contrarium teneat idem Soci.in cons.273.lib.ij.Imolam etiam sequitur Iason in consil. 233.in fin. lib.ij. Curtius Iunior in consil.170.Similiter Brunus Astensis, in consil.15.sequitur Iasonem in dicta l.si testamentum.quòd in principe † non 28
præsumatur causa in iis, quæ sunt de iure diuino aut iuregentium,nisi causa exprimatur. Vult igitur quòd sufficiat expressio sine citatione. Quid tenendum in tanta varietate,& difficultate? Mihi magis placet opinio,† quòd non so 29
lùm non præsumatur causa iusta in principe in iis de quibus ad arbitrium disponere non potest: imò nec etiã credatur eius assertioni, nisi causam exprimat. per rationes suprà adductas pro hac parte. & ista opinio est conformis iuri diuino.Ioan.c.viij.vbi Christus noluit, quòd sibi crederetur,sed voluit se conformare legi diuinæ dicenti,ꝙ in ore duorum vel trium stet omne verbum. Similiter Deus noluit punire peccata Sodomorum,nisi prius eos conuinceret,tanquàm iudex,licet tanquã Deus omnia sciret.ca. Deus omnipotens.ij.q.j.& ita arguit glo.pragma.Sanct.in tit.de subbla.clem.literis in verbo:non preiudicẽt.fol.200.
¶ Cõfirmatur † ista cõclusio ex alia vera & cõmuni conclu 30
sione,quæ habet,ꝙ in his,quæ non dependent à libera potestate principis,prout sunt cõtractus,& vbi agitur de priuando aliquẽ iure quæsito sine causa,non põt princeps ꝓcedere parte nõ citata.Socin.in cons.16.vers.Et posset fortè contraria opinio sustineri.in cons.266.vers.sextus,& vltimus casus.lib.ij.in cons.27.in consi. 59.versic. sextò & vltimò.in consilio 63.in consilio 87. in sexta difficultate. & in consilio 120. lib.iij.Dec.in cons.498.ad fin.& in cõsilio 528. & dixi in consilio quinto.modò si posset princeps† priua- 31
re vasallum,aut alicui auferre ius quæsitum, de iure gentium,exprimendo causam priuationis in rescripto,& eam non probando ,sequeretur quòd posset procedere contra aliquem non citatum. Quorsum enim citatione opus sit, si sola causæ expressio sufficiat? ¶ Rursus † pro ista opi- 32
nione adduco illam conclusionem Doctor.magis communiter approbatam, quod in his, de quibus princeps ad arbitrium disponere non potest, causa in principe

non

non præſumitur. quam opinionem firmat Baldus in conſ. 326. Rex Romanorum. in fin. lib. j. Abb. in d. conſil. iij. q. 27. lib. ij Iaſ. in d. l. quominùs. in iij notab. ff. de fluminib. in d. l. ſi teſtamentũ. in primo notab. C. de teſtamẽt. in conſ. 105. verſicu. ſecundò reſpondetur. lib. j. & in conſ. 234. lib. ij. Socin. in d. conſ. 272. lib. ij. in d. conſ. 38. lib. iiij. Idem Soci. poſt Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. verſ. circa tertiũ. ff. de liber. & poſth & idem Soc. inter con. Curt. Senio. in con. 20. verſ. confirmatur, quia Curti. Senior in conſ. 50. verſicu. ſecunda concluſio. Gozad. in conſilio 26. Neuizanus aliâs collega, dum viueret, & vicinus meus Taurini, inter conſilia Bruni Aſtenſis, in conſil. 12. vbi allegat Claudium de Aquis, in l. vt vim. ff. de iuſtitia, & iure. vbi, quòd hoc procedit, licet vtatur princeps clauſula de plenitudine poteſtatis. Modernior. in d. c. quæ in eccleſiarum. poſt Abb. ibi de conſtitu. Veniamus modò † ad rationem huius concluſio-
33 nis. Certè non alia eſt, niſi quòd princeps iuri quæſito ex contractu vel aliter de iure gentiũ derogare, aut illud tol-
34 lere non poteſt ſine cauſa, ita arguunt doctor. Sed iſta † ratio æquè militat etiam, quando princeps in actu ſuo cauſam inſerit & exprimit. q̃d ſicut ius ita quæſitũ ſine cauſa auferre non poteſt: ita de tali cauſa eius aſſertioni credi non debeat. aliâs per indirectum auferri poſſet ius quæ-
35 ſitum, exprimendo cauſam. Itaq; cùm militet eadem † ratio in expreſſione cauſæ, militare debet iuris diſpoſitio. vulg. l illud. ff. ad legem Aquil. l. à Titio. vbi latè Moder. ff. de verb. oblig. Vbi enim ratio eſt eadem, non dicitur diſpoſitio extendi, ſed enucleari. l. ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauit. ff. de adulter. quem tex. ad hoc citat Oldra. in conſi. 185. Thema tale eſt, Titius canonicus. in fi. ¶ Alibi ſcribit Cal-
36 de. † in conſ. j. in tit. vt lit. pendẽ. quòd vbi eſt eadem ratio, non dicitur quis extẽdẽdo nouũ caſum addere, ſed quod in primo caſu in ratione includebatur: ſecundum æquitatem detegere ſiue declarare quia lex dicitur omne, quod in ratione conſiſtit. cap. conſuetudo. j. diſtinct. ergo vbi habet locum legis ratio, circa id prodita dici debet lex. ¶ Alibi ſcribit idem Calder. in conſ. j. in tit. de regular. quòd ratio dicitur lex communis, ad omnes caſus: ideò non inſpicitur diſpoſitio, an in ea ſit idem caſus vel non, ſed ratio
37 tantũ conſideratur. Et iſtud † eſt quod voluit gloſſ. in l. ſed & ſi lege. §. item, ſi rem diſtraxerit. ff. de petit. hered. quòd

no 1

non sufficit diuersificare casus, nisi reddatur ratio diuersitatis. Idē dicit Dec.in cons.35.vers.nec obstant plura. Et profectò nescio videre rationē diuersitatis, cur magis non præsumatur causa in principe quàm quòd non credatur eius assertioni super causa: & cùm istud sit introductum de iure diuino, quòd nemini credatur in causa propria, sed in ore duorum vel trium stet omne verbũ. istud ius diuinum non legitur dispensatum aut relaxatum cum principe, vt sit testis in causa propria. Ideò dicit Bal.in cons.464.quædam scriptura.libr.j. quòd non creditur scripturæ factæ à principe pro se. ¶Et si dicatur† non esse disputandum de 38
potestate principis.l.ij.C.de crim.sacrileg.c.si quis suadente.§.committunt.17.q.iiij. Et qui disputat de potestate principis, facit se superiorem, vel parem principi, & ponit sedem suā ab Aquilone, tentando esse similis altissimo. Bal. in consil.359. Proponitur, quòd inter agnatos.lib.j. Respondetur istud procedere in iis, quæ sunt iuris positiui: nam princeps est suprà ius positiuũ, & illud tollere potest etiā sine causa idque de plenitudine potestatis.l.princeps.ff.de legib.l.digna vox.C.eod.tit.c.proposuit.de concess.præb. c.j.de transact.c.j.de constitut.lib.vj.& cap.fi.de rescrip.lib. vj. Et dicit Innoc.in ca.cùm ad monasterium. de stat.regu. quòd princeps potest etiā sine causa dispensare contra constitutionem suam. Et tanta est potestas principis circa ius positiuum, vt facta haberi possint pro infectis. quò ad omnem iuris effectum. textus est iuncta glos. singulari in cle. j.de immunitat. ecclesiar. Abb.in cons.74.versic.his pręmissis.& in cons.99. lib.j. Ideò †princeps potest derogare sta- 39
tutis municipalibus: qui dicuntur ius positiuum. Bald.in consilio 187.in causa præsenti.versicu. Sed quid ponamus. lib.ij. quod procedit, etiam in statuto iurato: licet secùs in pacto. Abb.in c.constitutus. de rescript. Gozadin.in consil. 70.versic.secundo casu.sed aduerte, quòd si statutum esset iuratum ab ipso principe, secus esset. ¶Similiter† consue- 40
tudo dicitur in potestate principis. quia dicitur ius ciuile tacitum.l.iij.§.diuus. ff.de sepul.viol.l.eos, qui.C.de vsur. Bal.in con.398.Si princeps.in cons.401. super eod. & latiùs in cons.430.circa primum punctum.in fin.lib.iiij. alibi scribit idē Bal.in auth.nauigia.C.de fur.& in auth. omnes peregrini.C.commu.de suc.per illa iura, ꝙ cōsuetudo potest cassari per legē Imperatoris, quo casu post talē cassationem

nẽ nõ excusat delinquẽtem. Quòd autẽ cõsuetudo à principe tolli possit, tradit Old. in cõs. cxvij. Bonæ memoriæ. & in cõs. 322. Attẽto themate. ob id † cõsuetudo nõ valet per
41 quã ligãtur manus superioris. Rota decisio. 113. nota ꝙ nõ valet in antiquis. & dicit Bal. in cõs. 312. Si de iure cõmuni. in prin. li. iij. & in cõs. 174. Præsupponẽdũ est. lib. v. ꝙ dictũ, seu cõstitutio principis est fortior consuetudine. & tamen cõsuetudo est fortior iure cõmun. Bar. in l. viros. per illum text. C. de diuer. offi. lib. xij. vbi statutum derogans iurisdictioni aliquorum iudicũ, intelligitur de iurisdictione acquisita de iure communi, non de consuetudine. Sequitur Ias. in l. i. in prin. nume. 11. de vulgari. Similiter consuetudo
42 † est potentior statuto. Calca in consi. iij. vbi quòd valet consuetudo super matrimonio, sed non statutum: quia in consuetudine adest etiam cõsensus ecclesiasticorum. probatur hoc dictũ Calcan. hac ratione. nã clerici nõ possunt statuere cõtra canones. c. quod super his. de maio. & obed. & tamen inducere possunt cõsuetudinẽ contra canones. c. si. de cõsuetu. & ita arguit Dec. in ca. quæ in ecclesiarum. de constitu. Ideò non valet statutum, vbi cõsuetudo valere non potest. Bald. in consi. 238. Factum, super quo. lib. iiij.
43 ¶ Itaque potẽtior † est cõsuetudo priuilegio. Ideo ius quę situm consuetudine, difficilius tollitur, quã ius quęsitũ priuilegio. Innoc. in c. accedẽtibus. versi. vnde sic fortè. de priuileg. quod dictum pro singulari refert & sequitur Felin. in c. accedentes. de præscript. Curtius Iunior in tract. feudorum, in secunda parte, in tertia q. princi. ¶ Quod tamen
44 † dictum non procedit in materia dispensationis, in qua priuilegium fortius est cõsuetudine. Ideò incapax, per priuilegium habilitari potest, vt capax fiat: secus per cõsuetudinẽ, etiã tanti temporis, cuius initij memoria nõ extat in contrariũ. c. quanto. vbi Abb. In primo not. de consuet. c. causam. & c. accedentes. vbi Abb. & Feli. de præscript. Io. And. & doct. in c. ij. de prębend. lib. vj. Rota decisio. dcccxlj.
45 Deci. in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccles. ¶ Et in † istis, quę sunt iuris positiui, aut cõsuetudinis, dicitur quòd princeps rerum naturam mutat. §. fuerat. instit. de actio. & de nihilo aliquid facit. cap. cùm apostolica. de iis quæ fiunt à prela. sine consensu capitulo. Ita Oldra. in cons. ducentesimo quinquagesimo septimo, Factum tale est, dominus Nicolaus. Similiter factum, potest habere pro infecto,
vt supra

vt suprà dixi. Præmissa tamẽ † de iure positiuo, quòd prin 46
ceps est suprà illud, non procedunt in iure positiuo fundato in ratione, aut æquitate naturali. Abb. in d.c. quæ in ecclesiarum. de const. & in ca. per tuas de arb. Calca. in cons. 80. versicu. & eodem modo. Ripa in d.l. quominùs. ff. de flumi. & li. ij. respons. c. xix. Hyppoli. in practi. causarum crimina. §. sequens. nu. 39. Pro quo facit dictum Bal. in consi. 345. lib. j. Vbi, quòd plus potest ratio naturalis & ciuilis, quàm princeps: quia princeps est animal rationale mortale. Alibi scribit idem Bal. in c. j. §. fi. qui feu. da. poss. in vsib. feu. quòd bonæ, & naturales rationes ligant principem. quod dictum refert, & sequitur Calca. in cons. 52. Ias. in cõsi. j. lib. j. Rom. etiam in cons. 345. vers. vltimum patet. quòd
non est † dubium summum principem aduersus iuris na- 47
turalis æquitatem iusta non suadente causa venire nõ posse: per tex. in l. eas. obligationes. ff. de capitis demin. in l. ij ff. de vsufru. earũ rerum. in § fi. inst. de legit. agna. tutela.
c. itẽ aduersus. xiij. dist. ¶ Rursus † licèt princeps possit ali- 48
cui auferre iura, & defensiones iuris ciuilis tollere, potest tamen is, cui auferuntur, implorare iudicis officiũ latum, & consequi manu regia, quod primæuo iure competebat. Imola post Ant. in d.c. quæ in ecclesiarum. allegat. not. per Inn. in c. nouit. de iudi. refert, & sequitur Soc. in d. con. 164.
versi. non omitto. lib. ij. Tertiò, † licèt princeps possit tolle 49
re ius positiuum, & illi ex arbitrio derogare sine causa, de plenitudine potestatis: ius tamen iam quæsitum mediante iure ciuili positiuo, sine causa auferre non posset: puta dominium acquisitum per aditionẽ hæreditatis, per præscriptionem, aut sententiam: vt per moder. in l. fi. C. si cõtra ius vel vtili. pub. & latè dixi in consi. vij. in consil. 103. in consil. 135. & in consil. 172. vbi ꝙ hoc sine dubio procedit, quando possessio iam apprehensa esset, & dominium perfectè acquisitum; licet in hoc articulo sit magna varietas inter docto. qui etiam sibiipsis contrariari visi sunt: vt latiùs ostẽ
dimus in d. consi. 135. Addo † vltra ibi scripta, quòd etiam 50
Ias. fuit sibiipsi in hoc contrarius. nam in lectura semper tenuit. quòd tale ius auferri non possit, vt ostendi in dictis consiliis. Sed tamen contrarium tenuit consulendo: vt patet in consi. eius j. libro j. vbi sequitur Bal. in l. fina. C. senten. rescind. non posse. vbi, quòd princeps potest rescribebere contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.

dicens illud dictũ Bal. esse singulare & auferre dominium acquisitũ, mediante tali sentẽtia. Similiter idem Ias. in cõsi. 127. lib. iij. arguit pro opinio. Pau. de Cast. in l. cũ heredes. in prin. ff. de acqui. posses. & in l. iij. ff. de testam. quòd princeps posit legitimare spuriũ post aditam hereditatem per agnatos, modò possesio bonorũ nondum apprehensa sit. Eandẽ opinio. sentit idẽ Ias. in cõsi. 93. li. j. vbi voluit, quòd Papa eximendo monasteriũ à decimis, in cõsequẽtiã præiudicat laicis, quibus decimæ debentur: quia nõ attẽditur præiudiciũ, quod venit in cõsequentiã. nam illud est fundamentũ doctor. tenentiũ, quòd princeps posit rescribere, aut restituere cõtra sententiã, aut præscriptionẽ, vel legitimare spurium post aditã hereditatẽ per agnatos non considerato præiudicio eius, cui ex sentẽtia, præscriptione, aut aditione dominiũ acquisitũ est: quia tale præiudicium venit in cõsequentiã. ita arguunt moder. in d. c. quæ in ecclesiarũ. de consti. principaliter enim princeps solùm restituit in integrũ. ob quã varietatẽ tam magnã docto. cõsulentiũ, non possum interim nõ malè suspicari. ob id magis placet opinio, quã doctor legẽdo probat, quã quæ firmatur cõsulẽdo. sæpè enim fit, vt rei cupiditate ducti, opi-
51 nionem aliquã ex affectione tueamur. ¶ Quid † dicẽdum in tanta docto. cõtrarietate? puto quòd idẽ sit in iure quæsito, mediante ministerio iuris Ciuilis, & in iure quæsito de iure gentiũ, quòd neutrũ ius tolli posit à principe sine causa: sed quòd solùm sit differentia circa causam, ex qua tale ius auferri posit. nam in iure quæsito de iure gentiũ, vt illud ex causa auferri posit, requiritur q sit talis causa, quæ respiciat vtilitatẽ publicam principaliter. Bar. in l. quæcunque. in fi. C. de fide. & iure haste fisca. lib. x. Oldr. in consi. 224. istæ sunt allegationes. Pau. de Cast. in consi. 177. donatio prædicta. in cõsi. 229. Visis, & ponderatis & in cõsi. 287. Primũ dubiũ. lib. j. Decius in cõsi. 361. versi. ij. respondetur. & in consi. 588. post Felin. in c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. Ias. in l. Barbarius, versi. circa duas vltimas. ff.
52 de offic. Prætoris. & in consi. 233. lib. ij. Sed vbi † agitur de auferendo ius quæsitum mediante iure Ciuili aut eius ministerio, non puto quòd requiratur talis causa respiciens vtilitatem publicã principaliter: sed sufficiat alia causa iusta pertinens ad priuatã vtilitatẽ: putà si agatur de iure quæsito per sententiam, quæ transierit in rem iudicatã,

nec subsit

nec subsit remediũ aliquod restitutionis in integrũ. iuxta l. imperatores. ff. de re iudica. & not. in l. admonendi. ff. de iureiur. Iusta causa poterit esse, si dicatur sententiã esse latam contra ius, & quòd si obseruetur, aduersarius locupletabitur cum aliena iactura: vel quòd causa nõ fuit curæ, & solicitudini agentiũ pro impetrãte rescriptum contra sententiam. Princeps † enim (si ei videatur) poterit restituere 53
condemnatũ ad audientiã causæ, non obstante sententia: vt per Abba. in consi. 84. lib. j. & in consi. 77. versi. princeps autem. lib. ij. Benè tamen fateor, quòd nõ posset princeps statim reuocare ipsam sententiam & auferre ius quæsitũ sententiæ ministerio, sed rescribere quòd victus audiatur, non obstante sentẽtia etiã executa, sine dubio puto quòd hæc fieri possit tam de iure, quã de æquitate, ne locupletetur quis iactura aliena ex titulo iniquitatis sententiæ: nec potest victor, qui sentẽtiã obtinuit, cõqueri, quòd sibi auferatur ius suũ: quia potius dicitur princeps ei denegare eius auxiliũ, quã rem auferre: & faciliùs lex aut princeps suum denegat auxiliũ, quàm ius alterius auferat. gl. in l. j. C. si aduer. vendi. gl. magna in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. hab. gl. in §. fuerat in verbo, creditoribus. in fin. insti. de actio. Ideò dicit Pau. de Cast. in cõsi. 440. Ista. q. versi. ij. quia lucrum. lib. j. quòd statutũ tollens ius mihi quæsitum ex prouisione mea, dicitur iniquum & non valet. l. toties. in fi. ff. de pollici. secùs in iure, quod acquiritur ex alio statuto: quia tunc statutũ suum, non tuum tibi denegat auxiliũ. Ex hac ratione videmus, † quòd princeps ius alij, quæ- 54
situm, ex eius concessione, aut priuilegio, potest tollere, dummodò illud non transierit in contractum absque iniuria. Bal. in l. qui se patris. circa medium. C. vnde lib. Pau. de Cast. in cõsi. 200. Visa. in fin. lib. ij. & hoc facere potest princeps † etiam sine causa. glos. in c. decet. de regu. iuris. lib. 55
vj. Baldus in consi. 437. Ampliùs. versicu. item & si domina regina. lib. iij. & in consilio 300. libro v. Paulus de Castro. in consilio 209. visis. & in consi. 317. viso. libro j. Ange. in l. Antiochensium. ff. de priuileg. creditor. Alexand. in consilio 155. libro vj. Iason in consilio 56. libro primo. In quibus locis † secùs esse dicitur, quando tale priuilegium transi- 56
uisset in contractum: quia concessum sit mediante pecunia aut alia recompensatione. Et maximè, ac faciliùs concedit princeps rescriptum remissionis sententiæ,

quæ transiuerit in rem iudicatam, quando ageretur de sententia lata per aliquem iudicem, pro quo non esset magna præsumptio, ratione scientiæ, vel conscientiæ. Iudicem
57 † enim sales duos habere oportet, vnum sapientiæ, ne sit insipidus, alterũ rectæ conscientiæ, ne sit diabolus. Bal. in l. ij. C. de senten. ex pericu. recitan. refert. Ias. in l. rem non nouam. in j. notab. C. de iudic. Addo. Roman. in consi. 228. Pro plena discussione versi. tertiò ponderãdum. vel si lata sit sentẽtia per plures iudices, quãdo esset suspicio magni fauoris ratione alicuius necessitudinis, vel maioris amicitiæ, & cæteræ id genus causę plurimæ cõsiderari possunt
58 Similiter, † quãdo agitur de tollẽdo ius quæsitũ per aditionem hereditatis ex causa, nõ requiritur ꝙ illa causa respiciat vtilitatẽ publicã: puta, quãdo princeps legitimat spurium post mortẽ patris, adita iam hereditate per agnatos, sed causa iusta ita legitimãdi & præiudicandi agnatis est, quãdo cõstaret, quòd pater in vita voluerit filium legitimari. Paul. de Cast. in d. consi. 178. donatio prædicta. lib. j. Socin. in consi. 120. versi. aliquando. & tertiò lib. iij.
59 ¶ De † volũtate autẽ patris dicitur cõstare per signa, & cõiecturas, puta si pater viuens dixerit, quòd volebat filiũ legitimari, vel si principi pater supplicauerit pro causa legitimationis, & legitimãdi licẽtiã obtinuerit: licet posteà decedat pater, legitimatione nõ impleta. Ias. in consi. 127. lib. iiij. allegat Bal. in l. in testamẽto. quæst. ix. C. de testam. milit. & in cõsi. 363. quæritur, vtrũ filius presbyteri. lib. v. & facit Guido Papæ quæst. 214. vbi si donator dixit, quòd volebat reuocare donationẽ ex causa ingratitudinis, satis dicitur apparere de eius volũtate, vt heres, mortuo ipso donatore, reuocare possit, licèt idẽ Ias. sibi contrarius cõs. 22. lib. iij. voluerit nõ dici cõstare de voluntate patris, vt filius spurius legitimaretur ex eo, quòd dixerit se velle filiũ legitimari, vel ob eam causam preces principi dederit, & licẽtiã obtinuerit legitimãdi. Bone Deus! tantæ me pudet varietatis & incõstãtiæ: qui magis apparere posset de volũtate patris, quàm ex vrbis, & facto, principi supplicãdo: cùm
60 volũtatis † nõ præsumatur mutatio. l. cum, qui mutatam. ff. de probatio. l. Lucius. j. ff. de lega. ij. c. j. vbi glo. in verbo, nõ timore. quod metus caus. c. maiores. §. fina. vbi glos. in verbo, ꝑdurare. de baptismo. c. licèt. de procur. li. v j. quod procedit etiam nõ obstãte longo tẽporis interuallo l. sancimus

ximus. vbi Iason in iij. notabi. C. de testamen. Ripa. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. Nisi † probetur de ali- 61
quo facto contrario, ex quo voluntas arguatur mutata: puta si pater lacerasset literas licentiæ super legitimatione: ex facto enim cõtrario voluntati præcedẽti præsumitur ipsius voluntatis mutatio. Decius in l. pacta nouissima. C. de pactis. Idẽ, si probetur de aliis verbis patris contrariis: quia posteà declarasset nolle spuriũ ampliùs legitimare: vel si aliquid de nouo superuenerit, ex quo verisimiliter arguatur mutatio voluntatis: puta ingratitudo filij contra patrem: argumen. l. iij. §. fina. ff. de adimend. lega. Idem videtur concludendum in præscriptione: nã cessante casu, quo restitutio concedi possit per magistratum aduersus præscriptionem: poterit tamen princeps ex causa aliqua iusta restituere aduersus ipsam præscriptionem.

Aduertendũ † est etiã circa præmissa, dum dixi solùm 62
esse differentiã circa causam: quia nõ requiritur, quòd illa causa respiciat vtilitatẽ publicã, quãdo agitur de auferendo ius quæsitũ mediãte ministerio iuris Ciuilis: quę tamẽ vtilitas publica dicitur necessaria, quãdo agitur de auferẽdo ius quæsitũ de iure gentiũ, quòd excepta ista differentia in aliis videtur conueniẽtia: quia † sicut cõstare debet 63
de causa, quando agitur de auferẽdo ius quæsitũ de iure gentiũ, vt suprà diximus: æquè de causa cõstare debet quãdo agitur de auferẽdo ius quæsitũ de iure positiuo ad supplicationem partis, quoties enim princeps rescribit inter priuatos ex aliqua causa, oportet causam probari per impetrãtẽ: quia rescriptũ dicitur cõditionale, si preces veritate nitãtur. ob id conditio illa debet priùs omnibus iustificari: aliàs rescriptũ redditur subreptitiũ, ex quo nõ apparet de veritate causæ. c. ij. vbi glo. & docto. de rescrip. quòd intelligi debet, quãdo opponitur † de falsa assertione im- 64
petrãtis: quia parte non opponẽte, non videtur necessaria alia probatio narratorũ in impetratione: iuxta doctrinã Ioan. Andræ. in c. j. de litis cõtestatio. lib. vj. Abbas & doct. in dict. c. cõstitutus. vbi Decius in quarto notab. de rescri. & idem Decius in capi. porrecta. versicu. subiicit Abbas hîc. de confirmatio. vtili vel inutili. in consilio 142. versicu. est ergo videndum. in consilio 198. versicu. confirmatur prædicta conclusio, in quibus locis habetur talem probationem esse necessariam, quando rescriptum impugna-

tur, vel quādo narrata falsa esse dicuntur. Secùs si opponatur de taciturnitate veritatis, ꝙ impetrās aliqua tacuerit: quia tunc opponēs tenetur probare veritatē eorū, quæ dicit exprimi debuisse: vt habetur in d.c.constitutus. Abb. in
65 cōsi.70.li.ij. ¶Similiter † nō tenetur impetrās probare ea, quæ narratiuè in rescripto cōtinētur de cōsuetudine, non cōditionaliter: putà illa verba: vitæ ac morū honestas: quia talis honestas ꝓbari nō debet. Inn. in c.fi. in princ. de præsumptio. Probus in additio. ad Ioā. Monach. in rubr. de vita & honesta. clerico. nu.22. lib. vj. sequitur do. Rebuf. super Cōcorda. in tit. de forma māda. apo. & Ratio huius est: qa talis honestas de iure præsumitur. l. merito. ff. pro socio.
66 ¶Sed † cōtra istud dictū videtur aliud dictū Anchar. in cōs. 241. Ex tenore priuilegij. vbi, rescriptū legitimationis dicitur nullū, & obreptitiū, in quo dicitur attēta probitate & honestate talis, si ille erat infans, in quo nō cadit probitas. Quod dictū refert & sequitur Deci. in cōs. 576. Pro solutione cōsidero, ꝙ Anchar. & Decius loquūtur in casu impossibili, qn̄ probitas, & honestas cadere nō pōt in impetrāte. Inn. verò & sequaces loquuntur, præsupposita habilitate personæ, ꝙ sit talis in qua probitas, & honestas possit cade-
67 re: quoties † enim disputatur de aliquo, præsupponitur, ꝙ aliundè sit habilitas: putà quando quæritur an legatarius possit esse testis in testamento, præsupponitur quòd aliundè sit testis idoneus, ita quòd solùm obstet testimonium, quód sit legatarius, percipiens commodum ex testamēto. si enim aliundè non esset idoneus: quia infamis, vel ob aliam causam, frustrà quæritur an obstet qualitas, quòd sit legatarius. l. qui testamēto. in princ. ff. de testament. Ad idē text. in c.j. de ætate, & qualitate. li. vj. & in c.j. de filiis presbyter. eodem lib. vj. de qua regula sæpè festū Decius facit, vt patet in c. cùm omnes. de constit. in ij. lectura. in ca. quæ in ecclesiarum. in princ. eod. tit. in cap.j. de iud. in cap. tertio loco. de probationib. in cap. cum cessante. in vij. nota-
68 bil. de appellationibus. ¶ † Aliter etiam responderi potest, quòd vitietur rescriptum legitimationis non ex eo quòd probitas, aut honestas nō præsumatur: sed qa tacetur ætas infantis: cui⁹ expressio videtur necessaria: quia faciliùs inducetur superior ad legitimādū spuriū adultū, propter aliquas eius virtutes & spē, quā promittit, quàm vnū infantē, qui fortè malus, aut inutilis reipublicæ futurus sit.

ARGV

ARGVMENTVM.

Franciæ consuetudo, vbi agitur de auferendo iure tertijquæsito de iure gentium, vel Ciuili, ex causa: quæ quidem probari debet. Rex enim rescripta consistere nõ vult, nisi priùs interinentur per Curias parlamentorum, iudices præsidiales, officiariósve. vbi & de ciuilitate constare debet: aliàs ea impugnari possunt. Tum quibus virtutibus princeps debeat esse ornatus.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum in Francia non consistit: nisi causa probata in impetratione & nu. 21.*
2 *Principẽ æmulari oportet Dei potestatẽ, quoad eius fieri potest.*
3 *Peccatum, non potestas dicitur, sed deficientia boni.*
4 *Principis voluntas ad malum, dicitur plenitudo tempestatis, non potestatis.*
5 *Clausula de plenitudine potestatis, quomodò accipienda.*
6 *Posse dicimur, quod legitimè possumus: & nu 10.*
7 *Conditio turpis non dicitur potestatiua.*
8 *Clausula: de plenitudine potestatis, dicitur odiosa.*
9 *Princeps non potest: quæ non decent.*
11 *Iuramentum de parendo mandatis, intelligitur de honestis.*
12 *Res gesta à principe, etiam motu proprio, rescindi non debet: alioquin suspicione non caret.*
13 *Princeps vult actũ suum carere omni malitia, & deminutione.*
14 *Princeps præsumitur iustitiæ plenus.*
15 *Princeps semper præsumitur rescribere salua iustitia aliorũ, nec cẽsetur confirmare statuta iniusta, aut peccãdi ansam ferentia.*
16 *Princeps rationis & æquitatis auctor esse debet, tanquàm mẽbrorum ceterorum caput.*
17 *Principem maximè decet fides.*
18 *Principis sedes.*
19 *Princeps tria debet habere maximè, tanquàm Dei seruus.*
20 *Principem maximè decet iustitia.*
22 *Principis assertioni non standum, etiam in facto proprio quando agitur de præiudicio alterius in iure iam quæsito.*
23 *In principis rescripto motu proprio præsumitur causa, etiã non expressa.*
24 *Princeps non potest tollere ius tertij sine causa, in ijs quæ sunt iuris positiui.*
25 *Principis assertioni statur in antiquis, etiam in præiudicium tertij. Et quid in non antiquis. nu. 26.*

1 NON † omitto circa præmissa, dum dixi, ꝙ vbi agitur de auferẽdo ius tertij acquisitũ, vel de iure gentiũ, vel de iure Ciuili ex causa, quod talis causa ꝓbari debet, nec illa præsumitur, nec habetur pro ꝓbata, nisi expressa sit. Et ista de causa in regno Franciæ, nulla eius rescripta obseruari vult Rex, nisi priùs interinẽtur per curias parlamẽtorũ, aut iudices præsidiales, vel ordinarios, prout ad eos diriguntur, in quorũ interinatione de eorũ ciuilitate cognoscitur: & si inciuilia videãtur, illa, reiiciũtur: quinimò per nouissimas cõstitutiones expresse cautũ est, vt rescripta de ĩciuilitate impugnari
2 possint. Nimirùm Dei potestatem, † (quatenùs principis mortalis humanitas patitur) æmulari principẽ oportet per participationẽ. Deus enim ipse omnipotẽs, cùm vnus sit, nihil tñ põt quod sit malũ aut iniustũ: quia posse malũ facere, potestas nõ dicitur, sed infirmitas ac deficiẽtia boni,
3 & nihil est facere, quod malũ sit. Posse † enim peccare, (vt Augustinus ait,) nõ est aliquid posse, imò aliquid nõ posse. vnde ille sol⁹ vocatur omnipotẽs, qui hoc nõ põt: quia oĩa põt: quæ posse, est aliquid posse. quæ verba habẽtur in cap.

principium

principium.§.charitas.de pœnit.distinct.ij.& ita in principe arguit Fulg.in cõs.61.Domin.Catharina.Curtius senior in cons.73.Inest enim plenitudo potestatis in dispositione bonitatis,nõ aũt prauitatis.ob id † quãdo princeps aliquis 4
vtitur plenitudine potestatis ad malum,dicitur plenitudo tempestatis,nõ potestatis.Cardi.Mediol.in clemen.pastoralis.de re iudi.refert Socin.in d.consi. 120.Idem dicit glo. Pragmat.Sanctio.in ti.de electio. c. licèt dudum. in verbo, reseruationes.Ioan.de Selua in ij.parte tractatus de beneficio.q.j.versic. item per gl.in c.quamquam. Addo Bald.in consi.345.ad euidentiam pręmittendum est,quòd Imperator.lib.j.vbi dicit,quòd clausula † de plenitudine potesta- 5
tis,intelligitur de potestate bona,& laudabili,non vituperabili,vel tyrannica:nec dicitur Imperator quid posse, nisi quod de iure potest.Idẽ Bald.in d.consi.326. Rex Romanorum.li.j.quòd † dicitur propriè potestas, legitimè posse: 6
non enim possumus,quod cum iniuria possumus. nã hoc posse,potentia non est,sed deficientia quædã,& ideò Deus omnia põt:tñ peccare non põt.Hinc † dicit Baldus,quòd 7
conditio turpis,non dicitur potestatiua.l.filius. ff.de cõdi. institutio.& lex dicit,quòd ea, quæ ad turpem causam referuntur,ad effectum perduci nõ debent. l.quidam in suo. ff.de cõdi.inst.l. Quintus.§.Pomponius.ff.de annuis legat. Alibi scribit idẽ Bald.in consi.327.Pridie. lib.j. quòd illud, quòd dicitur principem esse mundi dominum,intelligitur quo ad bonum,non quo ad malum: ne inde nascantur iniuriæ,vnde iura nasci oportet. meminerint. C. vnd. vi. Ad idẽ facit,quod dicitur de plenitude potestatis Papæ, quòd habet potestatem ligandi,non peccandi.c. j.40.dist. c.sunt quidam.25.q.j.Abb.in c.cùm teneamur.de prębendis.Ideo Rota dec.331.Supposito facto.versi. modo hìc videntur. in nouissi.dicit quòd clausula † de plenitudine potestatis dici- 8
tur odiosa,& si princeps ea vtatur in vno articulo, non videtur,quòd in alio vti voluerit.¶ Ampliùs † voluit Archid. 9
in c.super eo.de heretic.lib.vj.Henric. in c. nulla. de concessio. præbend. quòd omnis indecentia in principe dicitur impossibilis:saltem secundum mores.quod dictum refert & sequitur gl.Pragmat.Sanctio.in tit.de collato.§.sed & insuper.in verbo, pluralitatis. ¶ † Hinc ipsemet prin- 10
ceps,qui leges prodit,illud asserit, quòd posse id dicimur, quod honestè possumus: sed omne inhonestũ dicitur impossibile.

possibile.l.vulgò.ff.de statu homi.l.si cùm dies.§. compromisso.vbi gl.ff.de arbitr.l.si filius.ff.de conditio. instit.cap. vt iuxta.ext.de offic.ord. cap.indecorum.de ætate, & qualit.cap.contingit.de arbit.cano.denique.in fi.iiij. dist.gl.in
11 c.faciat.22.q.ij.¶Similiter iuramentum † de parendo mādatis,intelligitur de honestis.c.veniens,&c. Quintauallis. de iureiur.c.j.de iureiur.li.vj. Et ob hanc honestatis rationem licèt princeps priuilegium suum reuocare possit sine causa,quando non transiuit in contractum, vt statim dixi: tamen quia talis reuocatio sine causa non videtur honesta:sanxit princeps vt priuilegium suum esset perpetuum. §.illud.in authen.const.quæ de dignita.l. quod semel.ff.de decretis ab ordin.facien.not.in l.j.C.in quib. caus.restit.in
12 integr.non est neces.Nec † vult princeps rem semel legitimè gestam rescindi,etiam quòd talis rescisio cedat ad cōmodum eius fisci.l.ratas. C. de rescinden. vend.Ob id scribi Bald.in d.consi.327.Pridie.lib.j.quòd vbi princeps reuocat à se gesta,ēt motu proprio,præsumitur circunuentus,
13 adeò, ꝙ contrariū probari nō pōt.Vult enim † princeps, ꝙ actus suus sit ab omni malitia & deminutione alienus seu extraneus.d.§.illud quoque in auth.const.quæ de dignita. Bald.in consi.24. Ius abbatialis.libr.ij.& iniuria à principe maximè debet esse aliena,& remota:arg.l.j.§. permittitur. ff.de aqua quotid. & æsti. l. ex facto.ff.de vulg. l. memine-
14 rint.C.vnde vi.Ias.in cons.j.lib.j.¶Hinc dicimus, † ꝙ princeps præsumitur iustitiæ plenus. l.ij.§.meritò.& §.si quis à principe.ff.ne quid in loco publ.d.l.ex facto.in princ. ff. de vulg.ita Bald.in consi.395.Pro domino Dinaldo.lib.ij. Nec aliud vult princeps,nisi ꝙ sua iura volūt.§. omnis in auth. de iud.l.si quando.C.de inoffic.testamē.§.fi.inst.quib.mod. testa.infir.c.causam.de rescr.c.iustum.ix.dist. quod procedit,etiam si necesse sit verba impropriari.c.super. c.de offi.deleg.nunquàm enim intendit princeps per sua mandata aliquem prægrauare.c.ad aures.de rescr.c. ex multiplici.de decimis,ita Calder.in consi.j.in tit.de translatio.præ-
15 lat.¶Et semper † præsumitur princeps rescribere,salua iustitia aliorum.& si generaliter confirmat statuta, non censetur confirmare iniusta , aut ea per quæ materia daretur, aut occasio delinquendi. Bartol. in l. j. ff. de iis,qui sunt sui,vel alien.iur Bald.in consil.134.Copiosè,libro tertio.in l.vnic.C.de monopol.in l.j.in princip.ff.de constit. princip. & in c.j.

& in c.j.in princip. per quos fiat inuest.per text. in d.l.j.ff. de iis, qui sunt sui, vel alie.iur. & in d.c.j.de iureiurand.lib. vj. facit ad præmissa elegans dictũ Bal.in consi.19. Factum sic proponitur.lib.iiij.vbi, quòd princeps, qui tenet supremam potestatem, debet seruare summam honestatem, & summam æquitatẽ tanquã regula. Nam † ratio debet edi à 16
capite, ob id in principe veritas debet esse firmior, quàm in ceteris. Baldus in capitulo j.§. finali. qui feud.dar. pos. in vsib.feud. Calca. in consi.52. Similiter in principe debet fides præfulgere. nihil enim est, q lumine † clariore præful 17
geat, quàm recta fides in principe. epistola inter claras. C. de sum. Trin. & fide catho. nec debet princeps aliquem circumuenire. l.j.in fi. C. de iis qui veniam ęta. impetrare. & innocentia maximè regum, est nemini malum inferre. c. non est. 23. q. v. c. sapiẽs. vj. q. j. Oldr. in con. 264. Illa. Paulus enim ad Colos. c. vlt. in princip. mãdat principibus, quod iustum & æquum est seruis eorum præstare, scientes, q & ipsi dominũ habent in cælis. refert Oldr. in d. cons. 244. Bal. in cõs. 328. Quæritur, si Rex. lib. j. Alibi scribit idem Bald. in consi. 359. Proponitur, quòd inter agnatos. lib. j. quòd † vbi prin- 18
ceps iustus sedet super sedem suam, cui non aduersatur quicquam malignum, ab eo nõ emanãt rescripta iniusta. allegat dictã epistolã, inter claras. Nec debet princeps in potentia sua cõfidere, qui Deũ vltorem habet. & qua mensura metitur alios, eadẽ remitietur. Bal. in con. 311. Præmittendum est ad euidentiam, q priuilegia. lib. j. Alibi scribit Old. in cõs. 69. q in vero † principe tria requiruntur potentia, sapientia, & diuinus cultus, est enim princeps seruus 19
Dei. l. quas gratias. ibi: per nos seruos suos. C. de of. præfe. præto. Africæ. Ad hæc † inquã omnia & alia id genus simi 20
lia animaduertũt principes fideles, & boni, & maximè ad illud prophetæ Regis. De vultu Dei iudicium meum prodeat: & oculi mei videant æquitatem, & ad illud verbum iustitiæ, Prouerb. cap. octauo. Sapient. capitulo octauo. Per me Reges regnãt. de quo etiam in dicta epistola: inter claras. & quòd per contrarium propter iniustitias imperia finiũtur & transferuntur. Ecclesiastes capitulo decimo, Danielis c. ij. canone Nabuchodonosor 23. q. iiij. & c. si de rebus. 23. quæstione vltima. Old. in consil. 69. decisione. Neapolitanæ decisione 265. glo. Pragmaticæ Sanctio. in proœmio, in verbo, regnant. **Iuris etiam, & honestatis, ac di-**

uini

21 uini cultus rationẽ maximè habentes, †non ante eorum
rescripta obseruari ac impleri permittunt,& in criminali-
bus & in ciuilibus iudiciis,atq; per arresta curiarum maio
rum aut sententias iudicũ inferiorum (prout ad eos refe-
runtur) fuerint interinata de qua interinatione loquitur
Aufrerius in deci.Cape.Tholosan.q.423. circa fi. ¶ Itaque
22 infertur†ex præmissis,nõ esse standũ assertioni principis,
etiam in facto suo proprio , quoties agitur de præiudicio
alterius in iure iam quęsito,siue de iure gentiũ siue de iu-
re ciuili:qñ est tale ius,quod à principe tolli non potest si-
ne causa,nisi appareat de veritate ipsius causæ,ob id vidẽs
Rex, quòd dispositio d.cle.j.de probatio.durior esset,sub-
latam eam esse curauit,per pacta Concordatorũ: vt patet
23 in tit.de subla.cle.literis. ¶Limitatur nunc præmissa†con
clusio,vt non procedat in rescripto concesso motu ꝓprio
principis,in quo præsumitur causa, licèt non exprimatur.
Roma.in cons.436.ver.cùm igitur prohibitũ sit.Socin.in d.
consi.273.vers.& si dicatur.lib.ij.& in cons.62.lib.iij. Ias.in
d.l.si testamentũ.ad finem primi not.C.de testa.& in consi.
105.lib.j.Gozadinus in con.51.Rebuf.super concord.in tit.
de forma mand.apostoli.vers. vltimus effectus est si causa
præsumitur,à fortiori,si illa expressa sit,tali expressioni&
24 assertioni videtur standũ.¶Sed aduerte,quatenus†loquũ-
tur doct.in casibus, in quibus ius tertij sine causa tolli nõ
potest, istud non videtur tutum.nam ratio,quòd tali asser
tioni credi non debeat,semper militat siue motu proprio,
siue ad postulationẽ partis , rescribatur:licet sit maior ra-
tio,quando rescribitur ad postulationẽ partis. Ideò ista li-
mitatio videtur restringenda , quando princeps dispensat
circa ea,quæ sunt iuris positiui. & ita restringit Dec.in d.
c.quæ in ecclesiarum.vers.superest tertium membrũ. Ias.
in d.l si testamentum.in fi.primi not. C.de testament.con-
siderando, quòd in præcedẽtibus dixerat non præsumi iu-
stam causam in principe,nisi in his, quæ sunt iuris positi-
25 ui.¶Secundò limitatur†non procedere dicta conclusio in
antiquis:quia in antiquis videtur standũ assertioni & ver
bis enuntiatiuis principis, super quibus eius fundatur in-
tentio,etiam in præiudiciũ tertij : puta si asserat Papa aut
princeps in rescripto,quòd talis ciuitas rebellionem com
misit.Cornelius in consilio 112.libro j. Socin.in cons.266.
versi.ad secundum respondetur.libro ij.vbi tamen Socin.
idem

ſidem voluit † etiã in non antiquis. & pro hac limitatione 26
facit, quia ſcriptura priuata in antiquis, ſemiplenè proba. Spec. in tit. de inſtru. edi. §. nunc dicẽdum. verſ. regulariter ergo. Ant. de Butr. in c. ij. verſic. tertius caſus. de fide inſtru. Moder. in l. admonendi. ff. de iureiur. Ergo aſſertio principis in antiquis, plus operari debet, quam ſcriptura vnius
priuati: imò † plus valet teſtimonium vnius Regis, quam 27
vnius notarij in publico inſtrumẽto. Andr. de Iſer. in c. ſancimus. ad fin. prin. quo tẽpore miles, quod dictum refert, & ſequitur Iaſ. in conſ. 65. lib. iij. & in fine. quòd verbũ Regis, habetur pro lege. allegat Bald. in c. ceterum. de iudic. non loquitur tamen Iaſ. quando teſtificaretur princeps in facto proprio ad eius cõmodum, in pręiudicium alterius.
¶ Tertiò † limitatur, vt non procedat reſpectu declaratio- 28
nis verbi ambigui, quod à principe declarari poteſt: licet talis declaratio tendat in præiudicium alterius: modò ex tali declaratione non inducatur noua diſpoſitio. Paul. de Caſtr. in l. heredes palã. §. ſi quid poſt. de teſtam. Sequitur Dec. in l. j. C. de impub. in conſ. 114. & in conſi. 229. ante finem. Addo Alexan. in conſ. xj. verſ. tertiò reſpondeo. libro vij. Ex qua limitatione infertur ad intelligentiã dicti Angel. in conſ. 274. Bonifacius vbi voluit, quòd omninò credatur declarationi Papæ in his, quæ dependent ab eius facto, & intentione, qualiter intellexerit eius gratiam, quod dictum ſequitur Dec. in conſi. 187. verſ. & ad hoc facit Iaſ. in conſ. 128. lib. iiij. nam iſtud debet intelligi in declaratione vera, & propria, quæ conſiſtit circa ambiguitatem verborum, & per quam noua non inducitur diſpoſitio: ſecundum Alexand. in d. conſil. xj. Dec. in d. conſ. 114. & con.
299. ¶ Sed aduerte, quòd ſi † loquimur in iis, quæ non de- 29
pendent à libera poteſtate Papæ, & in quibus Papa tertio præiudicare non poteſt, in iure quęſito: puta in bonis temporalibus, talis reſtrictio dicti Angel. in dicto conſil. 274. videtur bona & iuridica: Sed ſi loquimur in beneficialibus, in quibus Papa habet pleniſſimã poteſtatem, & in quibus nullum ius perfectè acquiſitum beneficiatis, dici poteſt, aliud videri dicendum. Ideò † in beneficialibus vide- 30
tur ſtandum declarationi Papæ, qualiter intellexerit eius gratiam, etiam quòd illa non fuiſſet eius intentio: dummodò conſtet de eius mente in tali declaratione, ita Deci. in l edita. C. de edend. allegat Bellameram in conſilio 19.

versi.alia verò magna pars dominorum.sed vltra Decium. addo Cald.magis stringentem,in consil.12.in tit.de rescri. vbi dicit,quòd potest Papa dispensare circa defectum personæ impetrantis vel eius gratiæ,lite pẽdente, non obstante quòd interim sit alteri ius quæsitum : dummodò appa-
31 reat de voluntate Papæ. Ad † idem,quod scribit Gemin.in consil.xj.vbi dicitur, quòd confirmatio collationis subreptitiæ facta per Papam cum clausula, perinde valere, ac si ab initio legitimè facta esset, non præiudicat iuri tertij habentis validam collationẽ:quia non intendit Papa tali iuri derogare,nisi expressè dicat.Vult ergo, ꝙ possit Papa ex
32 pressè derogare,si velit.¶Sed tñ etiam in † beneficialibus, ꝙ non stetur declarationi Papæ in alterius præiudicium, quando non tendit ad declarationẽ verbi obscuri, sed inducit dispositionẽ de nouo: tenet Paul.de Cast.in d.l.heredes palàm.§.j Ancha.in d.con.398.pręmitto.vers.sed vidẽdum est.Soc.in cõs.260.vers.Ex quibus infero.lib. ij. Cor. in cons.67.lib.iij.vbi tenet , ꝙ non statur declarationi Papæ circa factum suum propriũ , qñ continet manifestam iniustitiam.Idem sequitur Dec.in d.cons.114.col.fi.& in d. con.299.Idem nouissimè sequitur Rebuf.super concorda. in tit.de forma mandat. apo. vbi etiam dicit Rebuf. quòd quando declaratio Papæ non consonat verbis declaratis, habendus est pontifex pro circunuento.allegat Calder.in consil.vij.in tit.de rescri.& ista opi.videtur æquior. ¶Non
33 obstat , ꝙ Papa † in beneficialibus habet plenissimã potestatem,quia verum est in conferendo,secus in auferendo, postquã cõtulit:quia non posset quẽ priuare beneficio sine causa.latè Roma.in con.365.& in cons.447.maximè per tex.in c.cõsequente. de rest. spo.& in c.quãuis.vij.q in c.j. in c.ij.§.priores.in c.cum ad monasteriũ.§. Abbas verò.de statu mon.in c.quãto de trãs.præl. in c.inuẽtũ.16.q.ij.in c. sicut.21.q.ij.idẽ tenet Barb. in c.quod ad translationẽ.nũ. 121.de offic. leg.in antiq. & in cons.13. lib iij. Ias.in d.l.fin. vers.facit bene,quòd vult Bal.C.si contra ius vel vtili.pub. in cons.145.in consil.213.libro ij.& in consi.46.libro iij.Felin.in d.cap.quæ in ecclesiarum. de constitut.Ripa.libro j. respon.de legibus , cap.xiiij.licet omninò non firmet , sed eam firmat Ioan. Selua.in iij.parte tract.de benefici.q.60. gloss.Pragm.Sanct.in tit.de elect.c.licet dudum in verbo, reiecta.fol.47.Rebu.in tract.nominat.in 21.q. princ.nu.55.

pagin.

pagin.150. ¶Sed contrarium, quòd nunc † possit Papa ad libitum priuare beneficio & sine causa, tenet Geminianus 34
in c.si gratiosè. post medium. post gloss. ibi de rescript. lib. vj. idem etiam voluit Geminia. in consi. viiij. in con. 53. circa medium. in cons. 88. circa medium. in consilio 99. post medium. in consilio 120. & in consilio 141. Federicus de Senis, & in consi. 200. Quod permutatio. Paulus de Cast. in cons. 253. Ad confirmationem. in consilio 287. Primum dubium. in consilio 414. In facto præsenti. libro primo per text. in c. per principalem. ix. q. vlti. Idem tenet Roman. sibi contrarius in consilio 369. in quinto dubio, vbi voluit, quòd Papa potest in totum tollere ius quæsitũ vni ecclesiæ, etiam ex contractu, aduersus aliam ecclesiam: per text. in cap. ex multiplici. de decimis. & in clem. dudum. §. nos etenim. de de sepulturis. & quòd isto casu in Papa præsumitur iusta causa, & idem Roma. in consil. 198. Circa præmissam. veri. & si hæc vera sunt. Et quòd Papa possit † priuare beneficio 35
sine causa, voluit Socin. in consi. 13. versiculo tertiodecimo probatur. & versic. nec dicat quispiam. libro primo. Alex. in consilio ij. versic. non obstat, dum dicitur libro primo. Corn. in consilio 90. libro quarto. Calca. in consi. septimo. Decius in dicto capitulo quæ in ecclesiam. versiculus secundus casus de constit. in capitulo finali. versiculo postremo. Abb. prosequitur. de confir. vtili vel inutili, in consilio 141. ante finem, in consilio 157. versiculo & talia bona. Ias. sibi contrarius. in l. Barbarius. versicu. sed non puto, quòd ista duo vltima dicta. ff. de officio prætor. in l. quoties. ver. sed aduerte. C. de rei vendi. & in consi. 19. lib. iij. licet in d. l. quoties. dicat se nõ ponere pro constante. Similiter idem Ias. in l. fi. ff. de pactis allegat pro & contrà. nec aliter determinat more suo. ¶Eadem † opinio, quòd possit Papa de ab- 36
soluta potestate priuare quẽ beneficio sine causa, tenet Ripa lib. secundo, respond. de rescrip. eo. capitulo 19. Ioann. de Selua in tertia parte. tractatu de beneficiis. quæstione octaua versiculo. item in simili facit. folio 161. in parua impressione. Purpurat. socer meus, tangit hanc dubitationem in rubrica. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & se remittit ad Moderniores. Ex quibus apparet, quam variè in hoc passu locuti sint Doctores etiam sibiipsis minimè constantes. Quæ res, & turpitudinem tantæ legali

gali philoſophiæ conciliat, & litigantibus præiudicium
37 nõ tenue adfert. Quid tenendum † in tanta diſcordia, & in
conſtantia doctorum? Puto de iuris rigore procedere vlti-
mam opinionem, quòd poſſit Papa de plenitudine poteſta
tis priuare clericum ſuo beneficio ſine cauſa: quia in bene
ficialibus obtinet Papa pleniſſimam poteſtatem. clemen. j.
vt lite pẽd. c. ij. de præben. lib. vj. ſecus de decentia, & hone
ſtate. & ita procedant iura in contrarium allegata. Te-
nendo hanc opinionem non ob. tex. allegati per Roma. in
contrarium, in d. conſ. 345. & in conſ. 467. quia loquuntur
38 de poteſtate ordinaria, non de abſoluta. Confirmatur † iſta
concluſio ex eo, quod ſcribit Iaſ. in cõſ. 56. lib. j. vbi voluit
quòd princeps poſſit reuocare conceſſionem à ſe factam,
ẽt per viã contractus, aut ſtipulationis, quando pro tali cõ-
tractu nullũ factũ reciprocũ, aut nulla datio ex parte ad-
uerſa interuenit: ita ꝙ ſit conceſſio merè liberalis. allegat
Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde liber. ſed beneficia eccleſia-
ſtica videntur huiuſmodi: quia pro eis nulla datur recom-
penſatio conſiderabilis: imò eſſet ſimonia, ſi quid præ-
ſtaretur pro beneficio. Illud enim quod confertur, ce-
dit pro emolumẽto ſigilli, & ſcripturæ. Aduertendum ta-
39 men † eſt, quòd euidẽter conſtare debet de voluntate Pa-
pæ, ꝙ vti voluerit plenitudine poteſtatis: quia in dubio
hoc non præſumitur, ſed potiùs præſumitur circõuentus:
vt per Soci. in d. conſi. 260. verſ. ex quibus infero. li. ij. In du-
bio eñ non præſumitur Papa, aut princeps vti clauſula de
plenitudine poteſtatis. Paul. de Caſtr. & Moder. in l. in teſta
mẽto. C. de teſta. milit. & idẽ Paul. in cõſ. 317. viſo & exami-
nato puncto. li. j. Iaſ. in conſ. j. li. j. ¶ Amplius † ẽt, ꝙ princeps
40 vtatur clauſula de plenitudine poteſtatis, non ſequitur,
quòd voluerit præiudicare tertio, aut ius alterius inter-
uertere. Bald. in l. ij. q. vj. C. de ſeruitu. & aqua, poſt Inno.
in cap. bonæ. de electio. vbi ait, quòd per talem clauſulam
non cenſetur princeps velle interuertere poſſeſſionem al-
terius. ſequitur Cornelius in conſilio 189. libro quarto. &
quòd per talem clauſulam non intelligatur princeps velle
tertio præiudicare, tenet idem Baldus in prælud. feudo. in
authentica. hoc inter liberos. C. de teſtament. & in d. l. fina-
lib. C. ſenten. reſcin. non poſſ. refert Gozadi. in conſilio v.
Idem tradit Iaſ. in d. l. ex facto. in quarto nota. ff. de vulga.
Ex hoc infertur ad declarationem dicti Ancha. in d. conſil.
398. præ

398.præmitto.Paul.de Castr.in d.l.heredes palàm.§.si quid post.ff.de testamen.quod dictum sæpius Decius sequitur, vt suprà abundè dictum est,quòd † procedit illud dictum 41
in dubio:quia non admittitur declaratio Papæ in prejudicium tertij in dubio:Sed si papa informatus de iure tertij vellet,ꝙ eius declaratio inducens nouam dispositionẽ sortiretur effectum,non obstante iure tertij, talis declaratio videretur admittenda,per prædicta : licèt difficile esset super hoc in Francia obtinere.& puto ꝙ curiæ parlamentorum non admitterent huiusmodi declarationes in præiudicium iuris quæsiti tertio:vix enim interinantur in Francia talia rescripta.Sed † dicet aliquis,satis videtur apparere 42
de voluntate Papæ,aut principis,ꝙ voluerit vti plenitudine potestatis,ex eo,ꝙ sine ea actus nõ valeret.Pau.de Cast. in d.l.ex imperfecto.in fin.C.de testam Alex.in l.quanquã. C.de testa.mil.Deci.in d.l.in testamento.C.de testa.mili.in c.quoniam Abbas.de offi.deleg.& in consil.xj.Respõ.quòd imò istud solùm non sufficit, nisi appareat, quòd princeps fuerit informatus de iure tertij : quia non operatur talis clausula in ijs, de quibus princeps præsumitur habere ignorantiam.Ideò si rescribat princeps contra sententiam cum clausula:de plenitudine potestatis,talis clausula non operatur,quando illa sententia transiuisset in rem iudicatam,& princeps de hoc non fuisset informatus.Bal.in d.l. si.C.senten.rescin.non poss.Abb.in c.pastoralis.§.prætereà. de offic.delega.& in c.ad aures.de rescri.Soci.in dicto consil.120.vers.rndetur etiam libr.iij.Deci.in consil.198.Brunus Astensis.in consi.87.dixi in consi.116.vbi ex hoc reprobaui vnum dictum Hyppoly.quod dicebat esse lucri, & honoris plenum,& ita notãdum, quòd nihil suprà:& ab omnibus non cognitum, nec recitatum. ¶ Secundò respondeo, † ad hoc vt princeps præsumatur vti de plenitudi- 43
ne potestatis,requiritur quòd sciat actum quem facit,non valere de potestate ordinaria.Secùs, si princeps erraret, credens actum valere de potestate ordinaria: tunc enim non præsumitur vti plenitudine potestatis. ita Paul. de Castr.in consilio 414. In facto præsenti. versicul. secundus casus est libro primo.& requirit Paulus quòd sit error in facto,non autem in iure:quia princeps nõ præsumitur in iure errare:sed vellem ꝙ Paul.declarasset quomodò possit considerari error facti circa potestatẽ principis ab-

ſolutam,ꝙ crederet actum valere de poteſtate ordinaria. Iſte enim error an valeat actus de poteſtate ordinaria,vel abſoluta,ad ius tantùm videtur pertinere. ob id (dũmodò princeps fuerit informatus de iure tertij,cui de plenitudine poteſtatis poſſit derogari,ſi deroget ſcienter,) videtur vti ſuæ poteſtatis plenitudine:cùm aliâs non valeat actus. In qua re neſcirem cõſiderare errorem in facto,quòd crederet princeps valere actum de poteſtate ordinaria, cùm talis (vt dixi) dicatur error iuris.

ARGVMENTVM.

Verbis enũtiatiuis Papę,aut principis in cauſa propria, an ſtetur,in præiudicium tertij.Et vtrùm id ſit vniuerſale in quibuſlibet principibus.Et quid de aſſertione priuatorum,quando fidem faciat.

SVMMARIVM.

1 *Clemen.vnica,de probatio.vbi,quando,& in quibus locum habeat,vide nu.3.& 4.*

2 *Iure diuino nemini creditur in cauſa propria.*

5 *Aſſertioni cuiuslibet ſtatur in iis,quæ dependent à poteſtate noſtra,ſine tertii præiudicio.*

6 *Comitis palatini aſſertioni ſtatur in iis,in quibus poteſtatem habet.Et idem iudiciũ in habente iura imperii in ſuo territorio.*

7 *Clemen.vnic.de probationib.cur ſublata ſit diſpoſitio.*

8 *Clemen.vnic.de probatio.diſpoſitio reſtringenda eſt ad expreſſa non extendenda ad omiſſa.*

9 *Clemen.vnic.de probatio.non habet locum,vbi narratur factum alienum,& agitur de graui præiudicio.*

10 *Clementi.vnic.de probatio.non procedit contra non ſubditum Papæ aut principi ſic aſſerenti.*

11 *Clemen.vnic.de proba.non habet locum quando conſtat de cõtrario eius,quod princeps expreſſit.*

12 *Probatio an admittatur contra principis aſſertionem.*

13 *Clemen.vnit.de proba.non procedit in verbis enuntiatiuis Papæ, in bulla executoria.& nu.14.*

15 *Clemẽ.vnic.de proba.procedit,quando ſuper narratis Papæ aut principis eius fundatur intentio.*

16 *Papæ intentio,quando dicatur fundata ſuper narratis per eum.*

17 *Verba quando dicantur principaliter propter ſe emiſſa.*

18 *Verba enũtiatiua Papæ aut principis:propter aliud emiſſa,num inducant præſumptionem.Et quid de verbis enuntiatiuis aliorum inferiorum,emiſſis propter aliud.nu.19.*

20 *Verba enuntiatiua emissa propter aliud, inter contrahentes, an probent: & contra quos.*

21 *Verba enuntiatiua propter aliud, inter inferiores, & priuatos, probant: in principe minùs. Et quid ita.*

22 *Verba enuntiatiua priuatorum, emissa propter aliud, in fauorem tertii, an præsumptionem faciant, & cui sit standum.*

23 *Sententia lata inter alias per verba enuntiatiua, facit præsumptionem contra tertium.*

24 *Verba enũtiatiua emissa propter aliud inter cõtrahẽtes, an probationem aut præsumptionem faciant, tertio absente. & nu. 25.*

26 *Verba enuntiat. inter extraneos emissa propter aliud, an probẽt.*

27 *Verba enuntiatiua prolata in iudicio, faciliùs probant, propter calorem iudicii.*

29 *Verba enuntiatiua probant in antiquis.*

30 *Sẽtẽtia lata inter alios, inducit præsumpt. propter calorẽ iudicii.*

31 *Verba enuntiatiua, emissa propter aliud plenè probant, quò ad tertium, quando sunt geminata.*

32 *Testis vnus an probet semiplenè. & quid de confeßione simplici incidenter facta propter aliud.*

33 *Verba enuntiatiua prolata incidenter propter aliud, an præsumantur enuntiata contra veritatem.*

34 *Probandi contrarii dißimilis ratio.*

35 *Probatio potentior confundit minùs potentem.*

36 *Probatio plena contra confitentẽ & enuntiantem quid incidẽter propter aliud, an faciat præsumptionem & adminiculum.*

37 *Verba enuntiatiua inter contrahentes emissa, propter aliud, an nihil probent, quò ad tertium absentem.*

38 *Prodesse, & nocere differ. nec cõfeßio vnius alii præiudicare põt.*

39 *Sententia & iuramentum, non æquiparantur respectu maioris præiudicii.*

40 *Priuatorum potestas in rebus suis.*

42 *Argumentum de minori ad maius, negatiuè non valet.*

42 *Iuramẽtũ tertii, nõ prodest neq; nocet alii tertio, sed quò ad ipsum iuramentũ prodest & nocet in præiudiciũ ipsius iurantis.*

43 *Iuramentum, supplet præsentiam partis, de iure canonico.*

44 *Fratres nõ possunt portionem obuentã per cõdictionẽ indebiti repetere ab eo, qui facta diuisione de bonis paternis cõibus, vt posset contrahere matrimoniũ cum aliqua puella, negãte cum iuramento se esse filium illius cuius hereditatem diuiserat.*

45 *Negatio vi ac feruore amoris extorta, an ius faciat.*

46 *Amoris vis.*

PROPOSITVM nostrum principale, sequẽdo materiā antiquitatis tẽporis, fuit, ostendere quomodò in antiquis stetur verbis enūtiatiuis principis: non inutile tamẽ visum fuit ponere, quid in non antiquis: cùm viderẽ hanc materiam adeò implicitam, & intricatam, & sic non parùm multa & ipsa notatu digna scripta sunt ad intellectum dictæ clem. vnic. de proba.

probatio. cuius dispositio, licèt in regno sit abrogata: non itidem factũ est in omni regione, quæ scripto iure vtitur. Ob id operæpretium facturũ me existimaui, si ea scriptis commendarem, quæ vsui omnibus futura cogitarẽ. ¶Sed adhuc nonnihil dicendũ † superesse video circa dispositio- 1
nem d. clemen. j. de probatio. & primò, an generaliter procedat non modò in Papa, verùm etiam in aliis principibus laicis. Curtius Iunior. in cõsil. 61. tenet, quod solùm habeat locum in Papa, allegat Paulum de Castr. in d. consil. 46. Viso, & examinato. libro ij. sed æquiuocauit Curtius. Paulus enim ibi non dicit, quòd solùm habeat locum in Papa: sed dicit quod solùm habet locum in clericis, quibus Papa potest præiudicare non in laicis, quibus præiudicare non potest. & sic Paulus potiùs facit contra Curtium, quòd etiam habeat locum in principe laico, eo casu, quo subditis præiudicare potest. allegat etiam Curtius Socinum in consilio 127. lib. ij. quod consilium inuenire nõ potui, nec in primo nec in secundo libro. Reperio tamen eundem Socinum in consi. iiij. & in cõsi. 27. lib. iij. vbi voluit dispositionem dict. clemen. vnic. procedere etiam in principe temporali, non recognoscente superiorem. Quod etiam sentit idem Soci. in dicto consilio 266. versicul. confirmantur præmissa. libro ij. Allegat etiam Curtius Alexandrum. in consil. 112. libro vij. Sed certè Alexand. hoc non dicit. benè dicit quòd non procedit in inferioribus, qui superiorẽ recognoscũt. Ergo aliud sentit in principe non recognoscente superiorem. Allegat etiam Felin. in dicto ca. cùm à nobis. in tertio notabi. de testibus. vbi Felin. hoc tenet contra Cardina. in consi. 154. In causa, quę vertitur inter Andræam. quia dict. clem. j. habet aliquid speciale † cõtra ius diuinum, quo ne- 2
mini creditur in causa propria: sed in ore duorũ, vel trium stat omne verbum. Ergo extendi non debet ad principem laicum, etiam non recognoscentem superiorem. Felinum etiam refert & sequitur Decius in consi. 410. versic. iij. principaliter. Vbi etiam Decius allegat illud consilium Pau. de Cast. in consi. 46. lib. ij. Soci. in dicto consi. 227. libr. ij. quod Socin. consilium non reperio, id est quod aliquid de hoc dicat. & Paulus in dict. cõsi. 46. nihil de hoc dicit, Sed vltra moder. hoc voluit Gemina. in consilio 96.

¶Ego puto, quòd dispositio † dict. clemẽ. vnic. generaliter 3
procedat in omni principe etiam recognoscente superio-

rem, data paritate terminorum.i.præsupposito casu, quo talis princeps iuri alterius possit derogare, aut præsupposito casu quo dispositio depēdeat à plena potestate princi-
4 pis, & ꝙ illud sit † verū, probatur. nā doctores dicūt, quòd illa clem. vnic. procedit so.ū in bnficialibus, in quibus Papa plenissimā obtinet potestatē: secùs in aliis bonis clericorum, quæ Papa sine cā auferre nō posset: secùs etiā in bonis laicorū subditorum Papæ, quę Papa ipse ab eius subditis laicis sine cā auferre non potest. ita Paul. de Castr. in d. consil. 46. libr. ij. Dec. in consil. 445. solùm enim procedit d. clem. in casibus, in quibus Papa habet plenitudinem potestatis: secundum Abba. ibi. quem refert, & sequitur collegium doctor. Floren. inter consilia Curtij senioris in cōsi. 21. vers. item prædicta procedunt. vbi quòd si aliter teneremus, posset Papa narrare donationes sibi factas à variis & diuersis personis, & sic dispositio illius clem. vnic. non fundatur in Papa solùm ex aliquo iure speciali contra ius diuinum: sed videtur concernere ius commune: vt eo casu, quo dependet res à libera voluntate, & potestate Papæ, tūc
5 credatur eius assertioni. Ius enim diuinum † per quod in ore duorū, vel trium stat omne verbum, intelligitur in iis, quæ non dependent à libera voluntate disponentis. In iis enim, quæ dependent à potestate nostra: quia nō agitur de præiudicio alterius, cui dubiū, ꝙ statur assertioni nostræ. Ob id si alimentans alium, scribat in libro rationū, vel aliter protestetur, quòd intendit alere animo repetēdi, statur tali assertioni & protestationi in facto proprio. l. Nesennius. Vbi Bar. & doct. ff. de neg. gest. Si statur assertioni priuatorum in iis, quæ liberè dependent ab eorum voluntate
6 & potestate: quantò † magis id cōcedi oporteat in superioribus? & pro hac mea declaratione adduco Pau. de Cast. in consi. 125. Dubitatur primò, an comes. in quinto dubio. li. ij. Vbi dicitur ꝙ dicta clemen. vnic. procedit etiā in locum tenente ipsius principis, aut ab eo potestatē habente: puta in Comite palatino: in iis tamen, in quibus ipse comes potestatem habet, & quæ ipse comes potest inducere. Similiter procedit d. clemē. j. in quolibet habente iura imperij in suo territorio: vt in comite Virtutum tradit Cardi. in cōsi. 128. in causa, quæ vertitur. & ꝙ procedat in principe seculari, voluit Dec. in consi. 127. versic. & ad hoc facit declaratio. in consi. 198. in princip.

Sed di

¶Sed † dicet aliquis: cur igitur per Concordata sublata est dispositio d.clem.vnic.de ꝓba.si nihil speciale cõtinet? Respondeo quòd per illius dispositionem poterat Papa præiudicare tertiis in beneficialibus, vt suprà dictũ est, quod regnicolæ sustinere noluerunt tanquã abhorrẽs ab omni honestate, & æquitate. Ideò cautũ sibi esse voluerũt, abrogando illius d.clemẽ.dispositionẽ de cõi consensu: & sic vr̃ odiosa dispositio d.cle.vnic.solũ ad casum, quo prĩceps de plenitudine potestatis alteri pręiudicare potest. ¶Infertur † ex tali odio, quod restringi debet dispositio d.cle.vnic.ad expressa nec ad omissa extenditur. Ideò si Papa narret se priuasse aliquem propter demerita sua, tacita citatione, licèt probẽtur demerita: non tñ infertur ꝙ citatio præcesserit priuationẽ. Geminia.in cõsil.53. Pro rñsione. Sequitur Deci.in consi.544. & in consi.606. Non † procedit etiam d. clem.vnic.quando narratur factum alienum, & agitur de magno præiudicio: quia tunc non statur narrationi Papæ, etiam quò ad præsumptionem, quæ transferat onus probandi in aduersarium. Areti.in c.cùm à nobis.de testib. & hanc dicit magis cõmunem opinionem Socin.inter consi. Curtij senioris, in consi.20. versi.sed ad hanc obiectionem respondeo. & in consil.seq.quod est consil.collegij doctor. Florentino.vers.sed diceret aliquis, quod tamen non procederet, quãdo appareret Papam, aut principem fuisse informatum de tali facto tertij. Alex.in cons.15.lib.v. Curtius senior in consil.50. ¶Similiter † non procedit d.clem.vnic. contra non subditum Papæ, aut principi sic afferenti. Paul. de Cast.in d.consi.46.lib.ij. Simile videmus, quòd vbi causa iusta præsumitur in principe, illud intelligitur contra subditos tantum. Ab.in d.c.cùm à nobis.de testib.in c.inter quatuor.de maio. & obed. & in d.c.quæ in ecclesiarũ. Soci. in d.cons.120.lib.iij. Ias.in d.l.si testamentum.C.de testam. Ratio est: quia sicut nõ subdito præiudicare princeps non potest: ita nec contra eum quid asserere, per quod præiudicium ei fiat. ¶Rursus † non procedit d.clem.vnic.quando appareret de contrario eius, quod per principem expressum fit: licèt eñ pro eo præsumatur, adeò vt stetur eius assertioni: tñ talis præsumptio cedit veritati, de qua in contrarium appareat. Ita Soc.in consi.164. versicu.sed ad hanc obiectionem.lib.ij. collegium docto. Florentinorum inter consil. Curtij senioris in consil. versicu. ex hac notorietate

Margin numbers: 7 (line 1), 8 (line 10), 9 (line 16), 10 (line 28), 11 (line 38)

¶Curtij senior.in consilio 50.versicul.credimus enim ver-
12 bis principis. ¶Sed contra† Socin.facit: quia dispositio di-
cta clemne.vnic.adeò procedit, ꝙ non admittatur proba-
tio in contrarium: vt ibi per gl.& doctor.Gemi.in consi.33.
Puto, ꝙ admittatur probatio probata: secùs in probatione
probanda, & hoc modo in probatione iam facta: putà per
scripturam publicam: procedat dictum Socin. Vel dictum
Soci.potest procedere, quando aliquid enuntiatur per mo
dum demonstrationis: si illa demonstratio reperiatur fal-
sa, per id, quod Alexan.scribit in con.si.46.lib.j.Aequè non
13 procedit dicta clemen.vnic.de proba.in verbis† enuntiati-
uis Papæ in bulla executoria: putà si in bulla executoria
fiat mentio de literis papalibus, ostendi enim debent ipsæ
literæ, aliâs nõ probantur per talia verba enuntiatiua.Ro-
14 ta decis.697.Dic, ꝙ si in aliqua.in antiq. ¶Non † procedit
etiam d.clem.vnic.quominùs admittatur probatio in con
trarium, quando ex tali probatione non arguitur Papa de
mendacio: vt quia quid asseruit ex informatione alterius.
15 Gemi.in d.consi.33. ¶Similiter† procedit dict. clemẽ.vnic.
quando super narratis Papę, aut principis fundatur inten-
tio. Secùs, si sint verba narratiua, emissa propter aliud, su-
per quibus Papæ aut principis non fundetur intẽtio: quia
illa non probant, & tunc procedit tex.in c.si Papa.de priui.
lib.vj.& in clemẽ.si summus pontifex.in fi.de sent.excõmu.
16 ¶Sed quando dicitur† intentio Papę fundari super narra-
tis per eum dic quãdo narrata habent se per modũ causæ
ad id, quod in literis continetur. Angel.in consil.368.circa
prin. Anto.autem de But.in c.fi.de succes.ab intest.dicit ꝙ
verba narratiua aut enuntiatiua, dicuntur emissa principa
liter propter se, & sic super eis dicitur fundari intentio di-
sponentis. quando sunt necessaria, vel conferunt ad id, de
quo agitur, & super quo enuntiãtur. Sequitur Alex.in cõs.
15.versi.& dicitur in talibus verbis narratiuis.lib.v.Are.au
17 tem in dict.consil.xxiij.in ij.dubio, quod† dicuntur emissa
principaliter propter se, quando sunt fundamentum priui
legij & cõcessionis: & super ipsis princeps se fundat ad con
cedendum id, quod petitur. allegat gl.fi.d.c.si Papa.& do-
ctor.in d.c.fi.de successio.ab intesta.Baldus autem in con-
sil.263.Verba instrumenti procuræ.lib.j.ꝙ dicuntur princi-
paliter emissa propter se, quando non terminantur ad a-
liud, nec respiciunt alium finem, nisi sese. Idem Bald.in l.
si vo

si voluntate.C.de fideicōmis.liber.quòd quando dirigitur enuntiatio ad aliud propositum,tunc est quoddam dictū; & non dispositum,sed quando consistit in seipsa,tunc est quoddam dispositum:per l.tale pactum.in prin.ff.de pact. l.sciendum.§.dictum.ff.de ædil.edic.Idem Bald.in l.j.C.de falsa caus.adiec.lega.ꝙ verba enuntiatiua dicuntur emissa propter aliud,quando sunt in præludiis & in pręcedētibus prolata,ad effectum alterius dispositionis,& nō sunt principalia verba orationis:sed sunt trāsitus ad aliud.quod dictū refert,& sequitur Alex.in consi.82.ver.prætereà,verba dicti Campionis.lib.iij.& in consi.181.lib.vij.Soci.in consil. 228.versi.hoc autem multò fortiùs.lib.ij.decisio.Neapolita.decisio.83.¶Sed nunquid † talia verba narratiua Papæ 18
aut principis emissa propter aliud,inducant saltē pręsumptionem?Imo.in d.cle.si summus pontifex.in fi.post Lapū ibi,dicit,ꝙ non.& idem sequitur Cardi.ibi in quinta oppositione.Secùs tamen dicunt Imo.† & Cardi.post Lapum in 19
verbis enuntiatiuis aliorum inferiorum emissis propter aliud,quia pręiudicant.Quod dictum probatur ex doctrina Bar.in l.ex hac scriptura.ff.de donatio.tit.gen.vbi,ꝙ verba enuntiatiua emissa propter aliud, inter contrahentes præsentes,inducunt probationem,seu pręsumptionem,donec probetur cōtrariùm:per l.quidam.ff.de proba.& l.optimā. C.de contrah.& commit.stip.sequitur Soc.in consi.213.lib. ij.& in consi.68.lib.iiij.Dec.in consi.42.in quarto dubio.licèt Soci.sibi contrarius,aliud tenuerit,in consi.92.vers.sed difficultas est.libr.iij.vbi, dicitur quòd etiam præsumptio non inducitur.Et † non solum probant contra ipsos cōtrahentes præsentes:sed etiam contra alios non cōtrahentes, 20
ac tum non consentientes.Soc.in d.consi.266.versic.ꝙ potius censeri debeat.lib.ij.¶ Fortius habetur in apostillis ad Bar. in d.l.ex hac scriptura.ꝙ vbi verba enuntiatiua emittūtur propter aliud scienter,super eo, super quo partes possunt sibi præiudicare,non admittitur probatio in contrarium. allegatur Cy.in l.non nudis.in vlt.q.C.de proba.Bal.in l.cū falsam.C.de fals.caus.adiect.leg.Et hoc dictū sequitur Soci.in d.consi.213.libr.ij.& in consi.46.libr.j.¶Sed dicet † aliquis,quæ est ratio diuersitatis, ꝙ verba enuntiatiua principis emissa propter aliud,non inducant præsumptionem: 21
secus in verbis enuntiatiuis inferiorum aut priuatorum? Respondeo , licèt declaratum non inueniam, quòd du-

plex potest esse ratio. Prima, qa in principe agitur de maiori præiudicio: quia nõ solùm præiudicatur ipsi principi enuntianti, sed etiã aliis, quibus prouideri posset de beneficio, aut alia re, super quã fit enuntiatio, cessante probatione enuntiati. Secunda ratio, & ipsa magis efficax; quia in principe enuntiante faciliùs præsumitur error, quã in priuatis. Princeps em̃ plurima enuntiat ex assertione aliorũ, de quib. certior non sit. Secus in priuatis, qui magis pręsu-
22 muntur scire veritatẽ enuntiati. ¶ Sed hîc † quæro iuxta proximè dicta: tu dicis, ꝙ verba enuntiatiua priuatorum emissa propter aliud, inducũt præsumptionẽ in cõtractib. cui præsumptioni statur, donec probetur contrarium, an istud procedat respectu tertij seu in fauorẽ tertij? Rom. in cons. 63. Solùm est videre, ꝙ sic: per tex. in l. ne satisdatio. ff. rem rat. hab. quod cõsi. refert & sequitur Ias. in l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pact. Idẽ tradit Abb. in consil. 62. in tertio dubio. lib. ij. vbi dicit, ꝙ talia verba inter cõtrahentes plenè probãt, inter extraneos inducunt pręsumptionẽ.
23 Et pro hoc † facit: nã sententia lata inter alios, inducit pręsumptionẽ contra tertiũ: vt per gl. & doctor. in l. si duo patroni. ff. de iureiur. quantò fortius cõfessio licèt incidenter emissa propter aliud, debet inducere præsumptionẽ cõtra ipsum confitentẽ? Sed Ias. in terminis. in l. ex his verbis in tertia limitatione, C de testa. mili. voluit, ꝙ faciãt semiplenam probationẽ. allegat Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. & idem dicit Bar. in consil. 123. ¶ Sed Bar. in d. l. ex hac scri-
24 ptura. ff. de donatio. sentire † videtur contrarium: dum dicit, ꝙ verba enuntiatiua inducunt probationẽ aut præsumptionẽ inter contrahentes præsentes. & sic vult secùs esse, vbi alter esset absens. ergo à fortiori nõ videntur probare quo ad tertium absentem. sequuntur Soc. & Dec. s̃ alle. fortius voluit Ias. in consi. 36. lib. 3. ꝙ non probent verba enuntiatiua emissa propter aliud in fauorẽ tertij: licèt fuerint iurata: quia iuramentũ sicut non nocet tertio, ita nec pro-
25 desse debet. Et istud † dictũ, quod verba enuntiatiua emissa incidenter propter aliud non inducant pręsumptionem in fauorem tertij, fortiter confirmatur, tenendo aliud dictum, ꝙ etiam non probent talia verba inter ipsas partes contrahentes, qñ principaliter contingit disputari super ipso enuntiato: vt tradit Ant. de Butr. in ca. illud. in quarto
26 nota. de præsumpt. de quo infrà videbimus. Et quòd † inter ex

ter extraneos, aut tertios verba enũtiatiua emissa propter aliud non probẽt, voluit Roma. in cõsi. 156. Ponderari etiã potest dictum Barto. in d. l. ex hac scriptura. vbi, quòd talia verba inducunt præsumptionem inter præsentes: cui pręsumptioni statur, donec probetur cõtrarium. Si inter præsentes solùm inducunt præsumptionem: ergo absurdũ videretur, quòd etiam inter absentes parem aut eundẽ effectum agerent, & operarentur. Et quòd inter præsentes solùm inducant præsumptionem: tradit Rota decis. 272. nota qualiter non creditur. in antiquis. Et tenendo † hanc opinionem posset responderi ad allegata in contrarium. Primò ad dictum Romani in dicto consi. 63. quòd loquitur in verbis enuntiatiuis prolatis in iudicio, quæ faciliùs probant propter calorem iudicij. Bart. in d. l. ex hac scriptura. in fi. Corn. in consi. 305. lib. iij. ¶ Non obstat dictum Abb. in dicto † consil. 62. in tertio dubio. quia ibi res erat de antiquo, quo casu verba enuntiatiua probant: vt suprà dixi. 27 28

¶ † Non obstat, de sententia lata inter alios, quòd inducit præsumptionem: quia illud est propter calorem iudicij. Vel illud est, quia sententia nõ dicitur lata incidenter propter aliud, sed principaliter super eo, de quo erat quæstio. Vel & tertiò, quòd illa dicitur leuis præsumptio, quæ solũ operatur, vt, cæteris paribus, sententia feratur pro eo, pro quo militat talis præsumptio. Ripa in dict. l. admonendi. licèt multi teneant, quòd inducit semiplenam probationem. sed hîc non examino. ¶ Non obstat decisio Ias. in d. l. ex his verbis. in tertia limitatione, quem etiam sequitur Purpuratus, socer meus, in d. l. admonendi. quia Barto. per eum allegatus, videtur loqui in verbis enuntiatiuis emissis principaliter propter se. Nam si in diuisione bonorum communium vnus frater dicat se restituere alteri fratri centum, quæ mutuo acceperat à Sempronio, & in domo posuerat, illa confessio mutui facti per Sempronium, non videtur facta incidenter propter aliud: imò principaliter propter se, vt frater restitutionem consequeretur ab altero fratre: propter dictum mutuum, & sine quo mutuo talis restitutio facta non esset. Eadem responsio videtur accommodari ad dictum Bar. in d. consil. 123. Vel dici potest, quòd licèt sint verba enuntiatiua propter aliud: tamen denotant causam finalem actus, in quo prolata sunt: arg. l. emptor. §. fi. ff. de rei vendi. ¶ † Quid tenendum? ego puto. 29 30

quòd talia verba enuntiatiua incidenter emissa propter aliud inducant præsumptionem, quo ad tertium absentem, cui præsumptioni standum sit, donec probetur contrarium. nam si essent verba enuntiatiua emissa principaliter propter se, non est dubium, quin faciant semiplenam probationem in fauorem tertij absentis: quia cõfessio extraiudicialis, facta absente parte, inducit semiplenam probationem: vt per Bartol. & doct. communiter in dicta l. admonendi. Roma. in consi. 373. In casu proposito. in secundo dubio. Cornæ. in consil. 261. libro iiij. Ergo si incidenter, & propter aliud fiat confessio, inducere debet saltem præsumptionem.

31 ¶ Secundò, nos † videmus, quòd verba enuntiatiua emissa propter aliud: plenè probant, quo ad tertium, quando sunt geminata. Bartol. in l. cùm scimus. C. de agric. & censi. libr. xj. Pau. de Castr. in dicta l. ex hac scriptura. & in consil. 92. quòd præfata sententia. libro ij. Abb. in cap. si cautio. in fi. de fide instr. Alexan. in consi. 190. lib. vj. Soci. in consil. 65. lib. j. & in consi. 228. libr. ij. Cornæ. in consil. 187. libr. iiij. Dec. in consi. 152. & alibi sæpè doct. ergo talia verba semel tantùm prolata, deberent inducere semiplenam probationē. Nam

32 † sicut duo testes regulariter probant plenè: ita vnus testis probat semiplenè. ita arguunt Bartol. & doctor. in dicta l. admonendi. pariter dicamus, quòd sicut duplex confessio incidenter facta propter aliud, probat plenè: ita vna & simplex probare debet semiplenè, aut saltem inducere debet præsumptionem.

33 ¶ † Tertiò, nemo præsumitur dixisse, quod mente non cogitauerit. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supellect. legat. Itaque licèt talia verba enuntiatiua incidenter prolata fuerint; tamen non est verisimile, quòd contra veritatem ita fuerint enuntiata: ergo illis videtur standum, donec probetur contrarium. ¶ Et si dicatur hoc modo nulla videbitur differentia inter verba enuntiatiua emissa principaliter propter se, & enuntiata incidenter propter aliud: quia etiam enuntiatis propter se, non statur, donec pro-

34 betur contrarium. Respondeo † magnam esse differētiam respectu modi probandi contrarium: quia si solùm inducant præsumptionem, illa tolli poterit per aliam præsumptionem fortiorem. l. diuus ff. de restitutione in integrum. l. non solùm. ff. de ritu nuptiar. l. cùm de ætate. ff. de proba.

l. ma

l.mater.vbi Angel.& Salicet.C.de calumniat.l.j.in fine.C. qui & aduer.quos.l.si hi, qui.C.de adult.capit.transmissæ. qui filij sint legiti.& capit.accedens.de falsis.Si autem inducerent probationem, alia & fortiori probatione opus esset:quia probatio †potentior,confundit minus potentẽ. 35
l.ob carmen.§ si testes.ff.de testib.Soci. in consil.266.& in consil.270.libro ij.& duorum aduersariorum plenior & certior probatio præualet.& ille vincit,qui melius intentionem suam fundat.Bal.in consi.390.Tam profundè.libr. ij.per text.in l.final.C.de edicto diui Adriani tollend.Constat autem difficiliùs esse probationes plenas præstare, & facere,quàm præsumptiones inducere.¶Quartò,in terminis,†quòd talia verba enuntiatiua emissa incidenter pro- 36
pter aliud faciant adminiculum,& præsumptionem,etiam respectu tertij:adduco Bald.in capit.series.de testibus.Vlteriùs voluit Ias.in d.l.iuris gentium.§.quod ferè.versic.limita prædicta omnia.ff.de pac.quòd inducatur plena probatio contra sic confitentem aut enũtiantem : per dictum Bald.in dicto capit.series.Sed certè Bal.ibi solùm loquitur respectu adminiculi.allegat etiam Roma. in dicto consil. 63.sed certè Roma.se fundat,per dict.l.ne satisdatio.ff.rem ratam haber.quæ loquitur in iudicio. ¶Et†tenendo hanc 37
opinionem,quam puto veriorem,non obstãt allegata suprà in contrarium. primò non obstat, quòd etiam inter ipsos contrahentes talia verba enũtiatiua emissa propter aliud non probant plenè,sed præsumptionem tantùm inducant.ergo,quo ad tertium absentem nihil videtur probare,etiam præsumptiuè.quia dico, ꝙ imò inter ipsos cõtrahentes præsentes plenè probant, nisi doceatur de contrario per veras ac plenas probationes,ita quòd confessio prius facta probetur erronea.& ita loquuntur doct.in hac materia.& licèt Bar.in d.l.ex hac scriptura. locutus fuerit alternatiuè, ꝙ inducũt probationem seu præsumptionem: illud fecit propterea,quòd admittebatur probatio in contrarium ad docendum de errore ipsius cõfessionis. ¶Non obstat†dictum Iaso in dicto consilio 36.libr.iij. Vbi, quòd 38
non nocet talis confessio etiam stãte iuramẽto.quia Ias. malè loquitur. primò allegauit Barto.& docto.loquentes contra ipsum Iaso.nec aliter respondet ad eorum iura, & rationes : sed per generalia quædã nititur euadere.vtitur enim fundamẽto debili, ꝙ sicut cõfessio iurata, tertio ab-

ſenti nõ nocet: ita nec prodeſſe debet: vt cõtrariorũ eadem ſit diſciplina. Sed illa regula non procedit, vbi eſt diuerſa ratio ipſorum contrariorũ. l. ſi quis negotia. ff. de neg. geſt. gl. in clemen. fi. de appel. Bar. in l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. ff. de ver. obl. Iaſ. in conſi. 136. lib. iiij. Sed hîc differentia eſt manifeſta inter prodeſſe, & nocere. Ideò enim nocere non poteſt tertio confeſſio, quia factum vnius alij præiudicare non poteſt. l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffi. teſtam. l. non debet. ff. de reg. iur. c. non debet. eo. titu. libr. vj. ſed ſibi ipſi confitenti præiudicare quis poteſt. Poteſt enim quis confiteri ad ſui præiudicium in ijs, ſuper quibus liberè poteſt diſponere: & ſtatur eius confeſſioni in ſui præiudicium, & ad commodum alterius. l. ſi fortè. ff. de caſtrẽ. pecul. l. ſi donatione. C. de collat. arguendo ab oppoſitis, & attenta ratione Iaſ. ſequeretur, ꝙ etiam confeſſio facta abſente parte, ſemiplenè non probaret. Cuius contrarium firmat ipſe Iaſo. in d. l. admonendi. & dictum eſt ſuprà. ¶ Non obſtat,
39 † argumentum Iaſ. ꝙ iuramentum, & ſententia æquiparátur: ſed ſententia inter alios lata, aliis nõ præiudicat: ergo nec cõfeſſio iurata. quia dico, ꝙ non æquiparantur ſententia, & iuramentũ reſpectu maioris præiudicij: quia iudex non intẽdit per eius ſententiã præiudicare tertiò, ſeu quo ad tertios non vocatos. nec ſi vellet præiudicare, id facere
40 poſſet. ſed cõfitens in re ſua eſt moderator † & arbiter, & ſibi præiudicare poteſt in ijs, quæ à poteſtate ſua dependẽt, & plus poſſunt priuati in rebus ſuis ad ſibi præiudicandũ, quàm iudex in rebus alienis. Imò maiorẽ poteſtatẽ habẽt priuati in rebus ſuis, quàm princeps. nã tranſactio tolli poteſt de cõmuni conſenſu partium. l. ſi diuerſa. C. de trãſact. facit l. fi. C. de pact. & tñ per reſcriptum principis, trãſactio tolli non poteſt. l. cauſas vel lites. C. de tranſactio. Similiter partes poſſunt renũtiare exceptioni perẽptoriæ expreſsè, vel tacitè, eam non opponendo. l. peremptorias. C. ſent. reſcind. non poſſe. & tamen tolli non poteſt exceptio peremptoria, per reſcriptũ principis: quia eſſet tollere defenſionem. c. ex parte B. de fo. competẽ. Præterea, in confeſſione adeſt conſenſus confitentis: ſententia autem fertur contra inuitum. d. l. inter ſtipulantem. §. Stichum. ff de ver. ob. non eſt igitur bona conſequentia: ſententia nõ prodeſt tertio: ergo nec confeſſio. Amplius retorqueo fundamentum Iaſ.
41 contra eum: nam tex. in l. ij. ff. de iureiur. dicit, quòd † iuramentum

mentum habet maiorem auctoritatem, quàm res iudicata. Ergo non valet argumentum Ias. de minori ad maius negatiuè: sententia, quæ est minoris auctoritatis, & potestatis, non præiudicat: ergo nec confessio iurata. ¶Nõ obstat. †tex. in l. iij. §. penulti. ff. de iureiur. vbi habetur, quòd 42
iuramentum vnius, alteri neque nocet, neque prodest. qui tex. loquitur in iuramento tertij, quod non prodest nec nocet contra alium tertium, sed contra ipsum iurantem bene prodest, & nocet in præiudicium ipsius iurantis. Aliter etiam responderi potest, quòd iuramentum vnius alteri non prodest de iure Ciuili, secùs de iure † Canonico: quo 43
iure supplet iuramentum præsentiam partis. glo. in c. quoties cordis oculus. j. q. vij. cum similib. vt Alex. tradit in cõsil. 31. & in consil. 185. libr. vj. & in confessione iurata, tradit Corn. in consi. 113. lib. j. Addo Old. in consil. 291. Hæ sunt rationes. Bal. in consi. 344. In causa domini Ludouici. lib. 4. & constat, quòd stamus iuri canonico, vbi agitur de obseruatione iuramenti. c. fi. de for. compet. lib. 6. ¶†Non obstat 44
decisio Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de obli. & solu. §. final. versicu sed & indebitum. in addi. incipien. ordine, quo suprà, &c. vbi si quis facta diuisione cum fratribus de bonis paternis communibus, vt posset cõtrahere matrimonium cum aliqua puella, negauit cum iuramento se esse filium illius, cuius hereditatem diuiserat. ob talem cõfessionem iuratam non poterunt fratres repetere ab eo portionẽ illi obuentam per condictionem indebiti: quia est res inter alios acta. Quia respõdeo, quòd diuersa ratio reformat pactum. l. interpositas. C. de transact. nam in casu Io. Andr. illi fratres habuerant ipsum diuidentem pro fratre, & eum vt talem, confessi fuerant, & verbis & facto, diuidendo hæreditatem tanquam cum fratre. Ideò nõ poterant etiam ipsi agendo venire contra propriam confessionem. ¶Secundò respondeo, †quòd ibi illa negatio, iurata contrahentis ma 45
trimonium, non fuit spontanea & libera, sed vi, ac feruore amoris extorta. cùm aliter libidinem explere non posset. quæ ratio assignatur etiam ibi per Ioan. Andræ. Est autem amor, tortura quædam intrinseca: ob id dicitur, quòd amoris† furore nihil est vehementius. §. illud quoq;. in authen- 46
tica quibus mod. natu. effic. legit. gloss. in l. vnica. in verbo: capta. C. de senatusc. Claudia. tollen. & in §. j. in verbo: bacchata. Institu. de succes. subla. & dicit text. in l. ij. §. initium.

ff.de origi.iuris,quòd captus amore virginis, omne fas, atque nefas committeret.& ibi dicit Bal.quòd amor puellarum peruertit sensum.Hinc videmus,quòd peccans per talem amoris furorem,mitius puniri debet: puta si quis amoris furore inuocat dæmones,vt venere expetita potiri valeat.nam vt hæreticus puniri nõ debet: licèt grauiter in eum sit animaduertendum.Old.in cõsi.210 Regularis.
47 Non † intelligo tamen, quòd talis confessio ob causam amoris,sic dicatur coacta,vt contractus rescindantur:quia (vt dixi) est tortura intrinseca, quæ non apparet.& voluissem,quòd Ias.in dicto consi.36.respondisset ad argumenta contraria:non etiam multiplicasset incõuenientia, cumulando contraria contrariis.& nescio qua conscientia vnus doctor posset consulere,quod possit quis venire cõtra cõfessionem per eum iuratã,non probato errore ipsius confessionis,qui error erat euidens in casu illo Ioã.Andr per confessionem aliorum fratrum,qui cõfessi fuerant & verbis & facto alterum esse eorum fratrem,diuidendo paternas facultates cum eo,vt tali.¶ Tertiò respondeo ad illud consil Ias.36.quod non est curandum de auctoritate Iaso. quia fuit sibi contrarius & cõtrarium tenuit in d.l.ex his. in sexta limitatione.C.de testam.mili.& in consi.91.lib.iij. vbi voluit,quod verba enuntiatiua iurata,emissa inciden-
48 ter propter aliud,plenè probant.& † reperio quod doct.legendo magis nituntur veritati,quàm consulendo: quia in lectura cessat affectio & cupiditas æris: cuius libido,vel quot mortalium animas ad inferos protrahit? in qua ipsa re minus excusationis habent viri doctores,qui seculi huius bona caduca esse nõ ignorant,& quod alius nobis thesaurus apud superos quærẽdus sit. ¶ Ex præmissis habetur.
49 † conclusio, quod verba enuntiatiua incidenter prolata propter aliud,saltem inducunt præsumptionẽ in fauorem tertij absentis,quæ onus probãdi trãsferat in aduersariũ. Quæ cõclusio maximè procedit,qñ talia verba significant causam finalem eius,de quo agitur: & habito respectu ad qualitatem personarũ:quas verisimile non est mentiri vo-
50 luisse Bal.in consi.310.An patronatus.lib.v.¶ Limitarẽ † tñ istam cõclusionẽ non procedere,qñ talia verba emissa essent ab eo,qui de veritate facti incidenter enũciati,verisimiliter notitiã non haberet ex eo, ꝙ Feli.scribit in d.c.per tuas.versicu.secundò restringitur ista fallentia.de probat.

vbi quod

vbi ꝙ cõfessio filiationis incidenter & propter aliud facta nõ inducit præsumptioné, aut effectũ quasi possessionis in filio: quò minùs teneatur probare se filiũ, quando emissa est confessio ab eo, in quo verisimilis non cadit ignorãtia. ¶ † Secũdò limitaré quando emanasset confessio incidens 51
& propter aliud super aliquo facto nõ conueniẽti tali cõfessioni: quia tunc ex ea nõ induceretur etiã præsumptio, ex eo quod scribit **Iason** in cõsi.102.lib.iiij. vbi quãdo quis nominatur filius incidẽter in actu indifferẽti, qui etiã non filio cõuenire potest: putà si dicatur: fili mi, veni hûc, vade illûc, fac sic, &c. talia verba non inducunt præsumptionem pro filio, vt aduersarius teneatur probare, nec cõstituitur quis in quasi possessione filiationis: secùs, quãdo talia verba enuntiãtur in actu, qui nõ solet conuenire nisi filio: puta si dicatur: Bene veneris, fili mi: volo ꝙ tractes negotia mea. allegat Pau. de Cast. in d. l. non nudis. C. de probationibus. Geminia. in d. c. si Papa. in princip. Anchar. in dict. clemen. fina. de sententia excõmunicatio. Si enim proferãtur aliqua verba enuntiatiua incidẽter, non cõferentia aut cõuenientia ad actũ, apparet quod sine ministerio, & solẽnitate ac animi deliberatione prolata sunt ob id operari nõ debent. & multũ cõfirmatur ista limitatio ex dicto Bal. in d. consi.310. lib. v. vbi, ꝙ talia verba faciunt magnũ adminiculum, quando significant causam finalẽ eius de quo agitur: ergo secùs, si causam finalem nõ significent. Cõfirmatur ista limitatio ex dicto Salice. in d. l. non epistolis. C. de probationib. quod refert & sequitur Alex. in cõsi.181. versi. hoc pleniùs. lib. vij. ¶ Infertur † etiã ex præmissis ad intel- 52
lectum dicti Anto. de Butr. in d. c. illud. de præsumptionib. vbi voluit, quod verba enuntiatiua emissa incidenter propter aliud, solùm probant ea, quæ sunt de substãtia actus & tẽdunt ad eius validitaté, vt actus ille valeat. Secùs, si principaliter posteà cõtingat disputari de veritate ipsius enuntiati: quia tunc nõ præiudicant. Exemplũ in d. l. optimã. C. de contra. & cõmit. stipul. Nam regulariter alter alteri stipulari nõ potest. Hoc fallit † in seruo, qui potest stipulari 53
domino. Pone, ꝙ Titius Sempronio, tanquàm eius seruus, dicẽdo: Titius, seruus Sempronij. ista verba enũtiatiua probabunt, quò ad hoc, vt stipulatio valeat: sed si postea cotingat principaliter disputari de dominio serui: cuius sit, etiã inter promissoré & Sempronium: talia verba non præiudi-

eant etiã inter easdem personas, aut partes. ¶ Idem † voluit
54 Baldus in l. ad probationem. C. locati. vbi si ego conduco à te talem domum, tanquàm tuam. ista verba bene probant dominium tuum, quantùm ad validitatẽ conductionis. sed si cõtingat posteà disputari principaliter de dominio ipsi9 domus inter te, & me, illa cõfessio incidenter facta & propter aliud non præiudicat, & præsumitur facta per errorẽ. Ad idem adduco Baldum in l. fina. circa fi. C. si à non competen. iudice. vbi, si dicatur: Titius de Papia, promisit, ista verba bene probant, quod Titius sit de Papia, quò ad hoc, vt Papiæ posset conueniri. Secùs, si posteà principaliter disputetur de hoc, an sit Papiensis vel non. & istud dictum, & verba enuntiatiua emissa propter alind, nõ probent, etiam inter easdem partes, quando posteà disputatur principaliter de veritate enuntiati: sequitur Alex in consi. 136. Viso & examinato processu. lib. j. in consi. 202. lib. ij. & in consi. 69. versi. ad idem, quod notat Bal. lib. v. Mathesilanus nu. 79. Cornæ. in consi. 269. versi. quinimò & verba. lib. iij. Decius in authen. si quis in aliquo documẽto. C. de edend. in cap. per tuas. in cap. cùm causam in quinta fallentia, de probationibus in consi. 118. in consi. 178. in consi. 213. in consi. 310. versi. nec obstat quod post interrogationem. in consi. 343. circa principium. consi. 348. & in consi. 360. Iason in d. l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pactis. in d. authen. si quis in aliquo documẽto. in d. l. ex iis verbis. in septima limitatio ne. C. de testam. milit. in cõsi. 81. lib. j. in cõsi. 24. in cõsi. 36. lib. iij. & in cõsi. 102. lib. iiij vbi etiã allegat Felin. in d. cap. per tuas. versi. secundò restringitur ista fallentia. de probationibus Idem tenet Curtius iunior, in consi. 95. Nam circa istud dictum doctores nimium leuiter videntur transi-
55 re. ¶ Dubitari † enim probabiliter potest, an saltem talia verba enuntiatiua incidenter emissa propter aliud, inducant præsumptionem inter easdem partes, quando principaliter contingit disputari de ipso enunciato? In qua re mihi quidem videtur concludendum sine dubio, quòd sic. & quod istud clarè probatur ex proximè dictis. Si enim talia verba inducunt præsumptionem, quò ad tertium absentem (vt supra probauimus:) quantò magis talem præsumptionem inducere debent, si in fauorem partis præsentis?
56 ¶ Secundò, † dico quòd istud videtur sentire Baldus in d. l. ad probationem. C. locati, dum dicit, quòd si ego cõduxi

à te

à te talem rem, tanquàm tuam, si posteà contingit principaliter disputari de dominio, nõ præiudicat illa confessio, sed præsumitur error. l. cùm falsa. C. de iuris, & facti ignorantia. error. n. nõ præsumitur, nisi probetur in cõfessione. Ideò allegans confessionẽ erroneã, tenetur probare. Bart. in l. non fatetur. ff. de confessis. habetur in l. si post diuisionẽ. & in l. error. C. de iuris & facti ignorãtia. Corneus in cõsil. 250. libr. iiij pręsupponit ergo Bald. dum allegat errorẽ, quòd probatus sit error. Et si dicas, si error esset probatus, non præsumeretur: quia cessat præsumptio in re clara, & probata. l. continuus. § cùm ita. ff. de verborũ obligationibus. Respondeo, quod Baldus intelligit, quòd præsumatur error in illa confessione incidẽti, ꝙ quis per errorẽ confessus sit eo respectu, quod si ex certa scientia cõduxisset rẽ suam tanquàm alienã, sibi præiudicasset: iuxta l. si rem aliquam: ff. de acquirend. possessio. & sic probato contrario, quod res non esset locantis, vult Bald. quòd quis præsumatur ita confessus erroneè, & non scienter: quia si scienter, sibi præiudicasset, & ista fuit vera mens Bald. Nec est verisimile ꝙ Bald. voluerit intelligere, ꝙ confessio præsumatur erronea, aliter errore nõ probato. ¶ Tertiò, quòd talia † verba inducant præsumptionem, clarè voluit Aretinus in d. c. per tuas. de probationibus. & in consil. 13. in versicu. præterea, ista confessio. vbi voluit, quòd dictũ illud Anton. de Butr. procedat, quãdo contra illud incidenter enũciatum, est aliqua fortior præsumptio in contrariũ. & sic clarè vult Aretin. quòd talia verba incidenter & ob aliud enũtiata inducant præsumptionem. cui stetur donec contrarium probetur per probationes aut alias præsumptiones fortiores in contrarium. Idem clarissimè voluit Alexãder in apostil. ad Baldum. in dict. l. ad probationem. C. locati. Abbas etiam in consilio 16. libr. j. quòd verba enuntiatiua emissa propter aliud, inducunt præsumptionem. ¶ † Quartò, sine dubio illud procedit, tenendo opinionem Abba. in consi. 85. versic. nec obstat prædictis. dict. l. optimam. lib. ij. Soci. in consi. 68. lib. iiij. vbi volunt quòd talia verba inducunt plenam probationem inter easdem partes, etiam quando principaliter contingit disputari de ipso enuntiato incidẽter, & propter aliud. Sed tamen non placet istud dictum, quod inducatur plena probatio. & contrarium voluit

57 58

Abb.ſibi cõtrarius in d.c.illud de præſumptio. vbi reputat illud dictum Ant.de But.& Hoſtien.ſolennẽ limitationem ad d. l. optimam.Similiter Soc.fuit ſibi cõtrarius. nam in conſi.92.verſi.Sed difficultas eſt.li.iij.voluit,quòd ne præſumptio quidem inducatur ex talibus verbis enũciatis incidenter propter aliud,quãdo principaliter ſuper eis contingit diſputari. illæ vulgi adlatrationes contra. Adduco etiã Abb.in d.c.ſi.de ſucceſſio.ab inteſt.vbi, ꝙ talis cõfeſſio incidenter facta propter aliud in præſentia partis,probat ſemiplenè.& loquitur Abb.quãdo principaliter diſpu-
59 tatur de veritate enũtiati. ¶Putarẽ tamen,ꝙ duæ † limitationes ſuprà datæ ad proximã concluſionẽ præcedentem, quæ habet,ꝙ verba enuntiatiua emiſſa incidẽter propter aliud,inducũt præſumptionẽ,etiã reſpectu tertij, conueniant ad hanc cõcluſionẽ.Similiter puto dictũ Ant.de Bu. nõ procedere in antiquis,& quod in antiquis verba enuntiatiua emiſſa propter illud,probẽt inter eaſdẽ partes: aut habentes cauſam ab eis,etiã quãdo principaliter cõtingit diſputari de enuntiato: per ea,quæ infrà dicam de verbis enuntiatiuis in antiquis.¶Non cõfundam hic in materia verborũ enuntiatiuorũ,quæ doctores in locis cõmunibus & vulgaribus paſſim tractant. Aliqua tamen ſubiiciã,quæ
60 non ita paſſim offendi putẽ.Ad regulã † ꝙ verba enuntiatiua incidenter prolata propter aliud nõ probãt,datur vna limitatio inter alias,vt non procedat fauore piæ cauſæ.vt per Iaſo.in d.l.ex his verbis.in quinta limitatione.C.de teſtamen.mili.& tradit Abb.in conſi. xj.lib.j.intellige iſtã limitationẽ in verbis enuntiatiuis de præterito:ſecùs, ſi de futuro:quia verba de futuro,diſpoſitionem non inducunt: puta ſi quis dicat:volo inſtituere eccleſiã.Ita Paul.de Caſt. in conſi. 137. In cauſa quæ vertitur Pergami. lib.ij.quod dictum refert & ſequitur Deci.in conſil.159.verſi. nec ob-
61 ſtat,ſi dicatur, quòd licet frater Marcus. ¶Sed † nunquid iſte fauor piæ cauſæ habeat etiã locũ vbi agitur de fauore liberorum.Si ſint verba enuntiatiua patris, ꝙ teſtatus eſt inter liberos,ſi reperiatur ſcriptura teſtamenti minus ſolennis.Bald.quòd ſic, in conſil. 179. Quando ſapiens.in princip.lib.iiij.& licèt in caſu Bald.eſſent verba enũtiatiua principaliter prolata propter ſe:tamẽ eius ratio adaptatur etiam ad verba enuntiatiua emiſſa propter aliud:dũ dicit, quòd in teſtamẽto inter liberos ſufficiunt indicia volunta-

tis.

tis.l.fina.C.famil.erciſcund.Sed ex iſtis verbis enuntiatiuis emiſsis propter aliud incidenter,fit indiciũ & præſumptio etiam in fauorem tertij abſentis.ergo &c. & hanc opinionem puto de iure veram & æquitati amicã.Similiter probant † verba enũtiatiua emiſſa propter aliud,quãdo agitur 62
de modico præiudicio:vt in quæſtione finiũ.gloſſ.in cap. cùm olim.in verſicu.inſtrumentis.de cẽſibus. Abb.in cõſi. 64.verſicu.item videtur in hoc credendum.libr.faciũtque latè ſcripſi in cõſi.182.vbi latè ſcripſi,quòd in his quæ ſunt modici prçiudicij ſufficiũt leuiores probationes.¶ † Adde 63
etiam,ꝙ licèt verba enuntiatiua emiſſa propter aliud probent inter præſentes,iſtud intelligitur in his,quę dependẽt è poteſtate partium , & ſuper quibus poſſunt partes liberè diſponere:ſecus in iis,quę à poteſtate earũ nõ dependent: putà ſi dicatur in inſtrumẽto alienationis bonorũ:habita licentia Epiſcopi,& tractatibus præcedẽtibus.Abb.in cõſil. 41.libr.j.Decius in dict.authen.ſi quis in aliquo documento.C.de edend.iſto. n. caſu non ſtatur tali confeſsioni, etiã quòd principaliter fiat,& propter ſe.Cùm. n. prohibeatur alienatio rei eccleſiaſticæ.niſi interueniant debitę iuris ſolennitates,non ſtatur confeſsioni alienãtiũ ſuper ipſis ſolennitatibus.niſi veritas aliter probetur.& iſtud eſt † gene- 64
rale in qualibet materia,quòd non ſtatur cõfeſsioni inter perſonas prohibitas:niſi aliter probetur veritas.l.qui teſtamentũ.ff.de probationib.& talis confeſsio præſumitur facta in fraudẽ legis prohibentis actũ fieri,niſi cũ qualitate enũtiata aut cõfeſſata.l.ſi fortè.vbi Bar.ff.de caſtrẽ.pecul.l. cũ quis decedẽs §.Titia.ff.de lega.iij.gloſſ.& doct.in d. l.ſi donatione. C.de collatio. vbi qñ quis prohibetur donare, niſi propter benemerita,nõ ſtatur cõfeſsioni ipſius donãtis ſuper benemeritis.& alia ſimilia cõgerũt modernior.in dict.l.ſi donatione.Similiter clericus † cõcubinę donare nõ 65
poteſt:vt notat Bar.in l.affectionis.ff.de donationibus.tit. gener. Abb.in c.j.de clericis ægrotãtib.& in c.fin.de cordi. ab epiſcop.poteſt tamẽ donare pro bonis ſeruitijs vſque ad concurrentem quantitatem ipſorum ſeruitiorum : vt habetur in dictis locis.& notatur decifion.Neapolitan.deciſio. 102.Pone modò,ꝙ clericus † confiteatur ſe debere 66
centum ſuæ concubinæ pro bonis ſeruitijs, vel ex alia cauſa legitima,puta depoſiti : certè non ſtabitur eius confeſsioni:quia præſumitur facta in fraudem legis prohibentis

donationem.videntes enim clerici se expressè donare nõ posse, vt fraudent legem confitebuntur se teneri concubinis ex causa seruitiorum depositi, mutui, aut aliter. ita Ancharan.in consi.248.dubium facit.sequitur Decius in con-
67 si.132.Ripa in l.si plagij.ff.De verb. oblig. ¶ † Similiter per statutum regium delphinale prohibentur donationes inter viuos sine certis solénitatibus, exceptis donationibus, quæ fiunt contemplatione futuri matrimonij. pone quòd quis donet inter viuos non adhibitis solennitatibus statuti, & quòd in donatione confiteatur, quòd aliâs talem donationem fecerat aut promiserat in cõtractu matrimonij, & eius contemplatione, nunquid stabitur tali cõfessioni? certè non, nisi aliter probetur veritas donationis aut promissionis anteà factæ: quia aliâs de facili posset fraudari & eludi statutum regium Delphinale, faciendo eiusmodi cõfessiones in donationibus.& ita consului in ciuitate Gratianopoli: vt patet in consilio meo 175. & secundum illud consilium fuit iudicatum per iudicem ordinariũ Gratianopolis, adhibitis assessoribus. in quibus erat magnificus dñs Felix de Cruce, dñs Briarũ nunc senator regius Del-
68 phinalis splẽdidissimus. ¶ Similiter † in obligatione monasterij nõ statur cõfessioni prælati & capituli, ꝙ suberat iusta causa obligandi, cùm sine ea obligatio cõtrahi nõ posset. Ancha.in cõs.301.viso diligenter tradit Soci.in pulchro
69 casu, in consi.22.li.iiij. ¶ Limita nunc proximè † dicta, nisi talis confessio inter personas prohibitas sit verisimilis, vel habeat aliquam præsumptionem iuris pro se: quia tũc statur tali confessioni etiam in præiudicium tertij, puta maritus cõfitetur se emisse rem de pecunia vxoris, quæ confessio sit verisimilis: quia vxor aliundè habebat bona. nam talis confessio attenditur, etiam in præiudicium creditorum. Salic.in l.si mater. C.de contrahend.emptione. Simi-
70 liter, si pater † cõfitetur habuisse pecunias à filio, statur tali confessioni, nec censetur facta in fraudem legis prohibẽtis donationem inter patrem, & filium, quando talis confessio est verisimilis: quia filius esset in aliquo exercitio, vnde lucrum faceret. Angelus in consi.341.Pater emit domum.refert & sequitur Alex.in consil.18. lib.iij. Decius in consil.96.versic.nec obstat, quòd talis confessio. vbi tamen Alex.& Decius corruptè allegant illud consilium Ang.sub nu.153. dictum etiam Salic. in d.l.si mater. sequitur Soc.in

consi.

cõſ.65.verſi.20.probatur lib.j.Addo Bald.in l.vnic.verſi.vnde quæritur,pone quòd per aliqua indicia.C.de priuilegio dotis.vbi quòd ſtatur† confeſſioni mariti de dote recepta 71
in præiudicium creditorum, quando iuuatur talis cõfeſſio aliquibus indiciis aut coniecturis.quod dictum refert, & ſequitur Socin.in conſi.82.in conſi.122.lib.iij.Decius in conſi.536.verſic.& ad hoc etiam facit Gozadinus in conſil. 42.& dixi in conſilio meo.40.¶ Aduertendum tamẽ, quòd coniectura Bald. in d. l. vnic. C. de priuilegio dotis, quòd †numeratio dotis præſumatur,quando maritus diu vxo- 72
rem aluiſſet:quia non eſt veriſimile,quòd tandiu indotatã habere & exhibere voluerit,non videtur ſine dubio.& cõtra eam tenet Bald.nouellus in tractatu de dote,in decima parte,in quarta limitatione.Socinus in l.j.verſi. ſecundum corolarium eſt.ff.ſoluto matrim.vbi,quòd poſſet procedere dictum Bald.quando fieret confeſſio dotis receptæ ante contractum matrimonium:licèt etiam iſto caſu dicat eſſe dubium. Et ſic vides, quòd Socinus fuit ſibi contrarius. Socinum etiam,in d.l.j.& Baldum nouellum ſequitur Gozadinus ſibi contrarius in conſi.28.verſi.ſeptimò fortiùs.& verſi.ad ſextum dico. & profectò quando fuiſſet illa coniectura ſola in caſu, in quo ego conſului, non ita firmaſſem.ſed plures in caſu meo conſtabant coniecturæ & quidem leues,ex quibus veritas confeſſionis de dote recepta plurimùm iuuaretur.¶ Vltra† moder. quòd ſtetur confeſ- 73
ſioni perſonæ prohibitæ,& ſuſpectæ,quando talis confeſſio habet præſumptionem iuris pro ſe, addo Abbatem in c.ſi diligẽti.in quarto notab.per illum textum,de præſcriptio.vbi,quòd ſtatur confeſſioni prælati,quòd eccleſia nõ ſit ſibi ſubiecta: quia præſumptio iuris erat pro tali confeſſione.cùm tota Sardinia,in qua erat dicta eccleſia, pertineret ad eccleſiam beati Petri. Sed iſtud dictum Abbatis reprobat Crotus in l.re coniuncti. in fine. ff. de legatis iij. nam, ſecundum eum, quilibet præſumitur benemeritus, niſi probetur demeritus.l. ſeruos. ff. de manumiſſ. teſtament.l.omnimodò. C. de inofficioſo teſtamento. & tamen non ſtatur aſſertioni patris ſuper benemeritis ad validandum donationem factam filio: vt habetur in d.l. ſi fortè.ff. de caſtrenſi peculio. & in d.l. ſi donatione. Codice de collatio. Sed reſpondeo ad argument. Croti, quòd iura per eum allegata non probant, nec dicunt id, quod

dicit: quia solùm probant, quòd quis præsumitur bonus, & quòd contra alium nihil indignè egerit: nõ tñ dicũt illa iura, ꝙ pręsumatur quis cõtulisse in aliũ benemeritũ: & istud clarissimè ꝓbatur in d.l.seruos. dũ dicit nõ esse necesse exi-
74 gere talia officia, aut seruitia, quib⁹ legatũ libertatis quis meruerit: quasi dicat, si in legato libertatis, de † quo ibi relicto seruis, qui promeriti essent, necessaria essent officia aut benemerita, quæ sufficiant ad libertatẽ, tũc necessaria esset probatio taliũ officiorũ & seruitiorũ: sed cùm sufficiat seruos abstinuisse à malo citra præstationẽ officiorũ, non est necessaria alia probatio talium officiorũ, & sic ille tex. bene ponderatus apertè probat contra Crotum. Pręterea
75 consideratio † Croti est cõtra iura expressa, quibus passim cauetur facta nõ præsumi, nisi probentur. l. denique. ff. ex quibus caus. maior... quæcunque. ff. de publicia. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis & postl. l. vnic. C. de mand. princ. l. j. C. de prob. l. asseueratio. C. de non nu. pec. l. si emancipati. ibi, téque emãcipatum esse probatũ fuerit. C. de coll. c. cùm in iure peritus. de offi. deleg. c. in præsentia. de prob. c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testam. Bar. in consi. 117. Accusatio.
76 in fi. Abb. in cõsi. j. li. j. Sed † benemerita consistunt in facto, an quis illa contulerit, aut præstiterit, vel nõ: ergo nõ præsumuntur, sed probari debent, & sic defensatũ habes dictũ Abb. ab impugnatione Croti. Sedenim longè iam nimium videor euagatus, & ab antiquitatis iure longiùs discessisse, dũ enuntiatiuorum materiã factis in recentibus agimus. Enimuerò venia ei danda sit, qui & ipsius iuuentutis blãditiis nõ illaudatis inducitur: sic tñ, vt ad ipsam antiquitatis grauitatẽ reuertamur. ¶ Conclusio habita est, quod regulariter verba enuntiatiua incidenter emissa propter aliud, nõ probant. Ad quã ipsam conclusionẽ limitatio vna accõmodata est, vt ne procedat in antiquis, siue in actibus superiorum & principũ, siue in actibus priuatorũ. Itaque
77 † conclusio habetur, quòd in antiquis talia verba enuntiatiua propter aliud emissa probant, & fortiùs, si principaliter & propter se fiat enũtiatio: cùm faciliùs inducatur probatio ex verbis enuntiatiuis emissis principaliter & propter se, quàm incidẽter propter aliud. quod ex eo apparet: quia talia verba principaliter propter se emissa, plenè probãt, ét in factis recẽtibus. d. l. ex hac scriptura. vbi latè Bar. ff. de don. Corn. in cõs. 269. lib. iij. Nã verba eiusmodi enuntiatiua

tiatiua principaliter propter se emissa, in antiquis notoriũ inducũt facti permanẽtis. Bald. in d.c. cùm causam. de probatio. quod Baldi dictum refert & sequitur Dec. in consil. 146. versi. quintò prædicta conclusio.

ARGVMENTVM.

Verba enuntiatiua, emissa propter aliud, num probẽt: ẽt si ea tempore actus celebrati, aut enuntiationis factæ, interuenire non potuerint. & id quidem in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Verba enuntiatiua emissa propter aliud, in antiquis probant: & si ea non interuenerint tempore actus gesti.*

2 *Verbis enũtiatiuis instrumẽti nõ creditur, nisi illud enuntiatũ interuenire potuerit tẽpore confecti instrumenti. Limita n. 3. 7.*

4 *Verba enuntiatiua emissa propter aliud, in antiquis, an probent in præiudicium tertij. & nu. 5.*

6 *Verba instrumenti, etiam facti inter alios, in antiquis probant confines.*

8 *Fama plenè probat, in antiquis.*

9 *Verba enuntiatiua an plenè probent in antiquis, vbi agitur de magno præiudicio. Et an saltem quid probent. nu. 10.*

11 *Testes mortui probant in antiquis, etiam in tertij præiudicium.*

12 *Verba enuntiatiua contra tertium, plenè probant, in antiquis, quorum est probatio difficilis.*

13 *Filiationem probat sola nominatio, in antiquis.*

14 *Verba enuntiatiua plurium instrumentorum de antiquo, plenè probant. Limita nu. 17. 18. & 19.*

15 *Verba enuntiatiua plurium instrumentorum, etiam in facto recenti, probant.*

16 *Cõsuetudo notoria probatur ex inspectione pluriũ instrumẽtorũ.*

20 *Verbis enuntiatiuis probatio facta, confirmatur, vbi vltra antiquitatem temporis, concurrit longa rei possessio.*

21 *Possessionis præscriptæ titulus, an etiam probari debeat verbis enuntiatiuis contra tertium.*

22 *Tertius, contra quẽ non probant verba enũtiatiua, etiã in antiquis, quando agitur de graui præiudicio, quomodò accipiatur.*

23 *Probationes factæ contra auctorem, probant contra singularem successorem. Limita nu. 24.*

25 *Confessio auctoris, post cessionem, præiudicare potest cessionario in duobus casibus.*

26 *Verba enũtiatiua probare plenè vel semiplenè aut præsumptiuè, siue in antiquis, siue in facto recẽti, quomodò hoc ipsũ accipiatur.*

54 *Verba*

54 *Verba enuntiatiua propter aliud, non disponunt, quo ad antecedens necessarium.*

55 *Verba enuntiatiua emissa propter se principaliter, nõ disponũt.*

AMPLIATVR † nunc memorata conclusio, quæ habet, quod in antiquis verba enuntiatiua probant etiam emissa propter aliud: 1
vt procedat, licet talia enuntiata, aut narrata sint talia, q; tempore actus celebrati, aut enũtiationis factę interuenire non potuerint. Specul in tit. de instrumen. edi. §. ostẽso. vers. sed quid, si post publicationẽ. refert & sequitur Paul. de Cast. (nec alibi legi) in cons. 202. in causa confinium. vers. secundus casus falientię. lib. j. Regulariter † enim contrà, quia verbis enuntiatiuis instrumẽ 2
ti non creditur, nisi illud enuntiatũ potuerit interuenire tempore cõfecti instrumenti. gl. in l. j. C. de fide instr. & iure hastæ fiscal lib. x. Inno. & doct. in c. quoniam contrà. de prob. Bar. & doct. in l. sciendum. ff. de verb. obl. Abb. in cõs. 18. vers. tertiò facit. lib. ij. Barto. in d. auth. si quis in aliquo documento. & ibi Dec. C. de edendo. ¶ Sed aduerte circa † hanc ampliationem & circa hoc dictum Paul. de Cast. q; 3
videtur dubitabile, arguendo hoc modo. Aut enim loquimur quo ad ipsos contrahentes, & qui fuerunt præsentes tali enuntiationi, & res non videri habere aliquid specialitatis propter antiquitatẽ tẽporis: quia etiã in facto recẽti statur verbis enuntiatiuis instrumenti, quoad partes præsentes: licet enuntiatum sit tale, quòd interuenire non potuerit tẽpore ipsius enũtiationis. Ita Paul. de Cast. in consilio 186. In causa quæ vertitur Pisis. lib. primo. Aut loquimur quo ad tertios absentes, & tunc contra eos non probant verba enuntiatiua etiam in antiquis, vt infrà statim dicam. Solutio. Oportet intelligere hanc ampliationem eo casu, quo talia verba plenè aut semiplenè probant contra tertium, vt infrà proximè dicã. vel potest intelligi ista ampliatio, vt procedat, licet principaliter cõtingat disputari super eo, quod incidenter fuerat enuntiatum: limitando dictum Antonij de Butrio in dicto capitulo illud quoque nobis. in quarto notabili de præsumptionibus. de quo suprà latiùs dictum est. ¶ Limitatur † prædicta conclusio, quæ habet, quòd verba enuntiatiua etiam emissa 4
propter aliud, probant in antiquis, vt non procedat con-

tra tertium, seu in præiudicium tertij. ita Paul. de Cast.in consi.139.pro declaratione eius, de quo quæritur.lib.j. Alexand.in consil.50.versic.sed posito sine præiudicio.lib.v. in consil.219.vers.nec obstat etiam,dum in nouissimis.lib. vj.Soci.in consil.266.vers.confirmatur ista conclusio.lib.ij. Corn.in consil. 22.vers.nec obstat. glossi in d.cap nonnulli.
5 lib.iij. ¶ † Contrarium, quòd imò in antiquis verba enuntiatiua probent etiam contra tertium,& inter alias personas,tenet Ias.in consil.65.libro iij.Idem clarè præsupponit Dec.in consi.13.versic.nam per instrumenta. Nam Dec.ibi primò dixerat verba enuntiatiua instrumenti probare alios,posteà arguit contrà,propter antiquitatem temporis, nec aliter dicit, quòd in antiquis non probent contra tertium. Idem colligitur ex verbis Socin.in cons.187.versicu. secunda ratio. lib.ij. vbi arguit hoc modo. Nam res inter alios acta facit qualemqualem fidem:ergo in antiquis debet plenè probare:quia in antiquis sufficit probatio qualisqualis.hoc etiã arguẽdi modo in terminis vtitur Cor.in consil.247.versic.& licet posset dici lib.ij.Alexand.in cons. 15.versicu.vbi autem essent verba narratiua. libro quinto.
6 ¶ † Quid tenendum puta,quòd si agatur de modico præiudicio,verba enuntiatiua in antiquis plenè probent,etiã in præiudicium tertij: argumen.l.thesaurus.ff. ad exhib. & probatur in c.cùm causam. de probatio.gloss.in ca.cùm olim.in gl.ij.de censib. doct.in l.cùm aliquis.C.de iure deliberan.vbi,quòd in antiquis confines probantur per verba enuntiatiua instrumenti,etiam facti inter alios.Tradit Ias.in repetit.l.admonendi.ff.de iureiurand.Docto.tamen
7 † vidẽtur relinquere verba enũtiatiua pluriũ instrumentorũ,quãdo sunt verba enuntiatiua propter aliud. Si verò esset vnum instrumentum principaliter factum super confinibus,illud videtur sufficere in antiquis, etiam in præiudicium tertij. Cornel.in consil.171.libro primo. ¶ Sed ad-
8 uerte: quia † vbi sunt verba enuntiatiua, plurium instrumentorum in antiquis, illa videntur æquipollere probationi famæ:vt inferiùs dicemus.fama autẽ in antiquis plenè probat, etiam vbi agitur de graui præiudicio: puta de probatione dñij:prout inferiùs etiã dicetur.Ergo vbi agitur de modico præiudicio,sufficere vidẽtur verba enũtiatiua vnius instrumẽti.& quòd vnum instrumentum sufficiat,tra

ciat, tradit Iaſ.in conſil.65.lib.iij. ¶ Aut agitur † de magno 9
præiudicio:& tunc non videtur plenè probare contra tertium verba enunciatiua in antiquis. Iſtam diſtinctionem, an agatur de magno vel paruo præiudicio, volunt Abb.& Moder.in d.c.cùm cauſam.de prob.ibi, antiqui non probant contra tertium, quando agitur de graui præiudicio. Eandē diſtinctionem tradit Cor.in d.conſ.22.verſ.nec obſtat gl.in d.ca.nonnulli.lib.iij. Idem ſentit Abb.in conſ.54. verſicu tertiò probatur.libro primò. ¶ Sed hîc quæro, licet
† plenè non probent cōtra tertiū, quando agitur de graui 10
præiudicio, an aliquid ſaltem probent? Reſpondeo, quòd facient probationem ſemiplenā. nam res inter alios acta, etiam in facto de recēti, inducit aliqualē præſumptionē: vt habetur in l ſi duo.ff.de iureiuran. & in l.ij. vbi Moder. C.de edendo. Imò voluerunt plerique ſemiplenam induci probationem: ergo vt antiquitas temporis aliquid operetur, dicendum eſt ex talibus verbis enuntiatiuis ſemiplenam induci probationem. Et hoc ſatis ſentit Corn.in dict. conſ.22.dum citat dictū Bart.in d.l admonendi. hoc etiam probari videtur ex alio d Bart. & Moder.in d.l. admonen-
di.vbi, quòd teſtes † mortui, qui amplius reperi non poſ- 11
ſunt, contra tertium ſemiplenè probant propter impoſſibilitatē probationis. Sed iſta ratio impoſſibilitatis pariter militat in antiquitate temporis: ergo eadē eſſe debet iuris diſpoſitio.l.illud.ff.ad legem Aquiliam.cum ſimilibus. Idē etiam probari videtur ex his, quæ infrà dicam de ſcriptura priuata vbi, quòd in antiquis ſemiplenè probat contra tertium. Idem ſimiliter probatur ex iis, quæ infrà dicā in ſecunda parte circa illum articulū, an præſumatur pro ſen-
tentia cōtra tertiū. ¶ Memorata † concluſio, ꝙ in antiquis 12
verba enuntiatiua, plenè nō probāt contra tertium: limitatur non procedere in antiquis, quorū probatio eſt difficilis, non ſolū propter ipſam antiquitatē & lapſum temporis: ſed etiam propter qualitatē ipſius facti: putà in filiatione, cuiꝰ ꝓbatio eſt difficilis.l.filiū.ff. de iis qui ſunt ſui, vel alien.iuris.l.Lucius.ff.de condi.& demon. Ideò filiatio plenè probatur per verba enuntiatiua in antiquis etiā contra tertiū.ita Alexand.in conſil.xc.verſicu.& his eſt reſponſum. libro ſexto & pro hoc facit ratio. Nam in probatione filiationis, etiam de recenti, ſufficit probatio per indicia: vt ibi per Alexand. & habetur in cap.per tuas.de probatio.

13 Ergo † vt antiquitas aliquid operetur, dicendum est per talia verba enuntiatiua plenam induci probationem. Idem nouissimè tenet dominus Rebuf. in tractatu suo nominatio. vers. primò fallit. vbi, quòd sola nominatio probat filia-
14 tionem in antiquis. ¶ Secundò † limitatur prædicta conclusio, vt non procedat in verbis enuntiatiuis plurium instrumentorũ de antiquo, nam illa plenè probant, etiã in præiudicium tertij. nam plura instrumenta de antiquo habent vim probationis famæ. Bal. Salic. & Paul. de Cast. in d. l. cùm aliquis. C. de iure delib. Aret. in cons. 42. vers. tertio. per rationem. Soc. in cons. 86. In causa communitatis. in consilio 89. In causa agitata. versiculo prætereà ista conclusio probatur libro primo. Curtius Senior in consilio 77. Super motiuis. Decius in consilio vndecimo. versiculo ad hoc fundamentum. Fama autem in antiquis plenè probat, licet agatur de graui præiudicio: puta de probatione dominij: vt habetur in dicta l. cùm aliquis. tradit Socin. in dicto consilio 86. & infrà latè dicam de probatione famæ in antiquis. & hanc limitationem sentit Alexand. in dicto cons. 12. ante finem. libro quarto. & clarè eam vult in dicto consilio 90. versiculo ex his est responsum. lib. sexto. Si enim verba enuntiatiua vnius instrumenti in antiquis probant semiplenè contra tertium: ergo geminata debent plenè
15 probare. Imò † verba enuntiatiua geminata pluriũ instrumentorum, etiam in facto recenti, probant Ias. in consilio 114. libro primo. Idem tamen Iaso in consilio 65. libro tertio. voluit, quòd geminatio plurium instrumentorum, confectorum inter alios, non operatur, in præiudicium tertij, etiam super confinibus aut territorio. Sed tamen in anti-
16 quis aliud concludit. Et pro hac secunda † limitatione facit aliud dictum, quòd consuetudo notoria probatur ex inspectione plurium instrumentorum. l. vetustissimam. C. de iure domi. impetr. vbi Angel. Socin. in consilio nonagesimoquarto. versiculo circa secundum fundamentum. libro primo. Curtius Iunior in consilio 106. & tamen pro-
17 batio consuetudinis non videtur esse modici præiudicij. ¶ Intellige † modò hanc secundam limitationem procedere, quando ista plura instrumẽta de antiquo haberent originem à diuersis personis: secùs si ab eisdẽ. Nam si habeãt originem ab eisdem personis, semper videtur vnicum & idem testimoniũ, ob id famæ efficaciam habere non pos-

ſent. Ita Aretin. in dicto capit. cùm cauſam. de probationi. Sequitur Socin. in conſilio 194. verſiculo. Sed ad primum reſpondetur libro ſecundo. ¶ Intellige ſecundò, hanc † ſe- 18
cundam limitationem, quando eſſent plura inſtrumenta de antiquo, quàm duo. Socinus in dicto conſilio 194. verſ. ſed ad primum reſpondetur. & in dicto conſilio 266. verſic. nec releuat, quòd ſimus in antiquis. lib. ſecundo. quicquid aliter dixerit Aretinus in conſilio 162. Diligenter. in tertio dubio. vbi voluit, quòd vnum priuilegium Papæ de antiquo, habet vim probationis famæ. Imò Baldus in conſilio 286. Thema proponitur. verſiculo nec enim totidem. libro ſecundo. videtur requirere inſtrumenta confecta inter omnes de populo, aut maiorem eius partem. ¶ Sed tamen
† Aretin. & Felin. in dicto capitulo cùm cauſam. de proba- 19
tio. volunt ſufficere duo inſtrumenta. & idem ſentit Soci. in dicto conſilio 266. dum dicit, quòd vnum inſtrumentum non ſufficit. Nec obſtat quod aiunt Innocen. & Specular. allegati per Socin. in dicto conſilio 194. quia non loquuntur in antiquis. Ita reſpondent Aretin. & Felin. in dicto cap. cùm cauſam. ¶ Tertiò † limitatur prædicta conclu- 20
ſio, quæ habet, quòd verba enuntiatiua non probant in antiquis contra tertium, quando agitur de graui præiudicio, vt non procedat, quando vltra antiquitatem temporis occurreret longa poſſeſſio rei correſpondens talibus verbis enuntiatiuis: quia tunc plenè probant, vel ſaltem transferunt onus probandi in aduerſarium. Ita Alexand. in conſilio ducenteſimovigeſimonono. verſiculo non obſtat etiam dum nouiſſimis. libro ſexto. Sed iſta alternatiua, vel, quòd probandi onus trāsferatur in aduerſarium: mihi non ſatisfacit. quia aliud eſt probare, aliud præſumptionem inducere, quæ onus probandi in aduerſarium transferat: cùm vna præſumptio tollatur per aliam præſumptionem fortiorem. non ita facilè tollitur probatio. videtur ergo ex hac longa poſſeſſione rei, confirmari probationem plenam verborum enuntiatiuorum. ¶ Sed hìc aduerte † circa hanc tertiam limitationem, quòd ſi de- 21
tur poſſeſſio temporis ſufficientis ad præſcriptionem, non videtur tractandū de verbis enuntiatiuis, niſi vt ex eis probetur titulus, quo titulo ſtante minus tempus requiritur ad præſcribendum, ob id durum videtur probari titulum ex iis verbis enuntiatiuis contra tertium, vt ſic ſuffi-

ciat tempus x.vel xx. annor. quia dicitur tunc tractari de graui præiudicio. Nisi dicas, ꝙ sicut in præscribendo sufficit titulus habitus à tertio: ita sufficiant ista verba enũtiatiua inter alios, iuncta possessione longi aut longissimi té-
22 poris. ¶ Quæ autẽ † dicta sunt de tertio, ꝙ cõtra eum non probãt verba enũtiatiua, etiã in antiquis, quotiens agitur de graui præiudicio, intellige tertiũ cũ quo nõ habet causam à cõtrahẽte & enũtiãte, siue titulo vniuersali, siue particulari. Si enim esset singularis successor, causam singularem habẽs à cõtrahẽte aut enũciãte, nõ diceretur tertius: imò verba enũtiatiua, quæ probãt cõtra auctorẽ, probant etiã cõtra singularem successorẽ. Bar. in l. j. §. si heres. ff. ad Trebellia. Areti. in cõsi. 112. Cõsideratis. circa fi. versi de successore ẽt singulari. Soc. in consi. 11. in consi. 3. versi cu. & illa
23 probatio. & in consi. 82. versi. secunda cõclusio. lib. iij. † Idẽ in aliis probationibus factis contra auctorẽ: quia probant contra singularem successorẽ. Soc. in d. consil. 266. versi. ex quibus ẽt respondetur. lib. ij. & in scriptura priuata, quòd probet contra scribentem, & habentes causam ab eo, tradit Anch. in consi. 44. Primò de viribus. versi. Ex quibus infero duo, quod Ancha. dictum sequitur Ias. in repeti. d. l. admonendi. versi. quid etiam de libris. nu. 111. successor enim singularis non debet esse melioris conditionis, quàm eius auctor. l. fin. §. j. ff. ad Velleia. iuncto eo, quod not. in l. cùm res. C. de probat. in gloss. magna circa medium. Paul. de Cast. in consi. 247. In causa, quæ vertitur Sagonæ. lib. j. Dec.
24 in reg. aliud est vendere. §. fi. ff. de regul. iur. Quod † tamen sanè intelligi debet in confessione auctoris facta ante cessionẽ iuris sui: secus si post: quia illa noceret singulari successori: vt habetur in dict. §. si hæres. tradit Paul. de Cast. in consi. 131. In causa ser. l. Ludouici Bertini. in consil. 228. Pro declaratione. lib. j. & in consilio 337. Si prima duo statuta.
25 libro ij. Socin. in consil. 41. libro iiij. Ista † tamen confessio auctoris post cessionem præiudicare potest cessionario in duobus casibus. Primò, quando cedens teneretur cessionario de euictione: vt per Barto. in dicto §. si heres. sed hoc mihi non placeret, quando cedens non esset soluendo. & dictum Bartol. debet intelligi, quando cedens tenetur de euictione cum effectu, ita quòd effectualiter agi possit de euictione. ita post scripta ipsa reperi tenere Cor. in con. centesimotrigesimonono. lib. iij. Secũdus casus est, quando

quãdo cessio fit ad cõmodũ ipsius cedẽtis, ita quòd omne cõmodum esset ad eum reuersurũ. Paulus de Cast. in cõsi. 79. Ad id, de quo quæritur. in fin. libro ij. ¶ Postremò, † in 26
omnibus casibus, in quib⁹ dictũ est verba enũtiatiua probare plenè vel semiplenè, aut quò ad præsumptionẽ siue in antiquis, siue in facto de recenti, intellige hoc procedere, qñ in specie quid exprimitur & enunciatur: ita ꝙ ipsa verba enũtiatiua sint clara: nec sufficeret aliquid simpliciter, aut in genere enũtiari; quia talis enũtiatio simplex, & generalis dicitur dubia, incerta & obscura. Ita in verbis enũtiatiuis voluit Oldra. in cõsi. 362. In quæst. versi. sed prædictis obstare videtur. vbi si in instrumẽto vnionis dicatur, ꝙ vnio fuit facta cum omniũ iuriũ solẽnitate, talia verba nõ probãt solẽnitates præcessisse, nisi in specie exprimãtur omnes solennitates ad vnionẽ necessariæ. idẽ voluit Rota dec. 190. Quò ad reuocationẽ in nouis vbi, ꝙ non sufficit cõfessio † appellati, ꝙ fuerit appellatũ, nisi probetur fuisse appellatũ intra decẽ dies, & per habẽtem potestatẽ interponendi ipsam appellationẽ. Idẽ voluit Paulus de Cast. 27
in cõsi. 139. Pro declaratione eius, de quo quæritur. ante fi. lib. vj. vbi, ꝙ laudũ, in quo enunciatur instrumentũ trãsactionis inter præsentes, ipsam trãsactionẽ nõ probat, quãdo tenor ipsius transactionis in specie non exprimitur. & dixi in cõsi. meo. 29. ¶ Postremò, † sciẽdũ est, in hac materia, ꝙ habemus verba triplicis generis. aliqua dicũtur narratiua seu enuntiatiua, aliqua assertiua, & aliqua dispositiua. Dispositiua à narratiuis seu enuntiatiuis & assertiuis differunt: quia contra enuntiatiua & assertiua admittitur probatio in contrariũ: secundũ ea, quæ in præcedentibus abundè dicta sunt. Sed cõtra verba dispositiua nõ admittitur probatio in cõtrariũ. Paulus de Cast. in consi. 406. Satisfaciendo. in ij. dubio lib. j. Quando enim aliquid disponitur, puta donando, vendendo, vel legando, ridiculum esset dicere, quòd admittatur probatio in contrariũ, quòd verba prolata non disponant, seu quòd talis dispositio facta non sit, nisi quis vellet probare falsitatem. ¶ Et † si di- 28
catur data paritate casuum, non videtur differentia inter verba enunciatiua & dispositiua, respectu probationis in contrarium: quia etiã verbis enuntiatiuis statur, nisi probetur de falsitate eorũ, quòd non sint vera. Respondeo, in verbis enuntiatiuis potest probari de contrario ipsorum 29

citra oppositionẽ falsitatis: quia dicã, ꝙ licet ita enuntiatum sit, veritas tamen aliter habet: secùs in dispositiuis: quia si concedã ita dispositũ esse, non admittitur quis ad probadũ de cõtrario, nisi negauerim ipsam dispositionem
30 fuisse factã. Est etiã † alia differẽtia inter verba enuntiatiua & dispositiua: quia enuntiatiua respiciunt tẽpus præteritũ, dispositiua autẽ tempus præsens. Paulus de Cast. in d. consi. 406. in ij. dubio, lib. j. ¶ Verba autẽ enuntiatiua &
31 assertiua inter se differunt: † quia assertiua videtur disponere, quãdo proferuntur super negotio, de quo principaliter agitur: puta si principaliter agatur de aliqua dignitate alicuius prælati, & Papa asserat eum esse in tali dignitate, etiã ꝙ non esset, videtur Papa de nouo eam dignitatẽ cõferre. Secùs in verbis enũtiatiuis, aut narratiuis, quæ tantùm probãt, non etiã dispositionẽ inducunt. Verba autem assertiua nõ disponũt, qñ proferuntur super alio negotio, de quo principaliter non agebatur: puta principaliter non agebatur de dignitate prælati, & tamẽ Papa in alio negotio asserit aliquẽ esse in tali dignitate. certè non inducitur dispositio, ꝙ de nouo collata censeatur talis dignitas. ita inter ista verba enũtiatiua & assertiua tradit eadẽ in cõsi.
32 ij. in titu. de priuileg. ¶ Sed posset † hic dubitari, an verba enũtiatiua aliquãdo disponãt, cùm ipsorũ natura sit probare nõ disponere. l. Publi. §. fi. ff. deposit. dic, ꝙ disponunt, quãdo proferũtur in modũ causæ super eo, ꝙ priùs dispositum nõ erat: puta testator peculiũ filio nõ reliquit: tamẽ dixit se exheredare filiũ cõtemplatione peculij, eò ꝙ peculium filio cõcessisset. l. certè ex talibus verbis enuntiatiuis per modũ causæ inducitur dispositio, & perinde est, ac si pater filio peculiũ reliquisset expresse. textus est in l. emptor. §. ancilla. ff. de rei vẽdicatione. vbi Bar. ad idẽ textus in l. si §. j. ff. de exceptione doli. l. qui volebat. ff de heredib. instituend. glo. & doct o. in l. si socer. §. Lucius. ff. soluto matrimo. Bar. in d. l. ex hac scriptura. ff. de donationi. Simili-
33 ter, † si pater prohibet bona alienari extra familiã: quia vult bona in familia remanere, censetur relictũ fideicommissum inter illos de familia. Bar. in l. pater filiũ. §. fundũ. ff. de legat. iij. sequitur Deci. in cõsi. 23. & in cõsi. 425. ¶ Sed
34 dubium † est, an disponant per modũ actionis, aut exceptionis tantùm, ita quòd possidenti cõpetat exceptio tantùm, aut etiam, vt agere possit. glo. in d. l. emptor. §. si. quòd respectu

respectu exceptionis tãtùm: sed gl. in d. l. si socer. §. Lucius quòd etiã respectu actionis. Bart. verò in d. §. Lucius. quòd disponunt quo ad actionẽ personalem, non autẽ realem: sed Imola ibi idem tenet etiam respectu realis actionis. & idem tenet Roma. ibi. idem videtur velle Baldus in d. l. ex his verbis. dum respondet ad d. §. ancilla. quòd ideò ibi nõ competit actio: quia erat filia in possessione. & sic sentit Baldus, quòd si filia nõ fuisset in possessione, ei cõpeteret rei vendicatio ad ancillã. & ita ponderat Cornæus in cõsi. 18. lib. ij. est verũ, quòd Cornæus in respectu actionis realis non audet firmare. Similiter non ausus est firmare idẽ Cornæus in consi. 269. lib. iij. ¶ Difficultas † istius dicti cõsistit in illo dubio, an dominium rei tacitè legatæ transferatur ipso iure in legatariũ sine traditione, sicut transfertur dominum rei expressè legatæ. In quo dubio Bart. in l. j. ff. de lega. j. tenuit, quòd non. & idem Barto. in d. l. emptor. §. ancilla sequuntur Bald. Ange. Floria. Pau. de Cast. Alexã. & Ias. in l. seruum filij. §. fina. ff. de legat. j. Paulus de Cast. in d. l. j ff. de legat. j. Decius in l. traditionibus. C. de pact. Berthachin. in verb. dominium transfertur. versicul. ix. & hanc opinionem dicunt communem Socinus, & Iason in d. l. j. de lega. j. Contrarium † quòd imò dominium rei tacitè legatæ transeat ipso iure in legatarium, sine traditione, tenent Imol. Alexand & Aretin. in d. l. j. ff. de lega. j. ad quorum fundamenta respondent Socinus, & Iason ibi. Putarem tamen, quòd si res tacitè legata, esset apud legatarium, quòd tunc transferatur in eum dominium: per text. in §. interdum. institu. de rerum diuisio. & quod scribit Bald. in l. j. versicu. quæro testator legauit. C. commu. de lega. vbi quando testator legat rem heredis, transit dominiũ rectà via in legatarium, quando res erat apud eum. Infertur igitur quòd in casibus, in quibus recta via dominium rei legatæ transit sine traditione in legatarium, in his verba enuntiatiua prolata per modum causæ, plenè disponunt etiam quo ad actionem realem. 35 36

¶ Sed punctus est † videre, an ista dispositio, quæ colligitur ex verbis enuntiatiuis prolatis per modum causæ, dicatur tacita, vel expressa. Si enim dicitur expressa, dominium transit rectà via in legatarium: & tunc verba enuntiatiua plenè disponunt, etiam quò ad actionem realẽ, vt suprà dixi: si verò dicatur tacita, non transit dominium 37

ipso iure, nisi quando esset res apud legatariũ. Bartolus in d.l.emptor.§.ancilla.in d.l.si socer.§.Lucius.tenet, quòd dicatur tacita: dum voluit, quòd solùm inducatur dispositio, quò ad exceptionem, & quò ad actionẽ personalẽ, nõ realẽ.
38 ¶Sed videtur, quòd imò talis † dispositio dicatur expressa nõ tacita. nam expressum id dicitur, quod ex verbis infertur & colligitur. Baldus in l.ad probationẽ.j.C.de probationibus. vbi, quòd præsumptio sumpta ex instrumẽto, reputatur eius tenor, tradit Angelus in l.prætor ait. ff. de operis noui nuntiatione. Bene facit: quia illud, quod infertur & elicitur ex verbis scriptis, dicitur esse in scriptis. l.j.§.sinautem. & quòd ibi Bartolus. ff. de heredibus instituendis. & quod notat Angelus in l.quoties.in princip. per illum textum ff. eodem titu. & satis expressum dicitur, quod sequitur ex eo, quod expressum reperitur. Bal. in l.vnic.C. de his, qui ante apertas tabulas. refert, & sequitur Decius in cõsi. 15.in consi.68.versi.& cùm talis societas. in consi.369.& in consi.397. Sed illa dispositio, quæ inducitur ex verbis enũtiatis per modũ causæ, infertur & colligitur ex ipsis verbis, & ex eis sequitur: ergo expressa dici debet & nõ tacita. Vl-
39 trà † Decium magis in terminis adduco textũ in l. si duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiurand. vbi si quis iurauit se habuisse fundum in dotem à Bertha, videtur iurasse se illum restituere debere, vt agi possit ex tali iuramẽto ad dotis restitutionẽ, quamuis super restitutione expressè iuratum non sit, & iuramẽtum sit stricti iuris. cap. penul. de iureiuran. Ratio illius textus est: quia satis dicitur expressa promissio de dote restituenda, ex quo maritus confessus est se eam recepisse. Eodem modo in casu d.§.ancilla. quãdo pater exhæredat filiã, adiecta causa: quia peculium ei cõcesserat: licet peculium expressè nõ leget: satis tamẽ expressè legare dicitur filiã exhæredãdo contẽplatione & ob
40 causam peculij. ¶Ad idem † facit, quod scribunt Ange. & Imola in l.j.ff. de iis, quæ in testamẽ. delent. vbi stante statuto, quòd instrumenta habent executionem paratam. si mulier habet instrumentũ, in quo vir cõfessus est dotẽ habuisse, nulla tamẽ in eo facta promissione de dote restituẽda: poterit tamen mulier vti beneficio statuti cõtra heredes mariti, petẽdo executionẽ ipsius instrumẽti, virtute stipulationis, quæ à lege subintelligitur: quia talis stipulatio à iure præsumpta, satis expressa dicitur. Sequitur Baldus

dus Nouell⁹ in tractatu de dote, in sexta parte, priuilegio ij. & priuilegio vij. latè Alexan. in consi. 126. lib. vj. Socinus in cõsi. 290. in fi. lib. ij. Iason in §. fuerat. versi. & ex hoc apparet secundum tantùm. institu. de actioni. & in l. certi cõdictio. in prin. versi. pro opinione Ludoui. Roma. ff. si certũ 41
petatur. † Ecce quòd licet simus in materia stricti iuris, & odiosa: tamen priuilegiũ competens expresso, trahitur ad illud quod à iure præsumitur & subintelligitur: quia pro expresso habetur. Eodẽ modo, imò fortiùs in vltima voluntate, in qua latior fit interpretatio. l. in testamentis. ff. de regulis iuris. priuilegiũ, quod datur legato, vt eius dominium recta via transeat in legatariũ, debet trahi etiam ad legatũ, quod iuris præsumptione intelligitur: prout in casu d. l. emptor. §. ancilla. quia perinde est, ac si testator verbis expressis dixisset se peculiũ legare. ¶ Nec obstat text.
† in d. l. seruum filij. §. fina. ff. de lega. j. super quo fundatur 42
opinio Bartoli, & sequacium: quia dico, quòd ibi legatum erat omninò tacitum ex tacita & præsumpta voluntate testatoris, nec sequebatur aut inferebatur ex verbis testatoris expresse prolatis. Nam ibi testator habens duos fundos legauit mihi vsumfructum vnius, & alterum fundum legauit Titio. ego legatarius vsufructus, non possum accedere ad fundum, cuius vsufructus mihi relictus est, nisi per fundũ Titij, quæritur an possim vti aditu, aut accessu per fundũ Titio legatũ, si seruitus aditus fuisset expresse relicta? nõ est dubiũ, quòd sic: quia illud ius seruitutis ipso iure in me trãsiisset ab adita hereditate: sed quia est seruitus tacita, oportet ꝙ ab herede præstetur, eam redimẽdo à Titio, & sic vides ꝙ in d. §. fi. verba nullo modo inferebãt seruitutẽ itineris, aut aditus, cùm de ea mẽtio nulla habita esset, secùs in terminis nostris. & in casu d. l. empto. §. fi. ff. de rei vendicatio. quia ibi de peculio facta erat mentio per modũ causæ, & eius legatũ inferebatur, & colligebatur ex verbis expressis. Istud † est, quòd voluit Imola in d. 43
l. j. ff. de legatis j. quod dictum Bar. non procedat in tacito legato, quod venit ex vi verborum: quia illud non dicitur tacitum, cùm verborũ vis illud significet. l. si peculium. in princip. ff. de peculio legat. quòd Imolæ dictum sequitur Crotus ibi: in sexta fallentia. Sed in casu nostro dispositio legati peculij, colligitur & infertur ex vi verborũ enuntiatiuorum, quæ per modũ causæ prolata sunt. ¶ Ex præmis-

44 sis placet mihi † opinio, quòd verba enũtiatiua prolata per modũ causæ, plenè disponunt, etiam quoad actionem realem, in vltima volũtate: in qua dominiũ trásfertur sine traditione, nõ eo, ꝙ reprobẽ Bartolũ ꝙ dñium rei tacitè legatæ, trãseat in legatariũ ipso iure: sed quia dico dictũ Bart. procedere in legato oĩnò tacito, quod solùm colligitur ex mera voluntate testatoris: secùs in legato nõ omninò tacito: sed quod ex verbis testatoris inferri, & colligi potest:
45 prout in casu nostro. ¶Præmissa † conclusio, ꝙ verba enũtiatiua prolata per modum causæ plenè disponunt, solùm procedit in vltimis voluntatibus: secùs in actibus inter viuos: quia in eis solùm probant, nõ ẽt dispositionẽ inducũt. ita limitat Paul. de Castr. in cons. 324. Super secũdo pũcto.
46 in iij. dubio, lib. j. ¶Sed ista † limitatio videtur nimium restringere memoratã conclusionẽ, quã doctores generaliter intelligunt ẽt in actibus viuentiũ, & regulariter valet argumentũ de vltimis voluntatibus ad contractus, & contrà, cessante ratione diuersitatis. d. l. seruũ filij. §. eũ, qui chirographũ. ff. de leg. j. sed nulla videtur ratio diuersitatis inter contractus, & vltimas voluntates, qñ sumus in materia quæ dependet à potestate disponentis, quo minùs ita inducatur dispositio in cõtractibus ex verbis enuntiatiuis prolatis in modum causæ, sicut in vltima voluntate. & contra Paulum adduco Alex. in consi. 46. lib. j. vbi voluit, ꝙ verba enuntiatiua laudi prolata ab arbitro super eo, super quo poterat arbiter liberè disponere, inducunt dispositionem, quantò fortiùs idẽ dicendũ est, in actu contrahentiũ, propter eorũ maiorẽ consensum, cùm laudum feratur etiam contra inuitum. Similiter Cornęus in d. consi. 108. lib. ij. nõ loquitur in vltima volũtate, sed in dispositione statutaria. & in actu inter viuos loquitur Corn. in d. consil. 269. lib. iij. & hanc differentiã inter vltimas voluntates, & contractus expressè reprobat Bart. in l. j. in princ. in iij. q. ff. de operis
47 noui nuntiatione. ¶Rursus † cõtra Paulum de Castr. adduco, & põdero Bart. in d. l. ex hac scriptura. in princ. ff. de donationib. dum dicit, quòd in casu d. l. ex hac scriptura. dispositio non potest valere, vt donatio inter viuos, vel causa mortis: quia in eis requiritur præsentia partis. Vult ergo apertè Bartolus, quòd vbi inducitur dispositio ex verbis enuntiatiuis, illa ita inducatur in actibus inter viuos, sicut in vltimis voluntatibus, dummodò præcedant habilia re-

quisita

quisita in actu inter viuos: putà præsentia partis. Concludendum igitur videtur ex verbis enuntiatiuis prolatis per modum causæ, dispositionem induci, tam inter viuos, quã in vltima voluntate: & tam quò ad exceptionem, quàm ét quò ad actionẽ personalẽ, & realẽ secundũ suprà dicta. Quæ conclusio procedit † in verbis enuntiatiuis emissis 48
propter aliud in modum causæ. Si enim essent verba enũtiatiua principaliter emissa propter se, illa sine dubio inducunt dispositionẽ omninò expressam: adeò quòd si verba enuntiatiua proferantur principaliter propter se in vltima voluntate, in qua dominium trãsfertur sine traditione. l. Papinianus. ff. de seruitutib. gl. & doctores in d. l. traditionibus. C. de pact. tũc inducitur dispositio, etiam quò ad actionem realem ét secundũ Bartolũ & oẽs. Nec isto casu militat ratio Bartoli in d. l. emptor. §. ancilla. ff. de rei vendicatione. & in d. l. j. ff. de legat. j. quòd ex legato tacito non transfertur dominium ipso iure sine traditione: quia legatum quod inducitur ex verbis enuntiatiuis emissis principaliter propter se, nõ dicitur tacitum aut præsumptum, sed euidenter expressum. Iste est casus in d. l. ex hac scriptura. vbi Bart. & alij. Quæ conclusio maximè procedit, quando instrumentum interuenit. Oldrad. in cons. 292. An negatio.
¶ † Secundò principaliter induci potest dispositio ex verbis enuntiatiuis propter aliud prolatis, ex verisimili mente disponentium: quia tunc licèt verba dispositionem non importent: debet tamen attendi mens. Ita Roman. in pulchro casu in consi. 65. Viso themate. versi. ij. ad idem. Nam ibi anciani ciuitatis aut populi remouerant quosdam officiales ab officio, quod de iure facere non poterant. deinde totum consilium fecit vnum ordinamẽtum, in quo declarauit facta per ipsos ancianos ita fieri potuisse, & in prooemio ordinamẽti dictum fuit, quòd illud fiebat ad remouendum omnem dubitationem. Dicit Roman. quod illa verba enuntiatiua inducunt dispositionem & cõfirmationem gesti per ancianos: cùm ita appareat de mente cõsiliariorum, ex eorum præfatione: in qua dictum erat, ꝙ volebant tollere omnem dubitationem. & quia constabat de eorum voluntate, quod volebant gesta per ancianos valere, licet illa expresse nõ cõfirmauerant. quod Rom. dictũ videtur notandũ: quia ad multa efficax futurũ est. & confirmatur istud dictũ Rom. ex eo, quod statim subiiciam in
49 (margin)

tertia limitatione per text.in l.quidã.ff.de cõst. pec. ¶Ter-
50 tiò,induci videtur †dispositio ex verbis enũtiatiuis emissis propter aliud,q̃n probare non possunt: quia si probare non possunt,saltẽ debent disponere.l.quidã.vbi Ang. ff.de const.pec.vbi si tertius scribit ad creditorẽ Titij, quod illa decẽ,quę Titius ab ipso creditore mutuò accepit,sunt,vel habentur apud ipsum scribentẽ,ex talibus verbis inducitur actio de constituta, cõtra ipsum scribentẽ.Ratio:quia aliâs illa verba nihil operarẽtur:quia nõ potuit tertius cõfiteri in præiudiciũ alterius.& sic talis epistola nõ põt probare contra debitorẽ absentẽ.Sed quia non est verisimile, ꝙ tertius voluerit ita superfluò & sine causa scribere,ius præsumit,ꝙ ita scripserit animo se obligandi pro ipso debitore,ob id datur actio de constituta,contra scribentem, de quo ẽt infrà habetur, nu.285.& illũ textũ & Ang. ibi ad hoc citat Præpositus in ca.prætereà.de appellationib.& ibi
51 subdit Præpositus quòd vbi inspicimus † mentem potiùs, quàm verba,puta in sententia censuræ:verba enuntiatiua disponunt.ex quo dicto plurimùm confirmatur dictũ Roman.in d.consi.65.de quo suprà in proxima præcedentilimitatione:licèt Iason in d.l.ex his verbis.in fin.hoc indecisum reliquerit.ponderando illũ textum in contrarium, ꝙ imò non inducatur dispositio ex verbis enuntiatiuis emissis propter aliud à pagano : licèt constet de eius voluntate in contrarium:licèt dicat se non ponere pro constãti & benè.Titubauit enim Iason in re clara.Cũ enim simus in permissis , & in iis , quæ dependent à potestate disponentis,si apparet de eius voluntate,nihil est dubitandũ. Concurrũt
52 enim † duo,voluntas & potestas: quæ duo actũ perficiunt. c.cùm super abbatia.de offic.delegat.l.nolle. vbi Bald.ff.de acq.hered.l.cùm te. vbi Bald. C.de donation.ante nuptias. & dicit idem Bald.in cõsi.326.Rex Romanorum.lib.j.quòd voluntas,& potestas cùm debito modo , canonizant oẽs actus.Idẽ Bald.in l.omne verbum:in vlt.notab.C.commu. de leg.quòd voluntas,& potestas perficiunt oẽs actus humanos,tradit Barb.inter consilia Alex.in consi.123.Scripsit ecclesiasticus.in princ.li.iiij.¶Sed ad vnum aduertendum,
53 †quòd vbicunque verba enũtiatiua emissa propter aliud, disponunt,illud procedit in materia fauorabili:secùs in odiosa,aut pœnali.Bald.in l.ij.in fin.C.de neces.seruis heredi.inst.Sequitur Dec.in d.c.per tuas.versi.sed replicari potest.

test.de prob Ias.in d.l.ex iis verbis.C.de testamen. militis. ¶ Illud † omittendum non est, quòd verba enuntiatiua e- 54
missa propter aliud, non disponunt etiam quò ad antecedens necessarium: puta, in mādato procuratoris nulla datur potestas substituendi, sed posteà in eodem instrumento dicitur, quòd dominus promisit releuare indemnem procuratorem & substitutum ab eo, per ista verba non cēsetur data potestas substituendi. Rota decis.346. not. Si in procuratorio in antiq. sequitur Alex.in consi.17.lib.ij.& in consi.126.li.v.Felin.in c.licèt.de offi.ord. ¶ Circa verò † con- 55
clusionem verborum enuntiatiuorum emissorum propter se principaliter, quòd disponunt: vt probatur in d.l. ex hac scriptura.ff.de donat. in l.cùm quis decedens. §. codicillis. ff.de leg.iij.Oldr.in d.consi.292.Bart.& docto.in d.l.ex hac scriptura.Cor.in d.consil. 269.libr.iij. multæ dant declarationes, & limitationes, super quibus non insistendum putaui: quia plenè habentur in d.l.ex hac scriptura. Super his ipsis insistendum tantùm putaui, quæ plusculum haberent difficultatis. & quæ in locis communibus haud facilè inueniantur.

ARGVMENTVM.

Scriptura priuata, in antiquis an plenam faciat probationem, tum de auctoritate antiquitatis: an leuioribus contenta sit probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata an probet in antiquis.*

2 *Probatio semiplena, inducta ex scriptura priuata in antiquis an locum habeat contra tertium.*

3 *Scriptura priuata vt probet semiplenè cōtra tertiū, in antiquis, an sit necesse cōstare eā esse illi⁹, qui dicitur scripsisse, si negetur.*

4 *Dispositio omnis præsupponit substantiam actus.*

5 *Probationes leuiores an sufficiant in scriptura priuata contra tertium, in antiquis.*

6 *Scriptura priuata in factis non antiquis non probat. Facit tamē aliqualem præsumptionem. nu.7.*

8 *Scriptura priuata, an habeat iuris præsumptionem pro se, & nu.12.*

9 *L.optimam.C.de contrahen.& committen stipulat. an de instrumento publico loquatur, an de priuato, & nu.11.*

10 *Scriptura priuata habens subscriptionem trium testium an, & in quibus faciat fidem.*

Confessio

VISO de verbis enuntiatiuis, an probent in
1 antiquis: videamus † de scriptura priuata, an probet in antiquis. Super quo dubio concludendum videtur semiplenam ex ea probationem fieri. Specul. in titu. de instru. editio. §. nunc dicendum. vers. regulariter ergo. sequitur Anton. de Butr. in c. ij. vers. tertius casus. de fide instrument. & ibi Feli. iij. limitatione. Socin. in consilio 186. versiculo multum etiam operatur antiquitas. libro ij. Dec. in d. cap. cùm causam. versiculo. Secundò limitatur. de probat. Iason. in repetitio. d. l. admonendi. versiculo confirmo vtrunque dictum. & ibi Ripa. ff. de iureiur. & idem Iason in d. l. cùm aliquis. C. de iure deliberand. Est verum, quòd idem Iason in consi. 65. versic. Tertiò confirmatur. lib. iij. & in con. 166. versiculo ad prædicta accedat. lib. iiij. infideliter refert illud dictum Anto. de Butr. in d. cap. ij. de fide instru. vt procedat respectu plenæ probationis. dum simpliciter dicit, quòd probat: quia appellatione probationis, intelligitur
2 de plena. Sed † aduertendum hîc, an talis probatio semiplena, quæ inducitur ex scriptura priuata in antiquis, locum habeat contra tertium? puto quod sic: quia contra

seri

ſcribentē, aut eius heredes, vel ſingulares ſucceſſores probat plenè, etiam in non antiquis. l. Publia. §. fin. ff. deposit. l. generaliter. C. de non nume. pec. Spec. in d. tit. de instr. edi. §. nunc dicendum. Bald in con. 275. lib. iij. Geminia. in con. 9. quod intelligitur, modò non negetur: ſed recognita ſit, aut aliter iuſtificata. Bar. in authenti. & ſi contractus. C. de fide inſtrument. Deci. in d. cap. ij. de fide inſtru. Sed quæro † hîc, ad hoc vt talis ſcriptura priuata probet ſemiplenè, 3
contra tertiū in antiquis, an ſit neceſſe conſtare, quòd ſit ſcriptura illius, qui dicitur eam ſcripſiſſe, ſi negetur. Videtur dicendum, quòd ſic: argu. l. diuus. & quod ibi Bart. ff. de de teſta. mil. vbi ſtante ſtatuto, quòd contra inſtrumentum nihil opponi poſſit: poteſt tamen opponi, quòd non ſit inſtrumentum, & ſic conſtare prius debet de ſubſtantia rei, quod ſit inſtrumentū. Omnis † enim diſpoſitio, præſuppo- 4
nit ſubſtantiam actus: dicit Calca. ſequēdo illud dictū Bar. in con. 87. tradit Dec. in c. cōſuluit. in tertio not. de app. Iaſ. in l. ſi qn̄. in quarto not. C. vnde vi. & ſic quando quæritur, an ſcriptura priuata manu talis ſemiplenè probet contra tertium in antiquis, conſtare prius debet, ꝙ ſit ſcriptura illius, cuius eſſe dicitur. Putarem † tamē quod in hac re pro- 5
pter antiquitatē temporis, & difficultatem probandi, probationes leuiores ſufficiant: putà per ſolam comparationem literarū in caſu, in quo aliàs nō ſufficerēt. Aliàs enim, niſi dicamus talē probationē eſſe neceſſariā, daretur materia delinquēdi & fabricandi ſcripturam priuatā falſam, quæ videatur de antiquo. & ex hac cōſideratione videtur reſponſum ad argumentū, quod aduerſus præmiſſam conclusionem facit ſocer & dominus meus Purpuratus in d. l. admonendi, videlicet, quòd ſi apocha priuata ſemiplenè probet in antiquis, dari videtur occaſio fabricādi falſum: quia, vt dixi, conſtare oportet, ꝙ ſit de antiquo. & prætereà daretur occaſio delinquendi, ſi induceretur plena probatio: ſemiplena autem non adeò videtur præiudicialis, cùm non ſit locus iuramento ſuppletiuo in facto alieno. Rurſus talis probatio nō videretur neceſſaria, quādo talis ſcriptura priuata reperiretur in archiuo publico, per ea, quæ ſtatim dicam. ¶ Quid † in factis non antiquis, an ſcriptura 6
priuata probet? Dic quod non. l. inſtrumenta domeſtica. l. exemplo. & l. rationes. C. de fide inſtru. l. nuda. ff. de dona. l. ij. & l. fi. C. de conuenien. fiſci debito. libro decimo. cap. ij.

de fide instrumento. nec habet scriptura priuata præsumptionem iuris pro se. Bart. in l. j. C. de iureiu. calum. Dec. in dicto cap. ij. in quarto notabili. versicu. & vlterius considerandum, de fide instrument. Ias. in l. si post diuisionem. circa principiũ. C. de iuris, & facti ignoran. intellige de præsumptione, quæ transferat onus probãdi in aduersarium.
7 & ita loquuntur Bart. & docto. vbi suprà. facit † tamen aliqualem præsumptionem. Barto. & doct. in d. l. admonendi. vbi Ripa. numero 98. Iason in consilio 129. libro primo. & in repet. dictæ l. admonendi. versiculo vltimo, inquantum vult Bartolus & ista aliqualis præsumptio operatur, quòd data paritate probationum, is præfertur, pro quo est ista aliqualis præsumptio inducta ex scriptura priuata: iuxta gloss. & doct. in dicta l. si duo. ff. de iureiurand. Rursus operatur ista præsumptio, quòd apocha iuncta cum aliis adminiculis, plenè probat. Iason in dicto consilio 129. libro
8 primo. ¶ Sed Socin. † in consilio 68 libro quarto tenet, quòd scriptura priuata habet præsumptionẽ iuris pro se: per l. optimam. C. de contrah. & committen. stipul. iuncta gloss. fin ibi: quæ dicit illam legem loqui in instrumento priuato. allegat etiam l. j. C. eodem titulo. & quòd illa l. optimam. loquatur in scriptura priuata, videtur tenere Innocen. in capitulo cùm Ioannes Eremita. versiculo item dicunt, quòd licet priuata scriptura. de fide instrument. Similiter Baldus in dicta l. optimam. in finalibus verbis, sequitur gloss. in fin. ibi, quòd loquatur illa lex in instrumento priuato. ¶ Sed respondeo † ad dictum Socin. quod imò
9 dicta l optimam loquitur in instrumento publico. Patet, quia requirit in eo locum, & tempus: & tamen si esset scriptura priuata, non requireretur tempus. l. cùm tabernam. §. idem quæsiit. ff. de pignor. vbi Alexand. in apostil. ad Bartol. & idem Alexander in consilio 132. libro quarto. Paulus de Castro in consilio 216. Confirmando. libro primo. Dec. in dicto capitulo secundo de fide instrumentor. in quibus locis declaratur hoc procedere, quoad præiudiciũ ipsius scribentis. Secùs, vbi ageretur de eius commodo, & tempus necessariò venit probandum. & ita arguit Iason in l. de pupillo. §. qui nũciat. circa finem. ff. de operis noui nunciatio. Vbi, quòd textus in l. j. C. de apochis public. libr. decimo, loquitur in apocha publica, non priuata: quia in d. l. j. requiritur dies & consul, quæ non requiruntur in scri-

ptura

ptura priuata. & profectò si videantur docto. dicentes requiri appositionem diei in publico instrumento. allegant ad hoc dict l. optimam. ergo necessariò præsupponunt illam legem loqui in instrumento publico. ¶Secundò †re- 10
spondeo ad dictum Socin.posito,quòd illa l.optimam. loqueretur in scriptura priuata:tamen debet intelligi de tali scriptura priuata,quæ fidem facit:quia habet subscriptionem trium testium, qui recognouerunt eius subscriptionem :iuxta l.scripturas. C. qui potior. in pigno. hab.& ita intelligit Cyn.ibi in quarta oppos.Bald. tamen in consilio 149.Proponitur.ante finem libro j. appellat talem scripturam habentem subscriptionem trium testium solennem: non tamẽ publicam.¶†Tertiò quod tex.in d.l.optimã.lo- 11
quatur in instrumento publico,probatur ex alio.quia doctor.dicunt,quòd instrumentum publicũ,ad hoc vt reprobetur per testes,debent esse testes omni exceptione maiores & pro hoc allegant d.l.optimã. Ita Salic.in d.l.optimã. in secundo notabili.Bart.in l.j.§.si quis neget.ff. quemadmo.testam.aperian.vbi Barto.expresè intelligit dictam l. optimam.in instrumento recepto per notarium.Idem tenet Bal.in cons.37.quid in tabellio.circa fi.lib.j.in l.in exercendis.C.de fide instrument.Cornel.in consi.232.libro primo.& consil.161.libro iiij.Iason in consilio 13.versiculo.tertiò principaliter.libro tertio quod tamen intellige, vt dixi in consilio 56.nume.ix.& profectò mirandum est,quomodò Socin.ausus fuerit verbum tale effutire, quòd scriptura priuata habeat presumptionẽ iuris pro se.¶Dictum
† tamen Socin. posset procedere, quando constaret scri- 12
pturam priuatam esse scriptam manu eius,cuius esse dicitur.& solùm esset quæstio, an dicatur facta præsente, vel absente parte.nam tunc præsumitur,quòd præsente parte scripta sit: & ita loquitur tex.in d.l.j.C. de contrahenda & com.stipul.Baldus in consilio 380. Tres sunt casus.in prin. libro v. ¶ Præmissa,quòd scriptura † priuata non probat, 13
nec præsumptionem facit, procedunt, licet talis scriptura facta sit manu notarij quando non habet solennia requisita ad scripturam publicã. Bal.in consil. quatercentesimotrigesimooctauo. Quia testes.in fine libro tertio.Se-
cundò †procedit memorata conclusio,licet agatur de fa- 14
uore piæ causæ: quia adhuc scriptura priuata non probat. Quod sic probatur.Non magis probat scriptura,quã vox

viua

viua.capitulo licet ex quadam.in ratione sui, de testi.l.in exercēdis.C.de fide instru.Cyn.in l in bonæ fidei. C.de iureiuran.Bar.in l admonendi.ff.eo. titu. Anchara.in consi. vigesimooctauo, Rationes.versiculo, vlteriùs hoc probatur.Roma.in consi.104.versiculo,tertio ad idem.Imò magis credi debet viuæ voci,quàm mortuæ. §. si quis igitur. in authē.de instru.caut.& fid.quem tex.ad hoc citat Alexā. in consi.iij.lib.ij.Sed in pia causa non est remissa solēnitas iuris diuini,quòd in ore duorū, vel trium stet omne verbum:vt habetur in c.relatum.& in cap.cùm esses.extrà de testamē:ergo si nō creditur viuæ voci vnius in fauorē piæ causæ:ergo nec voci mortuæ vnius scripturæ. & eadē ratione idē dici potest in scriptura priuata vnius superioris. Pro quo ētfaciunt,quę latè suprà diximus circa intellectū clementinæ primæ de probatio.ꝙ nō procedit, vbi agitur
15 de præiudicio tertij in iure iā quæsito.¶Limita† nūc prædictā conclusionē,vt non procedat in scriptura priuata recognita per ipsum scribentē:quia probat contra eū, & habentes causam ab eo:licèt non habeat subscriptionem testiū,nec iuuetur cōparatione literarum:vt s̃.dixi,per l.Publia.§.fi.ff.depositi.l.cū de indebito.§.fi.ff.de prob.auth.cōtra qui propriā.C.de nō nume.pecu.l.gn̄raliter.eo.tit. Bal. in d.consi.275.li.iij.& in cōsi.466.Ad intelligentiā.in prin. li.v.Paul.de Cast.in consi. 312. Ad primum respondetur. in
16 ij.dubio.li.ij.¶Istud tamen, quod † dixi talem scripturam priuatam fidem facere,etiam cōtra tertium habentē causam à recognoscente: procedit in recognitione facta ante cessionē in alium factam:secùs,si post.& idem in scriptura facta post cessionē, seu de qua esset dubiū, an esset facta ante cessionē vel post:per ea, quæ s̃.dixi de verbis enūtiatiuis, an probēt cōtra particularem successorē.& istud est, quod dicunt Doctor.ꝙ vbi agitur de præiudicio alterius, quàm scribētis: etiā in scriptura priuata,requiritur tēpus vt sciatur quo tēpore facta sit,& quòd verè appareat eā factam de illo tēpore,cùm fieri posset sub alio tēpore in præiudiciū tertij: vt per Alexā.in dicto consilio centesimotrigesimosecundo in tertio dub.& per alios doct. suprà alleg.
17 ¶Limita † secūdò nō procedere in scriptura priuata eius, cuius persona esset approbata à p̄te aduersa,in dictis & factis: quia pars dixisset, quòd semper habuit scribentē pro persona virida in omnibus eius dictis & scripturis. Tunc enim

enim talis scriptura probat contra partem: licet in specie non approbauerit scripturam, de qua agitur. Ita Alexan. in cons. 113. vers. nec obstat, si dicatur. lib. iiij. ¶Sed hic quæro
quid † si persona tãtum scribentis approbetur: quia pars 18
dicat scribẽtem esse personam honestam, & probatam, nõ autem in facto, aut scriptura in genere, vel in specie? videretur talem approbationẽ nihil operari: quia approbatio personæ nihil facit quò ad approbationem dicti, aut facti l. si quis testib. C. de testib. canoniz. c. si qs testib. iiij. quęst. iij. c. præsentium. & ibi not. de testib. Similiter si approbo personã iudicis, non intelligo approbare eius dicta. c. super quæstionum. de of. deleg. Geminia in cons. 15. Puto, ꝙ ex tali approbatione, apocha faciat semiplenam probationem, ex eo, quod scribit Bal. in d. l. in bonæfidei. vers. sed dubitatur de vno. C. de reb. credit. vbi quãdo approbatur testis in persona, sed non in dicto, eius testimonium probat semiplenè, quod dictũ refert, & sequitur Ias. in rep. d. l. admonendi. vers. quid si vnus testis est approbatus. num. 167.
¶Sed † quæro rursus, pone quòd in cõpromisso partes di- 19
cant, ꝙ in tali scriptura continetur testamentum, & vltima voluntas talis, an ex talib. verbis censeatur approbata scriptura, & fidem faciat, si non erat solennis? Dec. in cons. 612. tenet, quòd non: quia ex istis verbis solùm censetur approbatum factũ, id est, quòd testamẽtũ ita scriptum fuerit: sed nõ censetur approbata qualitas facti, id est, quòd ipsum testamentum sit validum. & potest quis approbare factum, & qualitatẽ eius reprobare. allegat pro hoc Bal. in l. j. C. de furtis. Pau. de Cast. in l. iij. §. falsus. per illũ tex. ff. rẽ rat. hab. vbi quod põt quis approbare actũ, tanquàm gestũ, & reprobare tãquã sic gestũ. & facit quòd j. dicam n. 120. Quid, † si 20
quis sæpiùs habuerit talem scripturã priuatã præ manib. nec vnquàm cõtradixerit, an censeatur illam approbasse? videretur dicẽdũ ꝙ nõ: quia ex sola taciturnitate nõ inducitur ratificatio aut approbatio. Inno. in c. olim. iij in fi. de rest. spoliato. vbi si iudex post appellationem me excõmunicet, & ego tollerem ac sustineam excõicationẽ, abstinẽdo ab his, quæ excommunicato prohibentur, ex tali patiẽtia, tolerantia aut taciturnitate non cẽseo approbare excõmunicationẽ, & renuntiare appellationi. sequuntur Anto. Imo. Abb. & Moder. in c. gratũ. de of. deleg. Approbatio enim † inducitur ex facto aliquo, non ex non facto. Soc. in 21

conſ.104.lib.4.& quòd ex taciturnitate non inducatur approbatio,tradit Dec.in conſ.98.ad fi.Addo Bald.in l. ei qui non.verſ.quæro,nunquid ſi dominus. C.ſi ex falſis inſtru. vbi ſi lata ſit ſententia contra falſum procuratorem,& dominus tacuit,nec appellauit,ex tali ſilentio non cenſetur ſententia approbata:quia ſilentium nihil eſt,quod Bal.dictum refert & ſequitur Alex.in cõſ.191.verſ.hoc expreſſius voluit.Bal.lib.6.Addo Bal.in conſ.32. Verba compromiſſi. lib.v.vbi,quòd ex ſolo ſilentio non dicitur aliquid fieri in concordia quando concorditer quid fieri debet,ſed requi
22 ritur declaratio voluntatis. ¶Contrarium † in præmiſſa quæſtione,quòd imò ſcriptura priuata cẽſeatur approbata ex tali non contradictione eius, qui eam præ manibus ſæpè habuit,determinat Paulus de Caſt.in conſ.314.Omiſſo primo.lib.ij. argum.l.Labeo.ff.de aqua pluuia. arcend. vbi taciturnitas patientis ædificari,ipſi tacenti præiudicat ne ædificans cogatur ædificium demoliri. Sed ille tex.parum facit:quia taciturnitas ibi facit,quòd tacẽs agere nõ poteſt:non tamen, vt ob talem taciturnitatem conueniri poſſit:prout contingit in ſcriptura priuata, ſi illa dicatur
23 approbata.Sed † pro opinione Pau.adduco Abb.in c.cùm virum.in tertio notab.de regularib. vbi quando taciturnitas habet in ſe mixtum aliquod factum poſitiuum, ſemper tacens cenſetur conſentire.ſequitur Iaſ.in l.quæ dotis. verſ.decimuſſeptimus & vltimus caſus eſt.ff.ſolut. matrimo.Sed in caſu noſtro vltra taciturnitatem interuenit factum poſitiuum, id eſt receptio & tractatio illius ſcripturæ priuatæ.Pro quo tex.optimus in clem.j.de procuratorib.vbi recipiens inſtrumentum mandati,in quo conſtituitur procurator,cenſetur ſe obligare ad illud officium, vt ampliùs recuſare nõ poſſit.quem tex.citat Iaſ.in d.l.quę do
24 tis.¶Ad idem † adduco Calderi.in conſ.j.in fi.in ti.de ſpõſalib.vbi quando ſpõſalia ab initio ſunt nulla ob impedimentum conſanguinitatis, ſi poſt diſpenſationem Papæ cõtrahẽtes taceãt,nec reuocẽt ſpõſalia, cenſentur illa approbare.Ratio huius dicti eſt:quia vltra taciturnitatẽ cõtrahentiũ interuenit factum poſitiuũ,id eſt interpretatio
25 diſpẽſationis.¶Sed † in præmiſſis præſupponitur approbari poſſe ſcripturã priuatam:quæro,an talis approbatio valeat?breuiter Inn.in c.cùm P.tabellio.poſt medium.de fide inſtrumẽtorũ.tenet non valere conuentionẽ: quia partes non

tes nõ possunt creare quem notarium: quod videretur fieri, si daretur plena fides scripturæ vnius priuati hominis. sequuntur Baldum, & Abbatem, ibi. Idem Bal. in l. Imperator. ff. de statu hominum. Rom. in cons. 204. Pro discutienda. vers. secundò idem probó & in cons. seq. 205. Decius in d. cons. 612. Ias. in l. non impossibile. de pactis. in l. Iusiurandum, quod ex conuentione. in prin. ff. de iureiurand. & idem Iason in repetitio. d. l. admonendi. fi. vers. nec prædictis obstat, quòd illud dictum Innoc. magis communiter approbatur. Idem tenet Ripa ibi in scriptura priuata abnegata, & nullo adminiculo fidei roborata: secus si sit vel partium vel testium subscriptione roborata: per ea, quæ notat Bartolus in l. fin. ff. de prætor. stipulatio. & aduerte: quia præmissi doctores videntur istud velle etiam in scriptura iam facta, dum generaliter loquuntur. ¶ Contrariá opinionem, quòd imò talis conuentio † valeat: tenuit idẽ 26
Bald. sibi contrarius in l. de quibus. vers. item per pactum. ff. de legibus, quem Decius in dict. cons. 612. inaduertenter allegauit pro opinione Innocen. cùm ibi Bal. expresè teneat contra Innocentium. Addo eundem Bal. in consil. 275. Factum tale est, quidam campsor. versicu. ad primum lib. iij. & quòd valeat conuentio, tenet Alexan. in l. j. §. fina. ff. de verborum obligationibus sequendo Bal. in dict. l. de quibus. ipse Alexan. in consi. 11. lib. iiij. sequitur Dec. sibi cõtrarius, in cap. secundo versiculo similiter valet conuentio de probatio. in capitu. veniens. in fin. de testib. & in cap. ij. versiculo notandum tamen est. de fide instrumen. Eandem opinio. contra Innocen. latè tenet & defendit Ias. in repetitio. dicta l. admonendi versiculo nunquid autem partes. Corne. in consilio 174. lib. iij. Felin. in dicto capitulo ij. in vj. fallentia, de fide instrumen.

¶ Et profectò ista opinio contra Innocen. videtur verior & æquior. & pro ista opinione † arguo sic. doctores 27
volunt valere consuetudinem, quòd credatur scripturæ priuatæ, & in consuetudine nemo discrepat: quia etiam Inno. hoc tenuit in dict. c. cùm P. tabellio. cum simil. quæ Ias. adducit in repe. d. l. admonendi versicu. septimus casus est. & pro hoc est text. in cap. cùm dilectus. de fide instrum. Deci. in d. c. ij. de probatio. in d. c. veniens. de testib. & in c. j. de fide instrum. Addo Federic. de Senis. in cons. 119. Nulli

dubium.in fi.Idem dicunt doct.in statuto,quicquid aliter tenuerit Inn.in d.c.cùm P.tabellio.vbi voluit hoc procedere solùm in statuto eius,qui pōt creare tabelliones: sed quod idē sit in statuto alterius obtinentis potestatē statuēdi,licèt nō creandi notarios,puta in statuto vniuersitatis, tenet Fel.in d.c.cùm P.tabellio.Dec.in d.c.2.versi.circa primum.de prob.dict.c. j in ij.notab.de fide instrumento. & in c.j.vers.& nota quòd libris.de probatio.Bal.Ang.Ale.& moder.in l.quædam.§.nummularios.vbi Ias.clarè in ij.notabi.ff.de edend.& idem Ias.in l.j.vers.ij.ex hoc membro. C.de summa trinita.& fide catholic.& in l.si non speciali:in ij.notab.C.de testam.Addo Geminian.in cōs.62.vbi,quòd statutum potest dare potestatem conficiendi instrumenta publica,& fidem facientia in territorio,saltem statuentis, personis etiam nō notariis.allegat Hostien.Io.And.& An-
28 ton.de But.in d.c.cùm P.tabellio.Addo † Alexan.etiam in cons.53.lib.j vbi fortiùs voluit valere capitula aut priuilegia , quòd detur plena fides scripturis priuatis aut libris Hebræorum.Idem voluit Soc.in cons.62.In præsenti consultatione.ver.prætereà clarè respondetur. lib.j. Quid igitur,in fauorem Christianorum,est verum,quod tale statutum in fauorem Hebræorum damnat idem Alex.in d.cōsi.iij.versi.& si fas est dicere.lib.ij.sed Purpura in dic.l.admonendi quòd valet inter ipsos Iudæos non contra Christianum,nisi cōditum sit ab eo,qui potestatē haberet de-
29 rogandi canoni.Ego † tamen adhuc isto casu haberem tale statutū pro iniquo,& irrationabili,ac inhonesto , quòd credatur Iudæo infami contra Christianū:Sed inter Christianos,quòd valeat tale statutum , quo datur plena fides scripturæ priuatæ,tenet idem Alex.in cons.170.circa prin.
30 lib.vij.¶Hoc ita † præsupposito,quòd valeat statutum,per quod datur fides plena scripturæ priuatæ, dico quòd à fortiori debet valere pactum , quò ad præiudicium ipsarum partium:quia plus possunt partes in re propria,& ad earū præiudiciū, quàm statutū.ita probatur in l.fi.§.fi. C.de tēpor.appellatio.iuncto c. venientes.de iureiurand. nam in dict.l.fin.dicitur, quòd partes possunt renuntiare appellationi,in earum præiudicium.& tamen in dict.cap.venientes.dicitur non valere statutum tollens appellationem. & ita per illla duo iura hanc regulam tradit Abb. in capitul. cùm dilectus. de arbitr. Ita etiam arguit Iason.in le. j.§. fi.ff.

fi.ff.de verb.obl.Crotus in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de leg. j.Itaque si valet statutum,quòd credatur scripturæ priuatæ in præiudicium aliorum, quantò magis debet valere pactum,posse partes tale præiudicium sibiipsis, & contra seipsas facere.¶Non obstat modò ratio † Inn.in d.c. cùm P. tabellio.quòd partes non possunt creare quem notarium, 31 quia fateor:sed nego,quòd per tale pactum priuatus scribens fiat notarius,& quòd eius scriptura priuata dicatur instrumentum publicum notarij,licèt fidem faciat. & ista in effectu fuit responsio Ale.in d.l.j.§.fi.ff.de verb.obl.& in d.cons.113.li.iiij.argumentum enim Inn.procederet,si ageretur de pacto priuatorum,quòd scriptura priuati vnius fidem faciat contra omnes: secùs,si interipsos contrahentes tantùm.¶Secundò respondeo,quòd attenta ratione Innoc.sequeretur,quòd etiam statutum istud disponens, nõ valeret,quando fit ab iis,qui notarios creare non possunt & tamen in statuto doctor. communiter tenent cõtra Inno.ergo.à fortiori idem iuris in pacto esse debet quò ad præiudiciũ ipsorũ paciscẽtium. ¶Et maximè procedit ista opinio contra Inno.quando scriptura iam esset facta.Imò tunc res videtur sine dubio,quod approbari possit:quia ẽt sine scriptura aliqua ius non prohibet, quominùs possim confiteri intentionem aduersarij esse veram.Bene fateor, quòd si superueniret aliqua causa de nouo: quia pars mutasset mores in deterius, quòd possem recedere à tali pacto:argumento l.de ætate.§.ex causa.ff.de interrogator.action.¶Aduertendum tamen † circa præmissa,dum dictũ est valere consuetudinẽ aut statutum,quòd credatur scripturæ priuatæ alterius,puta mercatorum:ꝙ talis consuetudo vel statutum tale non valeret, quando esset nimium 32 generale,aut indiscretũ,ꝙ indistinctè credatur omni scripturæ mercatorum,non habita differentia personarum & rerũ,ita quod credatur omni scripturæ cuiuslibet mercatoris,& quantamcunque cõtineat quantitatem:quia daret materiam delinquẽdi quæ tollẽda est l.cõuenire.ff. de pa. dotal. debet ergo intelligi cõsuetudo vel statutum eiusmodi, quando scriptura priuata esset verisimilis,secundũ qualitatẽ personarũ ad bonã æstimationẽ mercatorũ. Ita Bal.in l.vnic.C.de cõfes.quod dictũ ꝓ singulari seqtur Fe. in d.c.ij.in 2.fallẽtia.de probationib.& in cap.eodem titu. Decius in dict.capitulo primo versiculo & nota,quòd li-

bris.& in c.ij.de probatio.Iason in d.l.quædam.§.nummularios.ff.de edend.& in repetitio.d.l.admonendi.versi.dicit tamen singulariter Bald.& in consi.103. lib. j.addo Alex.in consi.vlt.in fin.versi.fortiùs dixit.lib.vij.Socin.in consi.87. lib.j.& ista ratione occasionis delinquēdi Bald.in cōsi.349. Si hoc quæritur.in ij.dubio. lib.v. non ausus fuit decidere, an tale statutum valeat, vel non. Dubitare tamen non debebat, propter text.in d.c cùm dilectus.de fide instrument. sed poterat modificare: prout fecit in d.l.vnic.cuius modificatio prudentibus placuit.

33 ¶ Talis tamen † consuetudo, quòd credatur libro mercatoris, in eius fauorem, dicitur odiosa. Iason in l.si idē cum eod.in princ.versic.successiuè quæro.ff.de iurisdictione omnium iudicum.Contrarium dicit Socin.in cōsi.24.versi.quinimò dici potest.lib.ij. ¶ Ex præmissis abūdè declarata habetur ij.limitatio, quòd scriptura priuata probat, quando est approbata à parte, & quòd tenet talis approbatio, rursus casus nōnullos adduximus, in quibus approbatio facta censeatur, non citra magnæ vtilitatis compendium in consulendo & iudicando. Equidē nihil hîc pono, quid non in iudiciis aut sententiis dicēdis sequi ipse audeam in foro vtroque & poli, & hominū: nec aliud Deum obsecro, quàm vt scribentis animum veritatis auidissimum, ad eam ipsam veritatis rectitudinem proferat.

34 Neque † enim scientia hac nostra ex animi affectibus vti debemus, aut æris cupiditate, aut amicorum vel propinquorum affectione aut potentiorum formidine. Quem vnum scopum, si firmiter nobis propositum haberemus, non toties, arbitror, varietatis leuitatem audiremus, non citra splendoris nostri obscurationem. Quòd si doctor.omnes ad vnum veritatis viam adirent, non tot tātæque opiniones, aut cōtradicendi aut gloriæ studio philosophiæ huius moralis decus deturpatum haberent. Dij faciant, vt prophetæ preces omnes conferamus: Cor mūdum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Nemini tamen mirabile futurum sit, quòd inter doctores non omninò conueniat de mortalium scientia, quando & illa Dei ipsius lex sanctissima, & sola ipsa vera & irrefragabilis impiè hodie (proh dolor) vertitur, in pessimo Christianorum malo. Deum obtestor, vt ad ecclesiam suam respiciat, quod omninò futurum spes est non mediocris.

35 ¶ Non omitto, † tamen circa hanc secūdam limitatio-

mitationem, vrā quæstionem in practica vtilissimam. Bone, ego produxi in iudicio vnam scripturam minùs solennem, an ex tali productione, dicar eā approbare? Innoc. & Abb. in c. cùm venerabilis. de exceptio. tenent, q̄ nō. sequitur Roma. in consi. 294. Hæc cōfessio. vbi ratione adducit: quia producens instrumentū, censetur illud approbare & confiteri: prout in eo cōtinetur. sed in tali instrumento nō solenni nihil effectualiter continetur, ex quo effectus ꝓbationis nullus est. & paria sunt nihil contineri, vel contineri quidem, sed id, quod continetur apparere non posse, ob defectū probationis. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutela. Eandem opinionem tenet Alex. in consi. 108. versi. nec obstat, si diceretur. lib. v. & in consi. 124. libr. vij. ¶ Contrariam †opinionem, quòd producens instrumentum non solenne 36
(loquor de tali solennitate, quæ solùm respicit instrumentū, non negotium principale: putà, quia careat instrumentum indictione, & Consule) censeatur illud fateri: voluit Bald. in l. alia. versi. sed pone, q̄ quis confitetur. C. de is, quibus vt indig. sequitur Deci. in c. cū venerabilis. versi. quinta conclusio. de except. & ibi Felin. in ij. limitatione. Idē tenet Ias. in consi. 160. li. ij. vbi Ias. allegat Bald. in l. ij. in fin. C. de fideicō. libert. Addo vltra Moder. Alex. in cōsi. 184. versi. & posito, q̄ ēt aliquo modo li. vij. vbi sequitur Bald. in d. l. alia. Idem tenet Ang. in consi. 132. Quidā Nicolaus. Ex quibus apparet opinionē Bald. esse magis communem. Et aduerte, †quòd producens scripturā non solennē non solùm 37
censetur approbare, quæ in ipsa scriptura cōtinuatiuè continentur: sed ea etiam, quæ sunt in loco separato: puta solutionem debiti scriptum à tergo ipsius scripturæ. Ang. in d. consi. 132. ¶ Præmissa †tamen non procederent, quando 38
produceret quis instrumentum non solenne, tanquam solenne, & ageretur de facto alieno: quia talis productio tāquàm erronea non noceret: vt per Alex. in d. consi. 108. in fi. libro quinto. ¶ Sed †quid vbi defectus solennitatis respi- 39
cit negotium principale, non scripturam instrumenti, an producens instrumentum censeatur fateri contenta in eo esse vera, adeò quòd talis confessio sibi præiudicet. Puta produco instrumentum testamenti, quod habet solennia quidem instrumenti, sed non solennia requisita in actu testandi: puta, septem testes, vel produco instrumentum alienationis bonorum minoris, quod habet solennia in-

ſtrumenti,quò ad ſcripturam: ſed deficit ſolẽnitas extrinſeca requiſita in alienationibus rerum minoris. Innocẽ. & Abb.in d.c.venerabilis.quod ſic.& ibi Abb.in quarto caſu hoc intelligit, etiam quòd talis productio ignoranter facta ſit: quia producens crederet inſtrumentum, & actum in eo contentum valere.Si enim ſcienter, res eſſet ſine dubio.& ita etiam intelligit Deci.ibi,verſi. quarta concluſio. & hanc opinionem Innoc.ſequitur Roma.in d conſi. 294.
40 Bald.in d.l.ij.in fi.de fideicom.liberta.¶Cõtrarium †tenet Bald.in d.l.alia.quia non ſufficit veritas ſine ſolennitate,id eſt quòd in rei veritate teſtamentum ſit conditum,niſi etiã ſolenniter fuerit conditum.& hoc ſequuntur Felin. & Deci.in d.c.cùm venerabilis.Bald.etiã ſequitur deciſio. Neapolit.deciſio.25.in fi.vbi,quòd ita fuit iudicatum.Idem tenet Corn.in conſ.18.lib.ij.vbi ſi quis fateatur codicillos eſſe factos,ſed cum pauciori numero teſtiũ, quàm lex exigat,& ſic minùs ſolenniter,non præiudicat talis confeſſio: quia non ſufficit veritas ſine ſolennitate. l. ſi veritas. C. de
41 fideicom.& in † teſtamento, quòd non probetur per confeſſionem partis confitentis illud factum, ſed minùs ſolẽniter,tenẽt Bart.& doct.cõmuniter in l.ij.C.de bon.poſſeſ. ſecundum tab.vbi Deci.Ripa in l.admonendi ff.de iureiurand.Itaque ſi expreſſa confeſſio non nocet: multò minùs tacita,quæ inſurgit ex productione inſtrumenti.¶Ex præmiſſis habes reprobatum vtrunque dictũ Innoc. in d.c.cũ venerabilis.Eſt verum,quòd Bald.in d.l.alia. videtur intelligere Innoc.vt loquatur ſecundum opinionẽ ipſius Bald. Tamen Deci.in d. c. cùm venerabilis. aliter refert ipſum Inno.loqui.& quidem ſi Inn.verba intueantur,non viden-
42 tur pati illũ Bald.intellectũ.¶Sed quid† in producẽte ſcripturã omninò priuatã,an illã cenſeatur approbare?Breuiter ſi teneamus opinionẽ Innoc.in d.c. cũ P.tabellio. de fide inſtr.ꝙ expreſsè approbari non poſſit per conuentionẽ partium expreſſam:multò minùs tacitè.& ita in producẽte ſcripturam priuatã, arguit Rom.in d.conſi.204.verſi.ceterũ,& ſi ſecundò dicatur.Sed quia tenui opinionẽ cõtra Innoc. ſolutio iſtius quæſtionis dependet ex alia quæſtione ſuprà formata,ꝙ producens inſtrumentum minùs ſolẽne, reſpectu ſolennitatis concernentis ipſum inſtrumentum, non negotium principale,cenſetur ipſum approbare.Ideò eadẽ ratione dicendũ eſt approbatã cenſeri ſcripturæ priuatæ

uatæ fidem. & in producente scripturam priuatam, quòd censeatur eam approbare: tradit Angel. in consil. 132. Quidam Nicolaus. ¶ Sed nunquid † talis approbatio scripturæ 43
minùs solennis, prosit etiã tertio absenti? videretur dicendũ, ꝙ non: tanquã res inter alios acta: & quia confessio facta, absente parte, solùm semiplenè probat, vt habetur in d. l. admonendi. & s̃. dictum est. Contrariũ determinat Angel. in §. si verò expressim. in authẽt. de here. & falcid. vbi ꝙ approbatio instrumẽti tanquàm veri prodest omnibus ius prætendentibus ex eo instrumento, & quorum interest: licèt non fuerint præsentes illi approbationi: & poterũt agere contra ipsum approbantẽ, tanquàm obligatũ ex tali instrumento. Idem dicit Angel. in approbatione testamenti facta per filium præteritum: quia prodest heredi instituto ẽt absenti. Ratio, quia † actus approbationis depẽdet à so- 44
la voluntate approbantis. quo casu præsentia partis nõ requiritur. Bart. in l. Põponius. vers. Itẽ ex eo. ff. de neg. gest. & in l. à quo enim. ff. rem ratã haber. ¶ Non obstat, ꝙ † cõfes- 45
sio absente parte, solùm semiplené probat: quia illud procedit, quando cõfessio directò tendit ad obligandũ aliquẽ confitentẽ. Secùs, si principaliter tendit ad approbandum aliquid, ex qua approbatione absenti acquiratur obligatio. & istud dictũ Ang. pro notabili refert, & sequitur Ias. in l. non solùm. §. morte. versi. Itẽ pro conclusione Bald. ff. de operis noui nuntiatio. & pro † hoc dicto Ang. facit Bart. in 46
l. is põt. versi. nunc videamus. ff. de acq. hered. in l. fi. ff. de interro. act. Bald. in l. fi. C. de petit. hered. Ang. in l. sicut. C. de repu. hered. vbi, quod declaratio voluntatis, facta cũ vno, præiudicat quo ad oẽs. sequitur Dec. in consi. 35. vers. & sic patet ex prædictis. Ideò videm⁹, ꝙ ratificatio act⁹ fieri põt absente parte, & absenti prodest: quia solùm depẽdet à voluntate ratificãtis: licèt ex tali ratificatione ratificãs obligetur. Bart. in d. l. Pomponius. ff. de neg. gest. & in d. l. quo enim. ff. rem ratam haber. Alex. in consil. 126. in fi. lib. v. Abb. in c. Cumana. de electio. Dec. in consi. 286. in consi. 297. & & in l. semper qui non prohibet. nu. ix. in fin. ff. de reg. iur. Addo Ioan. de Ana. in consi. 85. ¶ Sed contra † prædicta ad- 47
duco Soc. in consi. 105. lib. iiij. vbi, quòd ratificatio facta in absentia partis, solùm absenti prodest, quando tendit ad declarandum voluntatem ratificantis: secùs, si ad obligandum ei, in cuius fauorem fit ratificatio: quia tunc requiri-

tur partis præsentia.allegat Ang.in consi.j.Anchar.in consi.127.Ad dubia elicita.versic.non obstat, quòd ratificatio. ¶Sed istud dictum Socin. apertè confunditur per dictum Angel.s̃.alleg.in d.§.si verò expressim. de hered. & falc.& contra istud dictum Socin.est communis opi.doct.volentium sufficere ratificationem fieri in absentia partis: licèt ex actu ratificato ratificans obligetur.Nec obstat dictum Ang.in d.consi.j.quia Ang.ibi nihil loquitur de hac materia,non etiam ob.Anchar.in d.cõsi. 127.quia Anch.loquitur,quando per ratificationem inducitur noua dispositio: ita quòd nõ est mera declaratio voluntatis: quia actus nõ fuerat gestus in specie nomine ipsius ratificantis: sed pro personis:incertis.& sic Anch.potiùs facit cõtra Soci. ¶Nõ

48 obst.†quòd vbi agitur de obligãdo requiritur partis præsentia:quia fateor,vbi nullus præcessisset actus in præsentia eius,cui acquiri debet:sed vbi præcessit cõtractus præsente eo,cui acquiri debet, & solùm restat declaratio volũtatis alterius absentis,cuius noĩe actus est factus,an velit obligari:dico, quòd sufficit talis declaratio voluntatis per ratificationem,etiã parte absente.Satis est enim,quòd semel fuerit præsens,& quòd appareat de ei⁹ animo,ꝙ voluerit sibi acquiri ex eo actu, nõ enim requiritur præsentia partis ad aliũ finẽ,nisi vt appareat de eius consensu.Patet:quia sufficit nuntius vel epistola.l.consensu.ff. de act.& obl.Sufficit ergo, quò verè appareat de tali consensu per præsentiam, quæ ab initio interuenit in ipso actu ad quẽ posteà retrotrahitur declaratio volũtatis subsecuta. In de-

49 claratione† enim fit retrotrahitio, etiã, quòd extremũ ad quod,sit inhabile.Ioan.And.in additio.Specul.in tit.de teste.§.nunc dicendum.versi.nec etiam hoc,sequitur Ant.de Butr.in cap.licèt causam.de probatio.vbi Felin. in decima limitatione.Socin.in consi.97.lib.iiij.Dec.in consi.25. Cur-

50 tius iunior in consi.121.¶†Sed quęro,circa præmissa,dictũ est,quòd producens instrumẽtum minus solenne,aut scripturam minùs solennem censetur illam approbare, quid

51 †si aduersarius,contra quem fit productio, impugnat talem scripturam, an producens tenebitur illi stare,vt contra eum fidem faciat?Respondeo Bald. in l.si quis testibus. versiculo sed nunquid producens. Codic. de testibus.& in dicta l. alia. versiculo quæro nunquid ille. Codice de his, quibus vt indig. quòd non præiudicat tacita con-

fessio,

feſſio,quæ elicitur ex productione inſtrumenti:ſi aduerſarius,contra quẽ producitur,probat de contrario: quia tũc apparet de errore tacitæ confeſſionis.allegat Bal.Innoc.in d.cap.cùm venerabilis.de excep. Amplius ſubdit Bal.quòd iſto caſu non eſt neceſſaria allegatio erroris in cõfitente: licet ſecus dicat in cõfeſſione expreſſa:quia non ſufficeret probari eã erroneã,niſi error allegetur. ¶Sed hîc † aduer- 52
tendum circa iſtud dictũ Bal.quia non videtur procedere, vbi inſtrumentũ productum,eſſet minus ſolenne,& fidem nõ faceret.Tunc enim nõ videtur neceſſariũ,quod aduerſarius probet de cõtrario, ex quo inſtrumentũ productũ non probat.videtur ergo loqui Bal. qñ inſtrumẽtum productum eſſet ſolenne,quò ad fidẽ probatoriã: ſed illud reprobatur de falſo.& probatur contrariũ eius, quod continetur in ipſo inſtrumẽto. Sed adhuc iſto caſu dictum Bal. non ita ſimpliciter procedit: quia ſi quis producit inſtrumentũ falſum ſciẽter, etiã ꝙ illud impugnetur per aduerſariũ,&de falſo redarguatur:tamẽ in odiũ producẽtis ſciẽter,adhuc videtur probare cõtra ipſum producẽtẽ, & hoc in pœnã delicti:vt per Modern.in d.c. cùm venerabilis.vbi Dec.verſ.ſexta & vltima conclu.vbi tamen dupliciter hoc limitat.¶Quid igitur † in producente inſtrumẽtum minùs 53
ſolenne,quod aduerſarius ſimpliciter impugnat,reſpectu fidei probatoriæ, aliter non obiiciendo falſitatem, nec probando de contrario: an tale inſtrumentum probabit contra producentem? Breuiter aut contra producentem lata eſt ſententia, & ſic eius confeſſio reſultans ex productione inſtrumenti reprobata eſt per aduerſarium, & iudicem & tunc non videtur ſine dubio nocere talis confeſſio tacita:quia etiam non noceret expreſſa confeſſio,quę ſimpliciter fieret ſine productione alicuius inſtrumenti. cap. mulieri.vbi Innocen.& Abb. de iureiuran. & idem Inn.in dicto capitulo cùm venerabilis.Bal.in l.ſi quis in hoc genus.verſiculo quæro vnum.C.de epiſcopis & clericis.& in l.vnic.C.de confeſſis. Romanus in conſilio quinquageſimonono. Ad diſcutiendum. verſiculo ſecundo principaliter me mouet. & in conſilio 167. Antonius verſicu. Tertiò non obſtat confeſſio. Ad idem adduco gloſſ.in authentic.item poſſeſſor.C.qui potior.in pignor.habe vbi, quòd confeſſus poteſt impugnare id, quod primo loco con-

fessus est, quando contra confessionẽ suam lata est sententia. & ibi, quòd hoc procedit etiam cum eadem persona, sequitur Bart. ibi & idẽ Bart. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. in j. oppos. ff. de inoffi. test. Alex. in l. magistra-
53 tibus. versic. non obstat gl. ff. de iuris. om. iud. ¶ † Aut contra talem confessionem, seu scripturã productam non est iudicatum, sed pro ea sentẽtia dicta est, & tunc sine dubio probat talis scriptura contra producentem: non solùm in fauorẽ partis, contra quam producta est: sed etiã in fauo-
54 rẽ tertij absentis, per suprà dicta. Et si dicatur, † quomodò probauit in fauorẽ aduersarij, qui talẽ scripturã impugnauit? Respõdeo, quòd nõ nocet impugnatio ex quo per iudicẽ non fuit admissa eadẽ ratione qua non nocet cõfessio
55 per sententiã iudicis reprobata. ¶ Sed pũctus † est, pendente iudicio, antè, quã talis cõfessio expressa vel tacita sit reprobata, an interim noceat producẽdi vel cõfitẽti? Breuiter, pars, cõtra quã fit productio, quãdiu impugnat instrumentũ productũ, ex eo se iuuare non põt. l. post legatũ. ff. de iis, quib. vt indig. reg. ex eo. lib. vj. sed si velit pars reuocare suã impugnationẽ, & initio instrumẽto ꝓducto, hoc facere poterit. Bar. in d. l. post legatũ. Alex. in coñ. 112. lib. v. & in cons. 91. lib. vj. Soc. in consi. 158. versic. nec obstat, si dicatur. lib. ij. Corn. in consil. 229. Post redditum consilium. lib. ij. Quod tamen non procederet, si confitens aut producens prius acceptasset impugnationem, & responsionem partis recedẽdo ab eius cõfessione, aut productione. Cor. in consi. 175. circa fi. lib. quarto. Quod tamen intelligerem, nisi impugnans vellet probare, de errore, & haberet probabilem causam impugnandi: quia in facto alieno & scriptura producta non esset authentica. tunc enim putarem admittẽdum ad probationem erroris, non obstãte, quòd confitens aut producens acceptauerit eius impugnatio-
56 nem. ¶ Et licèt † Felin. in c. imputari. versic. septima & vltima declaratio. de fide instrumento. dicat, quòd confessio contentorum in instrumento producto, directè reuocari non põt: quia cõfessio scripta non reuocatur: illud procedit, quãdo quis vellet eã reuocare simpliciter, sine probatione alicuius erroris: sed vbi probatur error, semper põt reuocari, non obstãte, ꝙ confessio sit redacta in scriptis. & etiam, quòd sit iurata: vt latè per Socin. in consilio 97. libro iiij. Dec. in dicto capitulo. cùm venerabilis. ver. tertia

tia cõclusio.de except.Ias.in l.j.in iij.not.C.de errore.calc. ¶Sed quid † in tertio absẽte, an, pẽdẽte iudicio, in quo scri 57
ptura minus solẽnis producta est, poterit se iuuare in alio iudicio, instrumẽto producto cõtra producentẽ? & an producẽs poterit opponere de nõ fide probatoria, nõ obstãte eius productione & dicere, quòd nõdum fuit iudicatũ in causa, in qua produxit? Et ꝙ fieri posset, quòd pronũtiabitur cõtra ipsum instrumẽtum productũ, quo casu productio nõ nocet. Imò nec expressa cõfessio videretur nocere cõfessioni tacitæ resultanti ex productione, antè, quã cõtra eiusmodi instrumentũ productũ pronuntietur. Solùm enim nõ nocet cõfessio expressa, vel etiã tacita, qñ contra eam pronũtiatur. ergo interim antè, quã pronũtietur, stãdum erit cõfessioni, & productioni. & hoc videtur tenere Abb. in d.ca. mulieri. ante finem de iureiur. vbi quòd ante reprobationem nõ licet venire cõtra cõfessionẽ, vt si secundum eam esset pronũtiatũ, & sic pendente iudicio, confessio habeatur pro vera, ac si secundũ eam pronũtiatũ fo
ret. Sed in cõtrariũ † facit: quia quò ad impediendũ inten- 58
tionem partis, idẽ videtur iudicandũ de casu dubio, quod de casu certo: ideò debitũ solutũ pendente conditione, repeti potest, ac si cõditio defecisset. l. sufficit. ff. de condit. in debit. & sic ad impediendũ agentẽ debitũ dubium habetur pro indebito omninò. Similiter pendente dubio, an filius sit in potestate, vel nõ patre existẽte apud hostes, denegatur actio creditori, & obstat Macedonianũ. l.j.§. si pendeat. ff. ad Macedonianũ. Imò ad impediẽdũ actũ, idẽ operatur pendẽtia litis, quod sentẽtia. l. Iulianus. in ij. respon. ff. de condi. indebit. Imola. in consil. 112. Ideò, pendente dubio, an pronuntietur contra instrumentum productum, impediri debet intentio tertij se fundantis in tali productione. ¶Sed aduerte, quòd si in veritate apparet illud instrumentũ esse minus solẽne, & is, cõtra quẽ producitur in alio iudio, ab eo recedat, & reuocet ꝓductionẽ priùs per se factã, putarẽ esse locũ reuocationi, quando instrumentum minus solẽne cõtinet factũ alienum: in quo probabilis cadit ignorãtia. & quòd tũc habeatur perinde, ac si pronuntiatũ esset cõtra tale instrumentũ. quia † habemus cõ- 59
clusionem iuris. Inspiciendum esse, quod euenire potest, quando verissimile est illud euenturum. Bald. in l. fin. §. sed quia. C. communia. de legat. per textũ. in l. si constante. in

prin.ff.solu.matr.quod dictum refert,& sequitur Dec.in l. si idem cum eodem.§. si vna.ff.de iurisdictione omnium iudicum. Sed verisimile est, quòd contra tale instrumentum minùs solenne iudicabitur, ex quo reperitur nõ solenne,& pars illud impugnauit. Idẽ videtur dicendũ, licet tale instrumentũ contineat factũ propriũ ipsius producentis, per tex.in d.c.mulieri. videretur enim absurdũ, quòd producẽs teneatur stare instrumẽto & narratis in eo, quando cõtra illud fuit pronũtiatũ. Est verũ, quòd si veritas ita habeat, prout in ipso instrumẽto cõtinetur, non esset producens tutus in cõscientia venire cõtra veritatẽ, non obstãte tali pronuntiatione cõtra fidẽ instrumenti: prout dicitur
60 in d.c.mulieri. ¶Sed † quæro hic, an producẽs scripturam aliquam, censeatur fateri nõ solũ ea, quæ dispositiuè sunt prolata in ipsa scriptura: sed ea etiã, quæ incidẽter & enũtiatiuè scripta sunt? Bal. in d.c.cùm venerabilis. quòd solũ censetur facere ea, quæ dispositiuè prolata sunt. sequitur Alexand.in consi.16.versic.prætereà etiam scriptura.lib.v. Felin.in d.cap. cùm venerabilis.versicu. limita dupliciter.
61 ¶Sed contrarium, † quòd imò producens censeatur fateri etiam ea, quæ nuntiatiuè in scriptura producta narrãtur, tenet Abb.in consil.52.versic.&.præsertim, vt dixi libro ij. per text.in c.cum olim.de censib. Istam contrarietatẽ inter Bald.Alexan.& Abb.refert Ias.in l.si cui.ij.§.j.in fin.ff. de legat.j. nec aliter determinat more suo solenni. Placet mihi dictum Bald.quod approbant Alexand.& Felin.Nec obstat text.in d.c.cùm olim.de cẽsib.quia respõdeo, quòd
62 ibi agebatur † de probatione finium, in quibus sufficiunt leuiores probationes, in tantũ, quòd illa probatio finium ibi non resultabat ex productione illius instrumenti facientis mentionẽ de finibus diœcesis, adeò quòd nisi Abbas produxisset ipsa instrumenta, illa non probassent contra producentem: imò idẽ præsupponit tex.etiam si illa instrumenta fuissent ab alia parte producta. & ita intelligunt gl. & doct.ibi generaliter, quòd fines probãtur per verba enũtiatiua instrumenti, emissa propter aliud etiã in fauorem producẽtis. Secũdò, respõdeo, quòd verba enuntiatiua in d.c.cùm olim. erant necessaria ad actũ qui aliâs illæ compositiones factæ non essent. Limitatur modò illud dictum Bald.in dicto.cap.cùm venerabilis.duobus modis.Primò, nisi essent verba enuntiatiua ipsius producẽtis: quia cum ipso

ipso negotium gestum esset. dicta l.optimam. C.de contrahẽda,& cõmittenda stipulatione. ita limitat Felinus in dicto capitulo,cùm venerabilis.& latè dictum est suprà in materia verborum enuntiatiuorum , quòd probant inter præsentes,inter quos gestum est negotium. Secundò,limitat Decius in dicto capitulo cùm venerabilis.versi.prædicta conclusio. nisi essent verba enuntiatiua necessaria ad actum ipsius instrumenti: quia etiã illa videtur producens fateri.& hoc modo procedat text.in d.c.cùm olim.de censibus. ¶ Quæro † etiã,an confessio tacita resultans ex pro- 63
ductione instrumenti,possit reuocari:præsupposito,quòd instrumentum productum non fuerit impugnatum? Innocen.in d.c.cùm venerabilis.tenet, quòd non. sequitur Anchara in cons.223.Ad euidentiam pręmitto.facit Calder.in consil.ij. circa medium.in tit.de vsur.vbi , quòd sicut non auditur quis contra confessionem expressam:ita nec contra tacitã,quæ resultat ex eius taciturnitate:per text. in c. literas.de præsumptionibus.& in c.vnic.vt ecclesia.benefi. & in terminis productionis instrumenti, quod reuocari non possit,etiam prætextu erroris:tradit Spec.in tit.de instrument.editio.§.videndum.vers.quid si aliquis. sequitur Felin.in ca.imputari.versic. septima, & vltima declaratio. de fide instrumentorum. ¶ † Sed cõtrarium, quòd imò re- 64
uocari possit talis confessio, pręrextu erroris, probãdo de ipso errore,tenet Bald.in consil.307.Proponitur,quòd notarius.lib.quinto.Guido Papæ quæst.131.& q.403.versi.sed iuxta præmissa quæro vbi tamen Guido Papæ hoc intelligit,quando ageretur de facto alieno,in quo error est probabilis.& hanc opinio. quãdo indirectè quis vellet reprobare instrumentum productum , tenet Felin.in dicto cap. imputari.sed aduerte: quia in exemplo Felin. directè videtur reprobari instrumentum productum ex capite erroris, producendo aliud instrumentũ: per quod appareat primũ malè fuisse productum . Nam in effectu hoc nihil aliud videtur,quã directa erroris probatio. ¶ Sed † aduer- 65
tendum:quia etiam videtur admittenda probatio erroris in facto proprio, quãdo agitur de damno euitando. Bart. in l.non fatetur.ff.de confes.habetur in l.sed & si me puré. ff.de condictione indebita.& in l. error. C.de iuris, & facti ignorantia. Alexander in consilio sexagesimonono.versiculo.Ad idem,quod notat Bald. in libro quinto. Aret.in

consil.13.circa fin.vers.potest etiam dici.& in cons.14.vers. potest ergo dictus Marchio.Soc.in cons.143.Diu.versi.prę tereà fortius. lib.j. & in cons.263. vers.secunda spina lib.ij. Dec.in cons.63.ver.comprobatur ista conclusio. & in consil.402.Ias.in l.si post diuisionem in secundo not. C.de iuris,& facti igno.Curtius iunior in cons.92. vbi idem dicit
66 quando agitur de perdendo lucrum iam quæsitum : quia tunc dicitur tractari de dãno euitando.Hoc tamẽ,† quòd admittatur probatio erroris in facto proprio,quando agitur de damno euitando,videtur intelligendum , quando error esset probabilis. Dec.in l.j.C.de errore calcu.& multò magis admitteretur error in facto proprio,quando tra
67 ctaretur non de præiudicio errantis,sed tertij.Dec.in c.ex parte j.in quarto notab.de offic.deleg.Hanc tamen † conclusionem,quòd in facto proprio toleratur error, quotiés agitur de damno euitando,intellige & limita,vt per Ias. in l.si res.super gl.in verbo,si nesciat.ff.de leg.j. ¶Non obstat modò ratio Specul.in d.tit.de instru.edi.§.videndum. s̃.alleg.in contrarium. super quo est imputandum producenti,qui potuit præuidere:quia respondeo,quòd argumentũ procederet, præsupposita scientia & lata culpa producentis,si sciebat veritatem aliter habere:sed nos loquimur in errore probabili. Præterea, attenta ratione Specul. sequeretur, quod confessio geminata, & iurata reuocari non posset,quasi sit imputandum toties confitenti & iuranti: &
68 tamen cõtrariũ suprà probauimus.¶Amplius † quæro,an is,contra quẽ producitur scriptura minùs solennis, possit eã acceptare in parte,& in parte non: etiã quãdo capitula sunt separata? Corn.in cons.81.ver.& saltẽ videtur stãdum. lib.iiij.quòd nõ:sed ꝙ fieri debet acceptatio in totum, aut in totũ repudiari.allegat.Ang.in l.sumptus.C.de adminis. tut.Contrarium sentit Bar.in l.quædam.§. numularios. ff. de eden.Idem tenet Abb.in c.ij.de fide inst.& consi.36.lib. ij.Roma. in consil.346.Angel.in consi.304. Visa dicta scriptura.Ceminia.in consi.ix.in fin.Guido Papæ in dic.q.503. Ias.in repetitio.d.l.admonendi.versic. quid tenendum.ff. de iureiurand.& ibi Ripa.numero 123. Iason in l. non solùm.§. morte. versiculo hinc infertur notabiliter. ff.de operis noui nuntiatione.vbi Iason rationem adducit: quia, approbatio scripturæ dependet à potestate approbantis seu acceptãtis.Sed certè ista ratio videtur nimiũ generalis: quia

lis:quia ea attenta idem videretur dicendum etiam in capitulis connexis.Idē tenet Aufre.in decisio. Capel.Tolosa. q.491.versi adde,quod si liber.Ad idem adduco Alexan.in consi.186.versi.nec etiam habet obstare, quod dicitur.lib. ij.vbi,quòd approbatio in vno.non trahitur ad diuersa.Ex quibus apparet istam opinionem esse communem & de iure veriorem.Limitatur† nunc ista conclusio,vt non pro- 69
cedat in scriptura alicuius administratoris, putà in libro rationū tutoris:quia si aduersarius velit acceptare in parte,tenebitur stare in toto:& hoc propter vnitatem officij.l. cùm quæritur.ff.de admi tuto.& in istis terminis loquuntur Angel.& Cornæ.suprà in contrarium allegati,& Ange. in d.l.sumptus.expressè dicit,quòd,excepto libro rationū administratoris, in aliis scripturis potest fieri acceptatio in parte tantùm,quando capitula sunt separata.Secundò, limitatur† non procedere,quando aliud videretur iudici, 70
causa cognita,& ex verisimilitudine,ac qualitate personæ scribentis,quod etiam in aliis partibus separatis cōtineat liber veritatem,putà si agatur de modica summa,& scribens sit bonæ famæ.ita Bal.in consi.156.Cùm duæ.lib.iij.& sic secundum Bald.hoc totum videtur residere in arbitrio iudicis.& hoc idem tenet Decius,licèt Bal.non alleget in l.j.C.de eden.& in d.c.ij.versi.successiuè Abb.de fid instru. vbi,ꝙ hoc totum residet in arbitrio iudicis, inspecta qualitate causæ,& personæ. Tertiò† limitatur in scriptura pri- 71
uata facta manu alicuius tertij:quia illa non potest in parte acceptari etiam in capitulis separatis. Ias.in repetit.d.l. admonendi.versi.quid si produco contra te.ff.de iureiur. Sed iuxta† prædicta,quæro de vna quæstione, plus quàm 72
necessaria,& vtili in practica.Dictum est suprà, ꝙ is, contra quem producitur scriptura, potest eam acceptare pro parte tantùm, quando continet plura capitula eademque separata,cū limitationibus tamen memoratis,quid in ipso producente,an possit producere in parte,& parte nō:& sic pro parte solùm approbare:ita ꝙ si instrumentum productum reproducatur contra eum,illud possit impugnare in parte separata?Guido Papæ in dict.quæst.503.tenet,quòd sic.& quòd ita fuit conclusum in camera consilij.allegat doctrinam Bartol.in l.Aurelius.§.idem quæsiit.ff.de liber. legat.idem tenet Felin.in cap.imputari.in fi.de fide instrumentor.Sed dubito plurimùm de isto dicto Guido Papæ:

nam (vt suprà vidimus,) producens instrumentum censetur confiteri omnia, quæ dispositiuè in eo cõtinentur: Nec distinguunt doctores an capitula sint connexa, vel separata: imò loquuntur vniuersaliter, quod censeatur cõfiteri omnia in ipso instrumento contenta. ita Decius alios latè referens in d.c. cùm venerabilis. versic. successiuè Abb. post Inno. de exceptionib. Iason in l. j. §. editiones. ff. de edendo: sed qui vniuersaliter loquitur, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de lega. iij. l. à procuratore. C. mandati. l. omnes. C. sine censu, vel reliq. & † plus est loqui vniuersaliter, quàm generaliter, aut indefinitè. Oldrad. in consil. 268. Quæstio est. circa principium. & in consil. 300. Factum tale est magistro militi. Bartolus. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. legat. Baldus. in consi. 395. Pro domino Dinaldo. lib. ij. Decius. in cõsilio 27. & alibi sæpissimè, & adeò producens instrumẽtum illud censetur approbare, quòd non releuat protestatio, si dicat se illud producere in parte, & passibus facientibus pro ipso producente tantùm: quando aduersarius nõ consensit eiusmodi protestationi: vt per Decium, post alios in dicto capitul. cùm venerabilis. versicu. secundò supradicta conclusio limitatur. Iaso. in dicto §. editiones. ff. de edend. in l. certi condictio. §. si nummos. versicu. ad prædicta adde. ff. si certum petatur. in l. non solùm §. morte. versicul. ij. ad istam regulam adde. ff. de operis noui nuntiatione. & in consilio 27. lib. j. quicquid aliter voluerit Socin. satis leuiter. in consi. 36. lib. iij. Stringo fortiùs istud fundamẽtum contra Guidonem Papæ. nam si non iuuat talis protestatio, cui aduersarius cõtradixit, quid dicemus in casu Guidon. Papæ, in quo nulla proponitur protestatio eiusmodi?

73

74 Secundò dico, quod Guido Papæ nimiùm generaliter † loquitur. Pone enim, quòd instrumentum productum sit authenticum, & fidem faciat: quomodò poterit producẽs illud in aliqua parte impugnare? etiam in alio iudicio, & cum alia persona, nisi illud de falso velit redarguere, vel de errore eius probare: secundum præmissa. Aut instrumentum productum non erat authenticum & in forma probanti: & tunc producens, censetur illud approbare respectu fidei probatoriæ, quò ad omnia, vt suprà diximus allegando Baldum in dicta l. alia. C. de ijs, quibus vt indign.

75 & alios doctores de quibus suprà. Fides † enim scripturæ, est indiuisibilis: quia non potest instrumentum approbare pro

pro parte, & pro parte non. Bartolus & doctores. in l. si ex falsis. in fin. C. de transactionib. Baldus in consil. 405. quæstio. & libr. iiij. Decius. in cap. ad audientiam. versic. ij. ampliatur dicta conclusio. de rescriptis. Itaque videtur concludendum, quod producens aliquod instrumentum minùs solenne, quò ad fidem probatoriam, si illud reproducatur contra producentem, etiam per aliam personam & in alio iudicio, non videtur, quod illud impugnare possit, nisi probando de falsitate, quando ignoranter produxisset, aut de errore: secundum supradicta. Nec obstat doctri. Bar. in d. l. Aurelius. §. idem quæsiit. allegata per Guidonem Papæ: quia respondeo, quòd licèt Bartolus formet quæstionem in instrumento, tamen eius doctrina loquitur respectu scripturæ priuatæ: vt patet ex l. Publia. ff. depositi. quam Bartolus allegat & in hac materia † est differentia 76
inter instrumentum, & scripturam priuatam: quia fides scripturæ priuatæ, dependet à potestate eius, contra quem producitur: quia si velit eam approbare, fidem faciet: aliâs secùs. Ideò cùm talis fides dependeat à potestate approbantis, poterit approbari in parte, & in alia parte separata nō: secùs in instrumento, cuius fides dependet à lege. Istā differentiam ponit Alexan. in l. j. C. vt quæ desunt aduocatis. licèt Alexandrum non alleget in dicto §. morte. versic. hinc infertur notabiliter. ff. de operis noui nuntiatio.

¶ Sed dicet aliquis: ista responsio procedit in eo, qui produceret instrumentum publicum, & solenne quò ad fidem probatoriam: secùs, quando instrumentum esset minus solenne: qui tūc videtur in potestate partis, illud probare: vel non respondeo, quod imò non dependet à potestate partis eius approbatio, si impugnetur ab eo, cōtra quē producitur. Ideò si aduersarius, contra quē producitur illud acceptet, etiam in aliis partibus, tunc ob consensum vtriusque lex dat fidem tali instrumēto, ob id Alex. in d. l. vnic. & Ias. in d. §. morte. cum ministerio loquūtur in scriptura priuata, confecta à parte aduersa: cuius approbatio omninò dependet à potestate producentis. Pars enim, quæ scripsit, & contra quam producitur, non potest cōtradicere eius scripturæ. l. generaliter. & auth. sed. contra, qui propriam. C. de non nume. pecu. Ideò in tali scriptura priuata confecta ab aduersario voluīt Alex. & Ias. ꝙ possit produci ab alia parte, cum illa protestatione in parte, & passibus facientibus

pro ipso producente.& quod iuuet talis protestatio. Iam videmus, ꝙ etiam scriptura priuata non potest acceptari in parte tantũ, quando est facta manu tertij: vt suprà dixi-
78 mus. posito ꝙ idem iuris videatur in instrumẽto † non solenni, ꝙ in scriptura omninò priuata:& sic ꝙ vtrunq; possit produci cum illa protestatione: tamẽ aliud videtur, q̃n simpliciter fit productio sine protestatione: prout in casu Guid. Papæ & ex quo semel scriptura fuit simpliciter & generaliter approbata, non videtur, ꝙ amplius possit reprobari. reg. quod semel placuit. de reg iur. li. vj. & in terminis tradit Bal. in l. vnic. C. de confessis. & in c. cùm dilectus. ver. item recipiunt diuisionem. de consuetudi. Feli. in d. c. cùm venerabilis. vers. quintus, & vltimus casus est. de exceptio. Et si benè consideretur doctrina Bar. in d. §. idem quæsiit. Bar. loquitur in eo, qui statim ab initio aliquid acceptat in parte, & parte non: quia ex postfacto non videtur permissa talis particularis & diuisa acceptatio. Similiter Feli. in d. c. imputari. in fi. loquitur, quãdo ab initio producitur instrumentum cum illa protestatione. Rectiùs tñ ac longiùs altiusque speculanti opinionem meam subiectã esse volo.
79 ¶ Sed quatenus † in præcedentibus conclusum est ex productione instrumenti minus solenni, quò ad fidem probatoriam, illud censeri approbatum, vt fidẽ faciat cõtra producentem, modò illud nõ fuerit per iudicem impugnatũ, aut reiectum: in contrarium adduco Alex. in consi. 124. lib. vij. vbi, ꝙ producens instrumentũ, non videtur fateri contenta in eo esse vera, nisi quatenus ipsum instrumentum probat. Ideò si instrumentum non probat, quia nõ habeat, nisi subscriptionẽ vnius notarij, cùm duo fuerint rogati, non nocet talis productio, nec censetur producens cõfiteri contenta in ipso instrumento esse vera. allegat Bar. in d. l. post legatum. ff. de ijs, quibus vt indignis. Sed respõdeo,
80 ꝙ Barto. ibi † loquitur, ꝙ non nocet confessio resultans ex productione quominus possit producens falsum dicere, & sic apertè vult ibi Bartol. ꝙ noceat productio, nisi probetur de falsitate, aut errore contentorũ in ipso instrumẽto. Ex quo apparet, ꝙ Alex. nimium generaliter voluit extendere & intelligere dictum Bar. contrariando his, quę dixit idem Alex. in d. consi. 184. ver. & posito, quòd etiam aliquo modo. libro vij. vbi secutus est Bal. in dicta l. alia. C. de ijs,
81 quibus vt indignis. ¶ Aduertendum † tamen in præmissis, quòd

quòd si quis producat appellationẽ partis, quatenus facit pro producente, non tenetur recipere cõtra se verba narratiua partis aut notarij: secùs in verbis narratiuis ipsius producẽtis, in quib. nihil releuat illa protestatio. Rot. deci. 282. licèt quis. in Nouis. ¶ Rursus † aduertendum, ꝙ cõclu- 82
sio suprà firmata, ꝙ illa ꝓtestatio: produco in parte & passibus pro me tm̃ facientibus, nõ iuuat, qñ aduersarius nõ cõsentit tali protestationi. nõ ita generaliter & simpliciter debet intelligi in omnibus instrumẽtis: sed in illis tm̃, quę vel sunt cõia, aut quæ pars tenetur producere: puta q̃a in libello actoris fuerũt narrata. ita Alex. in d. l. j. ver. pro hoc facit. quia protestatio. C. vt quæ desunt aduoca. par. iudex sup. & in d. cõsi. 124. ante fi. Ideò infertur, † ꝙ si quis produ- 83
cit instrumentum non cõfectum cùm ipso producẽte, sed ad petitionẽ alterius, ita ꝙ illud non sit cõmune inter partes, nec agens aut excipiẽs teneatur illud producere, poterit tale instrumẽtum produci cum illa protestatione: non obstante cõtradictione aduersarij Alex. in d. consi. 124. ante fi. lib. vij. ¶ Sed dum † Alex. vult non iuuare taleẽ protesta- 84
tionem, qñ esset instrumentum confectũ cum ipso producente, de hoc dubitat Fel. in d. c. cùm venerabilis. versi. primus est. de exceptio. & sic videtur velle Feli. ꝙ tale instrumentum proprium possit produci in parte, & pro parte reprobari. Quod etiam expressè firmat Fel. in c. imputari. in fi. de fide instr. dicens ita esse communem opinionem. Sed quomodò poterit producens contrauenire facto suo proprio, nisi probetur error, eo casu, quo suprà diximus, tollerabilem esse errorem in facto proprio, & in libro proprio producentis, quod non iuuet talis protestatio, tradit Paul. de Cast. in cõsi. 331. In causa Siluestri. lib. j. ¶ Præmissa † etiã 85
conclusio, ꝙ protestatio nõ iuuat producentem, qñ aduersarius non cõsentit protestationi, nõ procedit in actis, quę possunt produci cum illa protestatione: secundũ Calca. in consi. viij. Sed certè in actis cõtrarium volunt doct. ꝙ produci non possint cum illa protestatione: vt per Feli. in d. ca. cùm venerabilis. versi. quartus casus acta † dicuntur com- 86
munia: vt habetur in d. l. j. §. editiones. ff. de eden. Sed in iuribus communibus non releuat illa protestatio, vt suprà diximus. ¶ Non † procedit etiã pręmissa conclusio, qñ pro- 87
ducenti imputari non potest, cur non præuiderit, q̃d produceret: puta q̃a propter angustiam tẽporis, coactus fue-

rit producere iura sua, quę haberet in sacculo. nā tunc potest producere cū illa protestatione, quatenus faciunt pro
88 producente. Feli. in d. c. imputari. in fi. de fide instru. ¶ † Sed quæro circa præmissa, Aliquis produxit rescriptum, quod aduersarius impugnauit de subreptione, allegando tacitā fuisse veritatem, nec fuisse expressa exprimenda, an tunc productio præiudicet producenti, vt nō obstante tali subreptione censeatur confiteri contenta in rescripto esse vera? Dic, ꝙ sic: quia diuersa sunt narrata in rescripto ab his, quæ in eo dicuntur esse tacita. Ideò stant simul, quod impetrans aliqua tacuerit, & tñ, ꝙ narrata & expressa sint vera. & quia impugnans rescriptū ex capite taciturnitatis veri, non dicitur impugnare narrata & expressa in ipso rescripto. & ita in terminis quæstionis nostræ tenet Io. And. in c. cùm in positionibus. de iureiur. lib. vj. Sequitur Abb. in cōsil. 38. lib. ij. Ias. in consi. 116. lib. ij.

ARGVMENTVM.

Reuocare cōsilium, & pœnitere an liceat, scriptura iam producta: testibus productis: iuramentoque illis delato. Tum, ne adhibitis & excussis in iudicio licitum sit addere, & detrahere.

SVMMARIVM.

1 *Scripturam aliquam producens an poßit eam reuocare, pœnitentia ductus.*

2 *Testes semel producti, an poßint reuocari.*

3 *Instrumento producto rogatu cuiuspiam sapiētis, an poßit quid inde adijci, aut detrahere ab ipso sapiente.*

4 *Instrumētū nō dicitur productū, quod in iudicio solū allegatur.*

5 *Instrumentum allegans, aut illud narrans, an & quibus casibus teneatur illud edere.*

6 *Instrumentorum productioni termino dato, intra terminū sufficit fieri productionem verbalem: realem post terminum.*

7 *Statutum loquens de instrumēti productione quomodò accipiendum. & nu. 8.*

9 *Verba non sufficiunt, vbi est facto opus.*

10 *Instrumentū non dicitur productū in iudicio realiter, nisi copia parti concedatur, à qua si denegetur, illud nō probat. Et quid de mandato. nu. 11.*

12 *Instrumenti productione facta tantùm ad informandum iudicis animum, non iure debet eius copia parti tradi.*

13 *Testes deponentes solùm de credulitate, producens, an censeatur eorum*

eorum dicta approbare quò ad plenam fidem.

14 Testes producens, deponentes aliquid acta seipsum, non solùm de credulitate, sed etiam de scientia & affirmatiuè, potest ne eas reprobare, adhibita in contrarium probatione: modò id ignoranter is fecerit.

15 Testes nominans, an videatur eo ipso, illos approbare.

16 Iura & acta an sufficit simul & in genere produci: an verò sint omnia specificè producenda. & nu. 17. 18.

19 Procuratoris comparitio generalis, pro omnibus meis causis coram vobis pendentibus, valet, & nu. 21.

20 Iurium quando dicatur incerta productio.

22 Expressum & certum quid etiā dicitur, per relationē ad aliud.

23 Scriptura priuata, approbata dicitur, parte, cōtra quam producitur, nihil opponente. & nu. 24.

25 Tacens in iudicio habetur pro consentiente.

26 Procurator producens instrumentū mādati minus legitimi, pars nihil opponens, censetur illud approbare. Quid de testimonio patris pro filio, aut econtra. nu. 27. Quid de testimonio fratris pro fratre vxoris, pro marito. nu. 28.

29 Tacens in iudicio, & non opponens contra partis protestationem, censetur illi protestationi consentire.

30 Solennitas extrinseca præsumitur interuenisse in actu, quando defectus solennitatis non fuit à parte allegatus.

31 Taciturnitas plus operatur interdum in iudicio, quàm consensus.

32 Scripturam minus solennem eum approbare, qui contra nihil opponit, quomodò accipiendum. nu. 33.

34 Fæmina, est quid varium & semper mutabile, laborans contra commoda propria.

35 Testes masculi præferuntur fæminis, cæteris paribus.

36 Testium integritas & probata opinio an sit probanda: vel à iure præsumatur. & nu. 37.

38 Testis qualitas, nempe grauitatis, aut peritiæ summæ, probanda: & nu. 39.

40 Statutum si requirit bonam fidem in teste, illa probari debet.

41 Bonæ fidei probatio vnde colligatur.

42 Scriptura quæ requirit trium testiū & partium subscriptionē si pars cuius subscriptio requirebatur, non fuerit adhibita, tantùm totum ipsa scripserit, an sufficiat & nu. 43.

44 Scriptura requirens partium subscriptionem an contenta sit earum sigillo, loco subscriptionis.

45 Sigillum ſubſcribentis non ſufficit, quādo requiritur ſubſcriptio de ſolennitate & pro forma.

46 Sigillum quibus caſibus ſufficiat loco ſubſcriptionis, ad arguendum conſenſum an neceſſario debeat cōſtare eſſe eius, vel mandato eius, cuius nomine fuit appoſitum.

47 Sigillans an teneatur atteſtari ſe illud ſigillum appoſuiſſe, & nu. 48. 49.

50 Scriptura ſcripta aut ſubſcripta à partibus, & tribus teſtibus, an per ſe fidem faciat, ſine recognitione ipſorum teſtium.

51 Teſtium vno ex tribus ſubſcriptis, mortuo, an reliqui duo recognoſcentes ſuam & mortui ſubſcriptionem, ſufficiant, & nume. 52. & 53.

54 Scriptura probat, ſubſcriptis teſtibus mortuis, modò facta literarum comparatione.

55 Probatio an plena inducatur ex ſubſcriptione teſtium, & partium, eis etiam mortuis, & nu. 56.

57 Scriptura habens partium ſubſcriptionē, & vnius teſtis tantū: & probata per comparationem literarum, etiam reſpectu ſubſcriptionis illius teſtis, an quid illa probabit.

58 Scriptura an etiam debeat eſſe confirmata ſubſcriptione triū teſtium, quando agitur contra ipſum debitorem principalē, qui negat illam ſcripturam eſſe ſuam: an verò, quando agitur contra tertium tantum.

59 Teſtium ſubſcriptorū in ſcriptura, qualis recognitio eſſe debeat.

60 Teſtium ſubſcriptorum debet eſſe nimis generalis & incerta recognitio.

61 Teſtes recognoſcentes ſuam ſubſcriptionem, debent etiam recognoſcere ſubſcriptiones ſociorum.

62 Partis, de cuius præiudicio agitur, ſubſcriptio tantùm, ſufficit in caſu l. ſcripturas. Limita 1. nu. 63.

64 Literarum comparatio in priuatis ſcripturis probat: excepta apocha.

65 L. Comparationes, an ſit correctæ in epiſtola, & alijs ſcripturis priuatis. & nu. 67.

66 Apocha datur creditori à debitore: & remanet penes creditorem.

68 Epiſtola à parte ad partem trāſmiſſa, fidem ſibi facit per ſolam comparationem.

69 Scriptura priuata excepta apocha, probata per comparationem literarum, an fidem faciat contra tertium, licèt non habeat partium ſubſcriptionem & teſtium.

Scriptu-

70 Scriptura priuata, adiuta comparatione literarum, non probat, etiam semiplenè, contra tertium.
71 Testium confeßio asseuerantium se vidisse talem scripturã fieri, an fidem faciat, non adiuta literarum comparatione.
72 Literarum sola comparatio, an, & quando plenè probet.
73 Pactum & conuentio partium, quòd ex sola literarum comparatione, fides detur apochæ, modò de tali cõuentione legitimè appareat, an valeat.
74 Scripturarum comparatio quomodò, & qualiter facienda sit.
75 Scriptura, quam testes dicunt debitorem coram se cõfessum esse scriptam à tertio de partiũ voluntate se tamen non fuisse præsentes talis scripturæ, an probet.
76 Testium sola recognitio, an probet in apocha.
77 Scriptura tertij facta vtraque parte mandante, an plenè probet & an necessaria sit partium subscriptio. nu. 78.
79 Scripturæ probatio quando fit ex recognitione testium, & comparatione literarum, an sit etiam necessaria literarũ comparatio, etiam quo ad subscriptiones ipsorum testium.
80 Scriptura facta manu creditoris, subscripta tribus testibus, sine alia subscriptione debitoris an fidem faciat, cõcurrentibus recognitione testium & comparatione literarum, dist. nu. 81.
82 Debitum satis plenè probatur ex confeßione debitoris, recognoscentis suam scripturam.
83 Falsitas allegari non potest contra propriam confeßionem.

QVÆRITVR † etiã in hac materia, an producens aliquã scripturã, possit talem productionẽ reuocare, & pœnitere, videns, quod facit cõtra producentem? Dic quòd non. Spe. in titu. de instrumen. editio. §. videndũ restat. versi. quid si aliquis produxit. sequitur Guido Papæ q. 131. in fin. & q. 243. vbi, quòd ita seruatur de consuetudine: licèt in contrarium de iure teneat Azo, secundum eum. Addo Roma. in consil. 433. vbi latè probat non esse locum reuocationi & pœnitẽtiæ post instrumentum productum: non tamen allegat Spe. vbi suprà. Istud tamen intelligerem, nisi producens diceret se erroneè produxisse, & errorẽ probare: per ea, quæ supra dixi, quicquid aliter dicat Spec. in d. §. videndum. ¶ Sed quid † in productione testiũ: an possit reuocari, puta produxit quis testes, quibus delatum est iuramentum, modò producens non vult talibus testib. ampliùs vti, nec vult eos exa-

minari facere. Aduersarius autẽ vult, ꝙ examinentur. An poterit producens pœnitere? Dic ꝙ non: sed debent testes producti examinari. Inn. & doct. in c. pręsentium. de testib. sequitur Are. in cõsil. 140. factum sic proponitur. vbi idem fortiùs dicit, quãdo testes iam essent examinati. ¶ Quæro
3 † etiam, notarius fuit rogatus de instrumento conficiẽdo ad consilium sapientis, modò instrumẽtum fuit productũ in iudicio, an post talem productionẽ poterit sapiens aliquid illi addere, aut detrahere? Dic ꝙ non: quando simpliciter fuit productum, sine aliqua reseruatione sapientis. Ita. Pau. de Cast. in consi. 415. Viso, & examinato dicto pun-
4 cto. in vlt. dubio. lib. ij. ¶ Vlteriùs † quæro, an ea, quæ in pręcedentibus sunt, circa productionem instrumenti, aut alteriùs scripturæ, locum habeant in productione reali, vel verbali tantum: quando quis verbo tantùm instrumẽtum producit? dic ꝙ procedunt in reali productione tantùm: quia non dicitur productum instrumẽtum, quod in iudicio solùm allegatur. Ita Bald. in consi. 110. Decreto domini. circa fi. lib. j. & sic qui verbo tãtùm instrumentũ produxit, illud allegãdo poterit pœnitere. & ab eius reali productio-
5 ne abstinere. ¶ † Sed tamen aduertendum, ꝙ licèt quis instrumentum realiter non produxerit, sed verbo tantũ allegauerit, non tamen per hoc videtur locus pœnitẽtiæ. Imò allegans instrumentum, aut illud narrans in multis casib. tenetur illud edere: iuxta ea, quæ habentur in l. j. §. edẽda. ff. de eden. & latissimè per Moder. in c. j. extra de proba. Est verùm, ꝙ per solam ostensionem instrumenti factã iudici, non tenetur ostendens, illud exhibere. Abb. in c. imputari.
6 in secundo nota. de fide instru. ¶ Aduerte † tamen ad vnum effectum istius productionis verbalis: quia si ex forma statuti terminus datur productioni instrumẽtorum, satis videtur, ꝙ intra terminum fiat productio verbalis, & realis fieri poterit post terminum. Ita Pau. de Cast. in consil. 247. In causa quæ vertitur Saona. lib. j. Sed contrarium, & me-
7 liùs decidit Rot. decisione 815. in Antiquis. Statutũ † enim loquens de productione debet intelligi de productione reali & cum effectu. l. iij. §. j. ff. quod quisque iuris. l. penultima. §. docere. ff. ne quis eum, qui. l. iij. ff. de testamen. milita. l. ij. in fin. C. commu. delega. cap. relatum. de cleric. non resid. mens enim legum est non disputare verbaliter, sed determinare realiter & in effectu: aliàs de facili fieret fraus

fraus legi. Bald. in rubr. ff. de rerum diuisione. circa finem,
quod dictum pro egregio commendat Ias. in consil. 199. li-
bro ij. sed magis in terminis facit, quod scribit Roman. in
consi. 76. In causa nobilis viri. versic. præterea. non obstat,
ꝙ dicitur, vbi, stante statuto, quòd † contra instrumentum 8
guarentigiæ debeat opponi intra quindecim dies, intelli-
gitur statutum, quòd etiam oppositio probetur intra illos
quindecim dies. allegat Bar. in l. si is, à quo. ff. vt in possess.
lega. & sic intelligi debet statutum de oppositione reali, &
effectuali: quæ probetur intra illum terminum, nō de ver-
bali, ꝙ sufficiat verbaliter opponere intra terminum: licèt
probatio fiat post terminum. Nec obstat, quod dicit Paul.
satis esse, ꝙ testes iurent in termino: licèt deponāt post ter-
minum. Quia ratio est: quia examinatio, & depositio te-
stium, refertur, & retrò trahitur ad tempus iuramenti, &
sic cēsetur facta in termino. Quæ ratio cessat in productio
ne reali facta post terminum: quia illa nō potest referri ad
tempus productionis verbalis: cùm talis productio verba-
lis, nihil sit: quia † vbi opus est facto, verba non sufficiunt. l. 9
domicilium. ff. ad munic. l. alimenta. C. de nego. gest. l. acce-
ptam. C. de vsur. l. fi. C. de vsu. pupil. c. j. de eo, qui mit. in pos.
Sed vbi testes iurant in termino, ibi interuenit factum. ob
id Pau. arguit ex diuersis, & separatis in ratione. ¶ Aduer-
tendum † hîc tamen est, ꝙ non sufficit instrumentum reali- 10
ter in iudicio produci, nisi eius copia parti concedatur: a-
liâs productū dici nō potest, si copia à parte denegetur: cō-
sequenter tale instrumētū nō probat. l. fi. vbi Sal. C. de fid.
instr. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. de plano.
refert Rip. in l. quod te. ff. si cer. pe. Addo Ro. in cōsi. 156. Ho-
norande domine. ver. quarto præmitto. & in cōsil. 519. Soci.
in cōsi. 105. li. iiij. Idem si producens instrumentū illud sta-
tim reportat: quia non probat. Spe. in titu. de instru. edit. §.
videndum. & ibi Io. And. Corne. in consi. 57. libr. iij. & quod
scribit Aret. in cōsi. 100. Clarissimè. vbi ꝙ non † dicitur man- 11
datum productum, nisi illud registretur in actis: licèt appa-
reat in actis illud fuisse productum. sequitur Curt. Senior
in consi. 77. Super motiuis. ¶ Præmissa † tamen non proce- 12
dunt in productione simplici, quæ non fit ad effectū pro-
bationis, sed tm̄ pro informatione animi iudicis, puta ad
tollendum aliquam suspicionē, quā iudex fortè cōtra pro
ducentē cōcipere poterat. In tali enim productione nō re-

quiritur, ꝙ parti detur copia. Bal. in l. si qñ. q. vlt. C. de testi. Roma. in d. consi. 519. in princ. Guid. Papæ quæst. 241. Idem, quando fit productio ad effectũ, ne transeat tẽpus præfixũ à statuto ad producẽdum: quia talis productio fieri potest etiam parte non citata: vt per Ias. in l. j. circa fin. C quand.
13 lib. prin. datus. ¶ Sed quæro † vlterius: Aliquis produxit depositiones testium, qui solùm deposuerunt de credulitate eorum, an censeatur approbare eorum dicta, quò ad plenã fidem? Roma. in cõsi. 104. Pater reuerende. in fi. dixit, ꝙ sic, quod dictum pro singulari refert, & sequitur Ias. in consil. 57. lib. j. ¶ Sed aduerte: quia istud nõ videtur ita simpliciter
14 intelligendum: † vbi enim producit quis testes nondũ publicatos, quorum dicta ignorat, licèt censeatur approbare eorum personas: non tñ censetur approbare eorum dicta. Ideò si testes producentis essent contrarij, statur testibus melioribus. & potest aliquorum dicta approbare, & aliorũ reprobare. Ita Bal. in c. in nostra. versic. tertius articulus. de testib. tradit idem Bal. in l. bonæ fidei. C. de reb. credi. Sequitur Alex. in consi. 66. versi. Item non obstat, si diceretur. lib. j. Ideò si testes producentis aliquid deponerent contra eũ, non solùm de credulitate, sed etiam de scientia, & affirmatiuè posset producẽs reprobare talia dicta probãdo de contrario, quando ignorans talia dicta produxisset. Secùs, si scienter quis produceret dicta testiũ, puta post publicationem. Fel. in d. c. imputari. versi. quarta declaratio. de fide instru. vbi, ꝙ tunc æquiparantur productio attestationũ &
15 instrumentorum. ¶ Nec illud omitto, † ꝙ producẽs testes, adeò censetur eorum personas approbare: ꝙ non potest contra eos opponere, si ab altera parte producantur, licèt non fecerit eos iurare, nec examinare: quia eo ipso, ꝙ nominauit, videtur approbasse. Bald. in l. j. §. bestias. ff. de postul. cum simi. vt per Curti. Seniorem. in cõsi. 56. ¶ Hic etiã
16 † quęritur in materia productionis, an sufficiat productio generalis: puta produco iura mea, vel documẽta mea. Dic ꝙ non, nisi talis generalitas certificetur per relationem ad aliud: puta produco iura, quæ in sacculo habeo: vt per doctо. in d. c. imputari. de fide instru. Dec. in c. pastoralis. versi. & quod dictum est de exceptione generali. de exce. Quod tamen non procederet, quando talis productio fieret cum protestatione, quatenùs faciunt iura pro producẽte: quia tunc videtur productio incerta. fm Anto. in d. c. imputari.

Calca. in

Calca.in d.consi.viij.Ias.in l.Titiæ textores.versi.iij.adde. ff.de leg.j.¶Cōtrarium s,† quòd nō valeat talis productio 17
generalis iurium,quæ quis habet in sacculo: licèt simplici ter fiat sine illa protestatione,quando aduersarius contra quem fit productio,opponi de generalitate;tenet Barb.in consi.viij.in vltimo dubio.lib.j.Ad quem se remittit Deci. in l.ij.C.de edend.Idem voluit Bertach.in prima parte sui repertorij,in verbo:acta.vers.lxxvij.vbi,quòd non sufficit producere acta simul in filza & in genere: sed omnia sunt specificè producenda:allegat Barto.in l.naturaliter.§.nihil commune.versi.ij.quæro,vtrùm in casibus.ibi: sit tamen cautus.ff.de acqui.pos.Alex.in d.l.ij.in fin.C.de eden.Idem tenet Stepha. Aufrerius in decisionibus Capel.Tolosa.q. clxxxviij. vbi,quòd non sufficit processum in genere producere,nisi acta specificentur.Allegat Bar.in d.§.nihil cō- mune.Addo Specu.in d.tit.de instrumen.edi.§.videndum. versi.quid ergo.vbi, ꝙ non valet productio quatuor, aut quinque instrumentorum,nisi illa specificentur:quia non potest dici fuisse producta magis ista, quam illa.quod dictum sequitur Cor.in consi.xiiij.ad fi.lib.ij.¶Sed puto pri-
mam† opi.veriorem,quòd sufficiat productio generalis iu 18
rium,quæ quis habet in sacculo:modò simpliciter fiat,& sine illa protestatione,quatenus faciunt pro producente. Quam opi.tenet Ant.in d.c.imputari.sequitur Feli.ibi post Abb.& Imo.per eum allegatos,sequitur etiam Calca.in d.
consi.viij.Decius.in d.c.pastoralis.de exceptio. Et† confir- 19
matur ista opi.ex dicto Bar.in l.accipientis.ff.de aucto.tu- to.vbi,quòd valet cōparitio generalis procuratoris: compareo pro omnibus meis causis coram vobis pēdentibus: quia non dicitur incerta talis comparitio: cum certificetur per relationem ad aliud,id est,causas pendentes.Eodē modo non dicitur incerta productio,quando certificatur per relationem ad iura,quæ sunt in sacculo. Esset autem
† incerta productio, quando quis non produceret omnia 20
iura existentia in sacculo:sed ea tantùm, quæ faciunt pro
producente. ¶Nec † procedit responsio Barba.ad dictum 21
Bar.in d.l.accipientis.quod in casu Barto.comparitio non est incerta;quia illa r sio cōfundit dictū Barb.cùm etiam in productione iuriū,quæ sunt in sacculo,nulla sit incertitudo:imò eadē & tanta certitudo, quæ est in cōparitione procuratoris per relationē ad aliud.¶Non obst.quod dicit

Berta.in d.verbo acta.quia respondeo, ꝙ Bart.& Alex.per eũ allegati nihil dicunt de eo,ad quod allegãtur per ipsum Bertachinum.Solùm enim dicunt necessariã esse reproductionem actorum in alio iudicio,Sed quod reproduci debeant in specie,& ꝙ non sufficiat productio generalis,quę tamen certificetur per relationẽ ad aliud,hoc non dicunt. Sic etiam malè allegatur Bar.per Aufrerium,qui fidẽ Bertachi.simpliciter secutus est.Aliter etiam rñdeo,ꝙ satis in specie dicitur fieri productio, quando illa specificatur &
22 certificatur per relationem ad aliud.Expressum † enim & certum quid dicitur,per relationem ad aliud.l.prætor ait. §.si iudex.& l.in summa.§.j.ff.de re iudi.l.pe.C.de sen.quæ sine certa quãti.pro.Domi.in cap.prætereà.in tertio nota. 23.dict.& per moder.in d.§.si iudex. ¶Nonobstat dictum Spe.in d.tit.de instrum.editio.§.vidẽdum.versi.quid ergo. quia respondeo, ꝙ in quæstione Speculatoris, productio erat omninò generalis,& incerta: non specificatis instrumentis per se,nec per relationem ad aliud:adeò ꝙ sciri nõ poterat,quæ essent illa quatuor aut quinque instrumenta producta.Ideò si producens diceret:produco quatuor,aut quinque instrumenta, quæ teneo præ manibus, vel quæ apud notorium actorũ relinquo:vel quæ sunt in hoc sacculo,sine dubio putarem non procedere dictum Speculat.
23 ¶Visum est† in præcedentibus & circa hanc secundã limitationem,ꝙ scriptura priuata fidem facit, quando est approbata à parte expresse vel tacitè producendo eam.Sed nũquid dicatur approbari scriptura priuata,ex eo,ꝙ pars contra,quam producitur,nihil opponit contra eam.Bald. in l.fi.in secunda oppo.C.si cer.peta.ꝙ non:contrà Ioan.de Aret. Sed idem Bald.in l.si ex cautione.in quarta quæstio. C.de non nume.pecu.ꝙ vbi producitur scriptura cõtinens confessionem rei,quòd nisi reus illam neget,aut contra eã opponat,censetur illam approbare: adeò quòd confessioni suæ contrauenire non poterit.Ista duo dicta Bald.malè conuenientia citat Alexã.in apostil.ad Bart.in l.quo enim. § j.ff.rem ratam haber.dicens esse bene not.nec aliter sol-
24 uit difficultatem. ¶Quid tenendum? mihi magis † placet opin.Iacobi de Aret.quod censeatur approbata scriptura priuata,non opponendo,quam opin.tenet Anton.de Butr. post Hostien.in cap.quoniam contra.de proba.refert & sequitur Alex.in consil 185.in fi.lib.vj.Bertach.in tertia parte

sui

sui repertorij.in verbo:scriptura.el.j.versic.137. & pro hac
opinione facit Guido Papæ.q.221.& q.404.vbi, ꝙ exem-
plum instrumenti minus solenniter sumptum,fidem facit,
parte non opponente.est verum ꝙ loquitur Guid.Papę de
stylo curiæ parlaměti.Sed idem puto de rigore iuris:quia
†tacens in iudicio,habetur pro consentiěte.c.ij.de app.li. 25
vj.Bar.in l.vnic.C.de relatio.Veronensis cautela.67.Est du-
bium.Dec.in d.c.quoniam contra.vers.& prædicta cōclu-
sio.& in c.intimasti.de appel.¶ Et si† dicatur,præmissa pro 26
cedunt in actu iudicis,cui partes tacendo,& nō opponědo
censentur acquiescere:sed nos loquimur in actu:q̃a actus
iudicis contra quem non opponitur,transit in rě iudicatã.
respondeo ꝙ idem videtur in actu partis.Nam videmus,ꝙ
si falsus procurator producit instrumentũ mandati minus
legitimi,& pars non opponat,censetur mandatũ approba
re.Bar.& doct.in l.licèt.vbi Ias.in tertia fallentia,C.de pro-
cu.¶ Similiter† pater non potest esse testis pro filio,nec e- 27
contrà.l.parentes.vbi gl.& doct.C.de testib.& tamě si pars
non opponat,admittitur testimoniũ patris pro filio.Bart.
in l.qui testamento.§.quæcunque.ff.de testam.refert & se-
quitur Dec.in l.qui iurisdictioni.ad fi.de iur.om.iudi.Idem
†in testimonio fratris pro fratre & vxoris,pro marito: ꝙ 28
admittitur parte non opponente.Spe.in tit.de teste.§.j.ver.
quid ergo si aduersarius. sequitur Rip.in l.iiij.§.hoc autě
iudicium.ff.de dam.infe.Aufrerius in decisio.Tolos.q.iiij.
¶ Similiter† tacens in iudicio,& non opponens,cōtra pro- 29
testationě partis,censetur ipsi protestationi cōsentire.gl.
in l.si fideiussor.in prin.in verbo:recusare.ff.q satisda.cog.
Bal.in cōsi.318.Practica ciuitatis.lib.j.Præposi.in c.sollici-
tudinem.in sexta fallentia.de appell. ¶ Similiter solennitas
extrinseca† præsumitur interuenisse in actu,quando defe- 30
ctus ipsius solennitatis non fuit à parte allegatus.Cōpost.
in cap.cùm dilectus.de consue. Mathesilan. nota.xiij.An-
to.& Imo.in cap.sicut.de re iudi.refert,& sequitur Soci.in
consil.270.versicu.& hoc maximè.libr.ij.Eodem modo di-
cendum est,quòd præsumatur veritas scripturæ priuatæ:
id est,quòd in veritate gestum sit negotium, prout in ta-
li scriptura continetur,postquam pars non opposuit. Pro
hoc,quod scribit collegium doctor.Bononiæ inter consil.
Curtij senioris, in consilio quinto. versicul. quarto. quia
vbi,quòd agens,vt agnatus debet obtinere, licèt non pro-

bet se agnatum, quando nõ fuit in specie oppositum.& sic fortius vult, quòd nõ sufficiat oppositio generalis: de quo tamen dubitarem stante oppositione generali. Est verum, quòd contra doct. Bononiæ videtur decisio Cardi. in cõsi. lxxij. quem sequitur Deci. in consi. lxj. post prin. ¶ Imò for-
31 tius, † quandoque operatur taciturnitas in iudicio, quàm consensus expressus. Patet: q̃a substãtialia iudicij, expressè remitti non possunt: & tamen remittuntur tacitè, nõ opponendo. & per Decium. in l. vinum. ff. si cert. pet. Iam videmus generaliter, quòd non opponens in iudicio ius sibi competens, illi censetur renũtiare. c. super literis. de rescri. c. cùm olim. j. de offi. deleg. quæ duo iura ad hoc citat Præpositus. in cap. si duobus. de appel chart. 14. tradit Calca. in consi. xvj. Deci. in l. si per errorem. versic. quintò fallit. ff. de
32 iurisdi. om. iudi ¶ Hanc † tamen opi. ꝙ non opponens contra scripturam minùs solennem censetur eam approbare, intelligo, quando quis non opponeret expresè nec tacitè ipso facto: secùs, si facto opponeret: putà petẽdo se absolui à petitis partis, vel ꝙ conclusa per partẽ fieri non debent. Nam satis videtur opponere cõtra producta per partem. si enim approbare vellet, nõ posset ita petere: quia stãte veritate scripturæ productæ deberet cõdemnari, nõ absolui. l. Paulus rñdet non tantùm verbis. ff. rem rat. hab. cũ simili. Ex præmissis locupletem abundè habes hanc secũdam limitationem, ꝙ scriptura priuata fidem facit, quando fuit approbata à parte expresè vel tacitè eam producẽdo, aut
33 contra eam nihil opponendo. Tertiò † limitatur memorata cõclusio, nisi talis scriptura sit signata aut subscripta à partibus, & tribus testibus integrę & probatæ opinionis.
34 l. scripturas. in fi. C. qui potior. in pigno. hab. Sed † ad intelligentiã istius tertiæ limitationis, de pluribus quæro. & primũ, in casu d. l. scripturas. an sufficiat subscriptio triũ testiũ fœminarum. Bal. ibi tenet, ꝙ non: quia tex. requirit subscriptionem virorum. sequitur Dec. in c. qm̃ ver. secunda conclusio. de testib. & in c. ij. de fide instru. vbi, quod opin. Bal. communiter approbatur. Idem tenet Socin. in consil. 274. versi postremo dico. lib. ij. Ias. in l. si quis id, quod. in decima limitatione. ff. de iurisdi. om. iudi. quicquid in contrarium arguat idem Iaso. in l. j. ff. de legibus, vbi ꝙ verbum virorum, videtur appositum gratia frequẽtioris vsus: non quòd per hoc censeantur exclusæ mulieres. Quod tamen
fuit at

fuit argumentum Alexan.in l.j.ff. de verb.signi.in apostil. ad Bar.quem Iaso.subticuit.sed Alexã.sequitur Bertachi. in repertorio, in verbo, subscriptio. versi.34. Sed respondeo, quòd imò text.ibi nõ loquitur de viris, gratia frequẽtioris vsus, sed cum ministerio: quia in dubio verba debẽt censeri apposita cum ministerio alicuius operationis. l. si quãdo.ff.de lega.j.l.j.in princip.& ibi nota. ff. quod met. caus.l.j.in fina.cum ibi nota.ff.ad municipalem. ¶ Rursus, † quãdo lex non cõstituit differẽtiã inter masculos,& fœminas in testimoniis ferendis, loquitur impersonaliter de 35
testibus, quod est verbũ cõmune tàm masculis, quàm fœminis. Cùm igitur d.l.scripturas. loquatur de tribus testibus viris, apertè videtur excludere fœminas.l.cùm prætor. in princip.ff.de iudi.l.maritus.C.de procurator ¶ Tertiò, ꝙ † illa l.scripturas.cum ministerio loquatur de viris, & sic de masculis, euidẽter probatur: quia vult ꝙ illi tres testes 36
sint probatæ,& integræ opinionis: quæ integritas haud ita facilè in mulieribus inuenitur. quia varium semper & mutabile genus fœmina.c.forus.circa fin.de verb.sig.& ꝙ in muliere nõ cadat integritas intellectus, videtur text.in l.j.in fi.ff.qui petãt tuto. Ad idẽ tex.in l.j.§.fi.ff.de edẽd.vbi mulier,& minor æquiparãtur. Ad idẽ facit, ꝙ mulier sæpè laborat cõtra propria cõmoda.l.iiij.in fi.C.de sponsa.quãtò magis poterit laborare contra cõmoda aliena? Ad idem text.l.imperialis.in principio.C.de nuptiis.ibi: lapsus mulierũ, sexus imbecillitate.fragile enim & mutabile est mulieris cõsiliũ. gl.in l.j.C.de cõfir.tutor.Nam in mulieribus infirmũ est & inualidũ cõsiliũ, ob id de facili seducuntur.l. cuius bonis.post med.ff.de cura.furio.Ias.in cõsi.204.lib. ij.Fortiùs Aquensis in d.l.j.ff.de legib.appellat omnes mulieres fatuas.quod tamẽ dictũ nõ placuit domino Rebuf. in procemio cõcor.nec nobis etiã arridet. ¶ Ex † præmissis infertur, ꝙ vbi text.in d.l.scripturas. expressè nõ loqueretur de viris, adhuc tamẽ de solis viris videretur fortè intelligendũ, propter illã qualitatẽ, quòd oportet tales tres testes esse probatæ atque integræ opinionis: quæ qualitas nõ æquè in fœminis cadit, atque in masculis. Ideò cæteris partibus testes masculi præferũtur fœminis. Bal.in consi. 455.Quis meliùs.lib.iiij. ¶ Secũdò † quæro in hac tertia limitatione, quando scriptura priuata reperitur subscripta tribus testibus masculis, an debeat probari, ꝙ illi tres te- 37 36

ſtes ſunt probatæ & integræ opinionis:an verò iſta qualitas à iure præſumatur? Videretur dicendum prima fronte talẽ qualitatẽ præſumi:quia bonus quilibet præſumitur. l.merito.ff.pro ſocio.l.quoties.§.qui dolo. ff. de probationibus.l.ſi quis ſeruũ.ff.de ſeruo corrupto.l.item , apud Labeonẽ.§.ſi cõmunem.ff.de iniur.vbi gl.dicit,ꝙ iſta eſt nobilis præſumptio.l.omnimodò.C.de inoffi.teſta. l. moueor. C.de ſeruis expor.vbi Bal.rationẽ adducit:quia intellectus hominis debet eſſe benignus.& in terminis quãdo requiritur in teſtibus,ꝙ ſint bonæ opinionis,ꝙ præſumatur iſta qualitas,tenet Imo.in l.j.§.ſi quis neget.ff.quemadmo.teſtam.aper.ſequitur Alexã.in cõſi.122.verſi.imò quidã ſunt teſtes.lib.vij.Curti.ſenior,in cõſi.56.Imò Socin.in cõſi.54. lib.iij.voluit præſumi quem eſſe optimæ opinionis. ¶Cõ-
37 trariũ, † quòd imò probari debeat illa qualitas probatæ, & integræ opinionis,in terminis d.l.ſcripturas.tradit Soci. in conſi. 274. verſi. poſtremò dico.lib.ij.quem ſimpliciter refert,& ſequitur ſocer & dominus meus Purpuratus in d. l.admonendi.nu.165.Nec obſtat ſecundũ Socin.quòd quilibet præſumatur bonus:quia verum eſt , ſed nõ ſic præſumitur quis optimus in ſuperlatiuo gradu. allegat Imo.ita cõcordantem in d.§.ſi quis neget quam opinionem quod non præſumatur quis optimæ opinionis , ſed probari debeat iſta qualitas , voluit Ange.in d.§.ſi quis neget.quod Ange.dictũ ſequitur Alexan.in conſi.82.verſi.præterea,dictus teſtis.lib.j.& in conſi.43.verſi. quinimò ſecũdum Ange.lib.iiij.Decius in c.poſt ceſſionem.ſuper gl.j.de probatio.in conſi.37.verſi.& quando teſtes & in conſi. 575. Iaſ.in conſi.153.lib.ij.& in conſi.13.lib.iij.ſed illa verba : probatæ, atque integræ opinionis, geminata , videntur importare probitatem quandã in ſuperlatiuo gradu:vt deducit Soc.
38 in d. conſi.274.¶Fortiùs voluit Cornæ.in † conſi.232.circa fin.lib.j.quòd vbi in teſte requiritur qualitas,quòd ſit perſona honeſta & fide digna in poſitiuo gradu , illa debet probari.Idem voluit Cornæ,in conſi.78.verſi.mitto, quod text.libro iij.vbi in caſu cap.licet ex quadam, de teſtibus. quando teſtis deponit de auditu quia text.requirit , quòd teſtis ſit perſona grauis.dicit Cornæ.probandã eſſe iſtam qualitatem grauitatis.Idem voluit Ale.in d.cõſ.82.li.j.Dec. in conſi.321. Idem ſentit Aretin.in conſi. 83. quia multa. verſ.vltimò videndum eſt. vbi generaliter voluit,ꝙ vbi in

vbi

teste requiritur † qualitas peritiæ vel alia illa, probari debet.& sic loquitur Aretin.in omni qualitate. Idē & clariùs voluit Socin.in cōsi.136.versi.præterea.posita.lib.j.vbi quādo exigitur in persona legalitas, debet intelligi de legalitate vltrà, quàm ius præsumat:iuxta d.l.merito.ff.pro socio.Aliâs dicit Soci. dispositio faciēs mentionē de legalitate,nihil operabitur: cùm semper sit necessaria bonitas & legalitas. Idem videtur innuere Alexan.in d. consi.122. li.vij.nam ibi recitat opinio.Imo.in d.§.si quis neget. quod qualitas bonæ opinionis præsumatur in teste,postea dicit Alexan.quod refutat præcedentia fundamēta tutiora, & se nolle vlteriùs insistere super dicto Imol. & sic apparet, quod Alexan.habuit illud dictū Imo.pro dubitabili.& ista opinio mihi magis placet, quādo opponeretur cōtra personas testium,etiā in genere,quod nō essent idonei: quia tunc si lex,aut statutū requirit testes bonæ opinionis,probanda erit ista qualitas, nec illa superfluò & sine aliquo ministerio cēseatur apposita & requisita:prout arguit Socin.in d.cōsi.136.Et pro eo † adduco dictū Barba.inter cōsilia Calca.in cōsi.28.vbi licet bona fides,de iure præsuma- 39

tur, tñ si statutū requirat bonā fidē,illa probari debet, ne statutū cēseatur superfluum: sed vt aliquid operetur vltra ius commune.Sed circa istud dictū Barba.nō puto, quòd requiratur alia probatio † istius bonæ fidei, quàm de iure communi.nam de iure communi indistinctè nō præsumitur bona fides: imò mala fides sæpius præsumitur. Sed ex coniecturis arguitur,an quis dicatur in bona vel mala fide:puta ex possessione longi temporis arguitur bona fides,vel ex titulo arguitur mala fides: iuxta ea, quæ nota. per Bar.& docto in l.Celsus.ff.de vsucap.Eædē coniecturæ videtur sufficere,quādo requiritur per statutū. Nō obstat quod statutum aliàs nihil operatur: quia dico,quòd vbi fit mentio de bona fide,explicitè exprimitur, quod implicitè inerat:cū semper bona fides sit necessaria. quo casu statutum aliter non operatur.in c.j.cum glo.vbi Domi.de sum. Trinita.& fide catho.facit tex.in l.iij.vbi docto.ff.de leg.j.

¶ Tertio † quæro,circa hāc tertiā limitationem in casu d.l. scripturas.requiritur subscriptio partiū, adeò q nō sufficeret subscriptio triū testiū,vt ibi expressè dicitur & no.Soc. in d.cōsi. 274. Pone, q in tali scriptura non sit subscriptio vnius partis. tamen tota scriptura reperitur scripta manu

eius,an istud sufficiat?Roma.in consi.303.hæc scriptura,ꝙ sic,quia vbi requiritur subscriptio alicuius,sufficit scripturã esse factã manu illius,sine alia sub scriptione:per tex.in l. cũ antiquitas.§ .fi.C.de testamẽt. idẽ in terminis. d.l.scripturas.tradit Areti.in consi.64. Diligenter.vers.nec potest dicere. Addo bonũ tex.in §.j.Insti.de emptio.& vendi.ibi: nisi & instrumẽta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria cõtrahentiũ,vel ab alio quidẽ scripta,à cõtrahẽtibus autẽ subscripta.tradit Soci.in consi.15.versi.ad quin-
43 tum argumentũ de subscriptione.lib.j. Et † isto casu scilicet in terminis d.l.scripturas.nõ videtur necessaria attestatio alterius partis scribẽtis, ꝙ scripserit manu propria: quia talis attestatio solũ videtur necessaria,quãdo in omni casu requiritur subscriptio, seu quãdo talis subcriptio requiritur pro forma:vt per Areti.in d.cõsi. 63.& no.Ias.in d.l.cum antiquitas, in vltimo not. sed ista subscriptio partium in casu d.l.scripturas nõ videtur necessaria, nisi quãdo scriptura esset facta manu alterius,& sic nõ pro forma, nec in isto casu requiritur subscriptio:licet Feli.in d.c.ij.de fide instrumẽ.videatur velle talẽ attestationẽ esse necessariã.quem socer meus Purpurat.sequitur in d.l.admonẽdi. sed certè text.in d.l.cùm antiquitas.§.fi.loquitur in subscriptione,quæ requiritur pro forma:prout cõsiderat Aret.in
44 d.cõsi.64.¶Quartò,† quæro, an in casu d.l.scripturas requirentis subscriptionẽ partiũ,sufficiat sigillũ earum loco subscriptionis:vt sic sigillũ habeat vim subscriptionis?Roma.in d.cõsi.303.ꝙ sic:quia ex sigillo cõsensus arguitur l.ij. C.de rebus alie.non alie.Addo Bar. in l. quæ dotis. in fi. & ibi Alexan.ff.solut.matri. vbi,ꝙ ex solo sigillo sine subscriptione consensus arguitur.sequitur Dec.in cap. iij loco in prin.de probatio.post Feli.ibi.& idẽ Dec.in c.ij.in fin.de fide instru.Imò sigillũ plus videtur operari,quã subscriptio. Purpura.socer meus in d.l.admonẽdi. post Paul.de Cast.& dicit Purpurat.in l.admonendi.quòd vbi est sigillum, non requiritur alia probatio per testes,aut cõparationẽ literarum:sed tota vis est in probãda veritate sigilli: secundum Pau.quod tamen intelligo cõtra partẽ sigillantẽ,& in eius
45 præiudiciũ:secùs contra tertiũ. ¶Quod † tamẽ nõ procedit,quãdo requiritur subscriptio de solẽnitate, & pro forma:quia tunc sigillũ non sufficeret,prout in testamento in scriptis.in quo pro forma requiritur subscriptio testium.l.

ad

ad testiũ.§.si quis.ff.de testa.vbi Bar.Alexan.in d.l.quæ dotis.& ibi Ias.versi.per ista sequitur Dec.in d. ca. ij.in fin.de fide instru.¶Rursus † etiã in casibus,in quibus subscriptio 46
nõ videtur de solennitate & forma:vt sigillũ sufficiat loco subscriptionis ad arguendũ consensum,necesse videtur apparere tale sigillũ fuisse impressum ab eo,cuius est,vel de eius voluntate,Alex.in d.l.quę dotis.& clariùs in d.l.ad testium.§.si quis.in apostillis ad Bar. ff. de testamen. sed tamen Dec.post Anto.de Butr.in d.c.iij.loco.versi.& subiicit Anto.deprobat.vult, quod in dubio præsumatur sigillum appositũ de volũtate eius,cuius est sigillũ.Idẽ voluit Abb. in d.c.ij.de fide instrumẽto.Bene fateor,quod constare debet sigillũ esse illius,cuius nomine fuit appositũ.Dec.in d. c.ij.in fine.de fide instrumẽtorũ.in antiq ¶Sed an † sit ne- 47
cessarium,quòd sigillans scripturam, attestetur se illud sigillum apposuisse Inno.in d.c.ij.de fide instru.dicit, quod sic:refert, & sequitur Bertachi.in tertia parte sui repertorij,in verbo,sigillatio.versi.57.& idem Bertachi. in tracta. de Episcopo in prima parte primi libri. versi. vlteriùs nota perpetuò:quem citat additio ad ipsum Bertachi. in reperto.in d.verbo,sigillatio.versi.vij.¶Sed aduertendum,quia 48
† Inno.refert duas opiniones, Primam, quòd requiratur talis attestatio.Secundam,quòd non requiratur, quando sunt sigilla Episcoporum,aut aliorum prælatorum habẽtium iurisdictionem,& sic quando essent sigilla authentica:& huic secundæ opinioni videtur Inno.inhærere:prout ibi refert Abb.Sed Abb.ibi vult, quòd etiam si esset sigillum,priuatarum personarum: putà contrahentium, non sit necessaria talis attestatio: dummodò sit sigillũ propriũ earum,non alienum. Abbatem etiam sequitur Decius in d.c.ij.¶Sed tamen † considerandum hîc est,quòd vbi sub- 49
scriptio alicuius esset necessaria, quò ad formam,& solẽnitatem actus,si volumus tunc,quòd sigillum vim habeat subscriptionis,prout voluit Roma.in d.consi.303.Necessaria videtur talis attestatio:per tex.in d.l. cùm antiquitas. §.fi.C.de testamẽ:vbi ad hoc,vt scriptura facta manu eius, cuius subscriptio erat necessaria, defectũ subscriptionis suppleat,necesse est,quòd scribens attestetur se manu eius totam scripturam fecisse : vt ibi notat Iaso.in vltimo not. Areti. in d.consi.64. versicu. nec potest dicere. ¶Quintò,
† quæro in casu d.l.scripturas.an scriptura,de qua ibi,scri 50

pta, aut subscripta à partibus, & tribus testibus, fidem per se faciat, sine alia recognitione ipsorum testium, id est, absque eo, quòd recognoscant eorum subscriptiones, & dicant se illas fecisse, vel præsentes fuisse quando debitor scripsit. Dic quod, non: vt per Bar.& doct.in d.l. scripturas. Are.in d.consi.64.Soci.in d.consi 274. li.ij.Idem Soci.in consi 32.versi.& sic ex prædictis sequitur.& in cósi. 41.versi.non obstat quintum argumentum.li.j Ias.in consi.
51 129.versi.iiij.quia.li.j.¶Sextò † quæro, Pone, quòd ex tribus testib⁹ subscriptis vnus sit mortuus, & alij duo subscriptiones eorũ recognoscãt, ẽt subscriptionẽ illius tertij defuncti, deponendo, quòd ẽt ille tertius fuit præsens, & subscripsit: prout continetur in eius subscriptione: an sufficiat recognitio istorũ duorũ? Bald.& Salic.in l.cõparationes.C.de fide instrumen.tenent, quod sic. prout eos refert Aret in d. consi.64.versi.amplius pot dici.& versi.secūda ratio. ¶Sed
52 cõtrariũ, quod † non sufficiat talis recognitio duorũ, tenet Areti.in d.consi.64.versi.sed dato, sine præiudicio. per tex. in §.si quis igitur.versi.nã & si inuenerimus.in auth. de instrum.fide & caute.& in §.sed & si quis.ibi: siue veniet, &c. inducendo: vt per ipsum Aret.ibi & respondet Aret. ad tex. in d.l.comparationes.super qua se fundant Bal. & Salic.sequitur Soc.in d.consi.274.vers.Tertiò principaliter.& vers.
53 nec dicat aliquis.¶Sed cõtra † Aret.& Soc.adduco Paul.de Castro.in fortiore casu, in consi.134.In causa ser.Ludouici Bertini.li.j.vbi forti⁹ voluit, quòd, ẽt mortuis oĩbus tribus testibus subscriptis, probet talis scriptura sine alia recognitione ipsorũ testiũ.Sed ad illud cõsi.Paul.respõdet Soc. in d.consi.274.versi.circa tertium.vbi, q̃ Paul.satis & nimis inaduertenter locutus est.Sed vltra Soc.addo, quòd cõtrarium expressè tenet Specu.in tit.de instrum. editio.§.nunc dicendum restat.post principium.& versi.regulariter.ibi: si tamen testes in scriptis. vbi voluit Specul. quòd talis scriptura habens subscriptionem trium testium, mortuis testibus, non probat.allegat tex.in d. c.ij. de fide instrument. Speculatorem refert, & sequitur idem Paul. de Cast. sibi contrarius, in consi.406.Satisfaciendo.libr.j.Ad quã Paul. contrarietatem Soc.non aduertit.Idem tenet Calca.in cõs. 29.vers.sed tunc posset opponi per text.in d.c.ij.Bertachin. in versi.scriptura.j.versi.84.vbi, quòd non probat talis scri-
54 ptura, etiam mortuo vno ex testibus.¶Sed opinio † Paul.in

dicto

dicto consilio centesimotrigesimoquarto, posset procedere, quando, mortuis testibus subscriptis, iuuaretur scriptura comparatione literarum. Socin. in d. consi. 33. versic. & sic ex prædictis sequitur. & in dicto consilio quadragesimoprimo, versic. non obstat quintum argumentum. libro primo, arguendo à contrario sensu. vbi Socin. voluit quòd talis scriptura nõ probat mortuis testibus subscriptis, nulla facta cõparatione literarum: ergo secus vult, si facta sit literarum comparatio. Sed hoc clarissimè voluit Calca. in d. consi. 29. vbi tamen hoc intelligit, quando haberet scriptura subscriptionem testium, & partium: secùs si testium tantùm: quia tunc duo copulatiuè essent necessaria, & recognitio testium, & comparatio literarum. & sic, testibus mortuis, talis scriptura non habens subscriptionem partiũ nihil probaret in præiudiciũ tertij. Idem quod Calca. voluit ẽt clarissimè Cornæ. in consi. centesimosexagesimononono. versicul. Item sola comparatio. libro primo. Socin. in dicto consilio 274. versicul. tertius casus, quando scriptura. & versicul. secundo principaliter. libro secundo Areti. in dicto consilio sexagesimoquarto, versicul. quinimò etiam si scripta. ¶Sed aduerte, † inquantum præfati doctor. volunt, quòd vbi scriptura habet subscriptionem testium tãtum, non etiam partium, quòd talis scriptura non iuuetur ex sola recognitione ipsorum testium sine cõparatione literarum, quò ad plenam fidem: sequendo Bar. in d. l. admonendi. & in aliis locis per eos alleg. nam Ias. in d. l. admonendi. versi. tu aduerte, inquantum Bartol. & in repetition. versicul. Item mirum videtur, latè insistit contra Bartol. in casu, in quo Bartol. loquitur, & dicit Iaso. quod opinio contra Bartol. est vera, & communior. quod si verum sit, idem à fortiori, dicendum videtur in casu nostro. Nam Bartol. loquitur in scriptura priuata non habente subscriptionem partium, sed testium tantùm, vel præsentiam ipsorum testium, & dicit Bartol. quod si testes deponant se fuisse præsentes tali scripturæ, & quòd eam scribi viderunt per partes, & eam recognoscant, quòd talibus testibus plene non creditur, nisi concurrat comparatio literarum. sed dicit Iason. opinionem contra Bartol. esse magis communem. quia ex quo testes deponunt se fuisse præsentes, & vidisse ita scribi, perinde est ac si deponerent de tenore, & contentis in ipsa scriptura. Si inducitur plena 55

probatio ex sola depositione testiũ, qui fuerũt præsentes ẽt non subscripti, quãtò fortiùs, vbi testes sunt subscripti? & dicit Ias. quòd contra Bartolum etiam tenet Areti. in d. consi. 64. Addo Alexandrum in consi. 239. versi. fortius voluit Hostien. lib. vj. ¶ Ego nõ video, quòd communior opinio sit contra Bartolum. prout Ias. refert, & primò quò ad autoritatem Alexand. non videtur curandum: quia vt Iason dicit, fuit sibi contrarius, & contrarium tenuit in cõsi. 181. in causa & lite vertente coram arbitris. libro secundo. sed certè Alexand. ibi non variauit ab iis, quæ dixit in d. l. admonendi. imò idem tenet. ideò mirãdum est, quomodò Iason de contrarietate eum notauerit. variauit tamẽ Alexand. in consil. 212. versic. prætereà dicta probatio. libro se-
56 cundo & in consi. 103. in fin. lib. vij. vbi sequitur. Bart. & præsuppono quòd Alexand. ibi vltra † comparationem literarum præsupponit recognitionem testium: quia aliâs malè allegaret Bar. quòd sola comparatio literarum plenè probet: sed clariùs variauit idem Alexand. in consil. 80. Viso processu. lib. iiij. Similiter Ias. adducit contra Bar. Areti. in d. consi. 64. vbi licèt Aretin. primò arguat cõtra Bar. tamen versic. quinimò etiã si scripta. latè tenet & defendit opinio Bar. ẽt opinio sequitur Abb. in d. c. ij. de fide instr. Corn. in consi. 58. lib. iij. & in d. consi. 169. lib. j. Calca. & Socin. in cõsiliis suprà allegatis. Decius in d. c. ij. versic. sed tamen pro defensione. de fide instrumen. vbi, quòd opinio Imol. contra Bar. videtur contra text. in §. sed & si quis. in authen. de instru. cau. & fide. ibi: fidem causa ex vtroque percipiat. ergo non ex solis testibus sine comparatione literarũ. Opinionem autem Bart. latè defendit Socin. in d. cons. 274. versi. secundò principaliter. vbi respondet ad ea, quæ in contrarium adducuntur: prout etiam respondet Cornæ. in d. consi. 58. Hîc tamen videndum est pro intellectu præmissorũ, quod infrà dicã. in xj. quæstione huius tertiæ limitationis. ¶ Septimò, † quæro in terminis d. l. scripturas. pone ꝙ
57 scriptura habeat subscriptionem partium, & vnius testis tantùm, & probetur talis scriptura per comparationem literarum, etiam respectu subscriptionis illius testis, an aliquid probabit talis scriptura? Alex. in d. consi. 103. in fin. lib. vij. ꝙ probat plusquã semiplenè. Ideò locus erit iuramento suppletiuo, ẽt in causa magna: secundũ eũ. Sed dubito, quia si loquimur in apocha, sola cõparatio literarũ nõ ꝓbat

bat ēt cōtra partē, quæ ſcripturam negat. §. ſi quis igitur. in auth. de inſtr. caut. & fid. & licèt cōparatio literarū probet ſemiplenè cōtra partē: ſecùs tñ cōtra tertiū. Cor. in cōſ. 138. lib. j. Quomodò igitur probatio ſubſcriptionis vnius teſtis tantū per ſolā cōparationē faciet pluſquā ſemiplenā ꝓbationē? imò valdè dubito, an faciat ſemiplenā cōtra tertiū. Nā ad plenā probationē cōtra tertiū per ſolā cōparationē requiruntur ſubſcriptiones, partiū, & triū teſtiū: ergo ſubſcriptio vnius teſtis nō videtur ſufficere ēt ad ſemiplenam probationē: quę induci poſſet, vbi duorū teſtiū ſubſcriptio ſufficeret. ¶ Octauò † quæro, dictum eſt ſuprà, ꝙ in caſu d. l. ſcripturas. requiritur ſubſcriptio omniū triū teſtiū, nec ſufficit ſubſcriptio duorū ex ipſis teſtibus, an iſtud procedat ēt qñ ageretur cōtra ipſum debitorē principalē, qui negat illā ſcripturā eſſe ſuā, an verò qñ agitur cōtra tertiū tantū. Soci. in d. conſ. 274. verſi. Tertiò principaliter. ꝙ procedit ēt cōtra ipſum debitorē. poſt Ioan. Andr. Bal. & Io. Bapt. de S. Seuerino, per eū alleg. Sed hoc intellige, niſi illi duo teſtes expreſſè deponerēt ſuper veritate negotij geſti, aut cōtentorū in inſtrumēto: quia tūc duo teſtes ſic deponētes ſufficerent, ēt cōtra tertiū. Bart. & Ang. in d. l. ſcripturas. Soci. in d. conſ. 274. verſ. circa primū. & verſic. poſtremò nō omitto. Rurſus ītellige, ꝙ ēt recognitio ſola triū teſtiū ſubſcriptorū, aut deponētiū de eorū pręſentia nō ſufficeret cōtra debitorē, aut habētes cauſam ab eo, niſi cōcurrat cōparatio literarū, qñ nō interuenit ſubſcriptio ipſarū partiū. ¶ Nonò † quæro, qualis eſſe debeat recognitio triū teſtium ſubſcriptorum in tali ſcriptura, ſeu qualiter debent teſtes deponere? Dic, ꝙ debēt deponere, ꝙ fuerūt præſentes, qñ debitor, aut alius de eius volūtate ſcripſit illā ſcripturā: & ꝙ viderūt eā ſcribi. & ꝙ illi ſe ſubſcripſerunt. Non aūt eſt neceſſe, ꝙ deponāt cōtēta in ipſa ſcriptura, eſſe vera. & ꝙ debitor ſe obligauit: prout in ea cōtinetur: quia tūc dicerētur deponere de veritate actus, nō ſuas ſubſcriptiones ſimpliciter recognoſcere. & deponendo de veritate actus, duorū teſtimoniu ſufficeret, ēt cōtra tertiū, vt ſ. dixi. ita habetur in d. l. ſcripturas. & per Soci. in d. cōſ. 274. ¶ † Aduertendum tñ hîc eſt: quia non ſufficeret, ꝙ teſtes recognoſcētes ſcripturā, dicant illā fuiſſe ſcriptā modo, & forma cōtentis in ea vel prout in ea continetur: quia talis recognitio dicitur nimiùm generalis, atque ideo incerta: ſed debent dicere

(margin numbers: 58 beside "¶ Octauò", 59 beside "¶ Nonò", 60 beside "¶ † Aduertendum")

cuius manu fuerit scripta, seu per quã personã eam scribi viderint. & quòd scribentẽ cognouerint, aut cognitũ habeãt. Ita Soc. in d. cons. 274. versi. amplius dico. & sic nõ sufficit, ꝙ testes cõcludẽter deponant super eorũ subscriptionibus, quod ipsi fuerint præsentes illi scripturæ, & se subscripserint: nisi ẽt deponãt de certa persona scribẽtis: cuius manu scriptura facta sit, & scribentis personã cognitã habeant. quod ẽt voluit Aret. in d. cons. 64. versi. sed tñ iis non
61 obstãtibus, vbi ẽt, † ꝙ oportet, ꝙ tales testes recognoscant subscriptiones sociorum, dicendo se fuisse præsentes ipsis subscriptionibus, nec sufficeret dicere, ꝙ habent notas eorũ literas. Abb. ẽt scribit in cons. 98. li. ij. ꝙ oportet testes firmiter scripturã recognoscere, & eius idẽtitatẽ: ideò testes
62 illiterati nõ valerent. ¶ † Decimò quæro, in casu l. scripturas. an requiratur subscriptio vtriusque partis, vel sufficiat subscriptio illius tantum partis, de cuius præiudicio agitur: puta debitoris vel confitentis, qñ non agitur de cõtractu vltrò citróque obligatorio, in quo dicitur agi de præiudicio vtriusque partis Imol. in d. c. ij. de fid. instru. ꝙ sufficit subscriptio illius partis, de cuius præiudicio agitur. sequitur Fel. ibi vers. noua declaratio. Addo Alex. in cõs. 181. vers. & dicit Lud. Rom. li. ij. quod est repetitum in consi. 118. lib. iiij idẽ sequitur Purpur. socer meus in d. l. admonendi. nu. 166. Addo Bologninum in addit. ad cõsilium Ioan. de Ana. in consi. 40. in fi. vbi simpliciter voluit, quòd sufficiat sub-
63 scriptio vnius partis tantũ. ¶ Sed aduerte: quia † istud non videtur procedere, quò ad effectum d. l. scripturas. quẽ suprà memorauimus: videlicet, quòd vbi est subscriptio partiũ & testiũ, sufficit, vel sola recognitio testiũ, vel sola cõparatio literarũ: q̃a tũc necessaria videtur subscriptio vtriusque partis. Ita in specie determinat Aret. cõtra Imo. ĩ d. cõsi. 64. vers. quinimò ẽt si scripta. Soci. in d. consil. 274. versi. & hoc etiam voluit, & clariùs Bartol. & versic. circa tertium. Itaque licèt agatur de præiudicio partis tantum, quæ subscripsit: tamen si pars ipsa neget eius subscriptionem, & quæstio sit de fide scripturæ, tunc erit necessaria & recognitio testiũ, & cõparatio literarum copulatiuè, nec alterum sufficeret. ¶ Sed istud dictum Aret. & Soci. intelligerẽ procedere in apocha tantũ. Secùs in alia scriptura priuata, quoad præiudiciũ ipsius partis scribentis, vel subscribẽtis:
64 quia † in aliis scripturis priuatis excepta apocha, sola cõ-

paratio

paratio literarum plenè probat: vt habetur in l. cõparationes. C. de fide instru. Barto. in auth. & si contractus. versic. item oppono. C. de fide instrumen. vbi, quòd dict. l. comparationes. volens ex comparatione induci plenam fidem, solùm est correcta in apocha: non in aliis scripturis priuatis: sequitur Alex. in consi. 58. & in consil. 114. lib. vij. Socin. in cons. iiij. lib. iij. vbi Socin. voluit, quòd etiam in epistola sufficiat sola comparatio literarum, quò ad plenã fidem. Sed tamen in epistola contrariũ voluisse videtur Bar. in d. authẽ. & si contractus. in vltimis verbis vbi in hac materia æqparat epistolã apochę. sequitur Ale. in cõs. 76. lib. iij. vbi † dicit ꝙ d. l. comparationes. est correcta in omni scriptu- 65
ra priuata, præter quàm in libro rationum. quod Alex. in cons. simpliciter refert, & sequitur Dec. in cons. 615. Sed ꝙ non sit correcta in epistola & aliis scripturis priuatis, tenet idẽ Alex. in d. cõs. 58, in prin. & in d. cõs. 114. lib. vij. Dec. in d c. ij. de fide instr. & in cõs. 219 in fi. Cur. Iunior. in cõsil. 118. & in cons. 162. nec Alexan. in d. consil. 76. contrariam opin. audet affirmare, si bene ponderetur. & hãc opin. quod d. l. comparationes. non sit correcta in epistola, & aliis scripturis priuatis, (nisi in sola apocha) tenet Purpura. in d. l. admonendi. Itaque vbi sumus in scriptura priuata, in qua sola comparatio literarum sufficit ad plenam fidem in præiudicium ipsius scribentis, sufficere etiã videtur subscriptio illius partis, de cuius præiudicio agitur, vbi scriptura esset ab alio tertio confecta: vel quòd sit scripta manu illius partis, de cuius præiudicio tãtùm agitur. ¶ † Am- 66
plius pro opinione Imolæ, & sequacium, considero, quòd superflua, & elusoria videtur subscriptio illius partis, de cuius fauore tantùm agitur, putà creditoris. Videtur enim quasi ridiculũ dicere, quòd aliquid plusculũ fidei detur tali scripturę ex subscriptiõe creditoris in facto suo ꝓprio, & in causa sua ꝓpria: argumẽto legis omnib. C. de testib⁹. nisi dicas consideratiõe ꝓcedere, qñ ageretur inter creditorem, & debitorem: secus, si cum tertio: quia tunc pluralitas subscriptionum multùm operatur, & facit cessare suspicionem fraudis. Vel etiam considerabilis videtur subscriptio creditoris eo mortuo, quãdo eius heredes cõtra debitorẽ agerent, quasi non sit verisimile, quod in peccato falsę subscriptionis mori voluerit: q̃ ratio videt̃ cessare, viuente creditore, & agente contra debitorẽ. nõ eñ po-

test debitor opponere: ꝙ careat scriptura subscriptione ipsius creditoris: pa talis subscriptio nõ videtur necessaria, ipso creditore agẽte: q̃a agẽdo satis approbat fidẽ scripturæ. l. Paulus respõdet, non tantũ verbis. ff. rem rat. haberi. & s̃. dixi circa articulũ approbationis scripturæ, ex eius pro-
66 ductiõe. ¶ Nõ † omnino circa præmissa dictũ vnũ singularissimũ Paul. de Cas. in cõ. 87. Quãtũ ad cõtẽta. lib. ij. vbi voluit d. l. cõparatione. C. de fid. instr. esse correctam etiã, quò ad aliã scripturã priuatã vltra apochã, quæ scriptura priuata remansisset penes partẽ. Ratio enim, quare d. l. cõparationes fuit correcta in apocha, est: quia apocha datur à debitore creditori: & sic remanet apocha penes creditorẽ. Ob id si sola cõparatio sufficeret, de facili reperirẽtur q̃ literas æmulentur seu exprimerent, aut (vt vulgariùs loquar) contrà facerent. sed ista ratio pariter militat in libro rationis, aut alia scriptura priuata, quę remãsisset penes creditorẽ: ergo eadẽ debet esse iuris dispositio. l. illud. ff. ad leg.
67 Aquil. ¶ Sed non puto † istud dictũ Paul. de iure procedere: quia doct. assignãtes rationẽ cur d. l. cõparationes. sit correcta in apocha, non considerant, ꝙ apocha remaneat penes creditorẽ, & possit falsò fabricari: sed considerãt rationem: quia datur à debitore creditori: ob id imputãdũ videtur creditori, cur nõ plenius sibi ꝓuiderit per viã instrumẽti publici, aut alterius solẽnis scripturę cũ subscriptione debitoris, & testiũ. Et quòd doct. non considerẽt remanentiã scripturæ apud creditorem, patet: q̃a necessariò loquũtur quãdo producitur scriptura per creditorẽ, & sic necessariò pręsupponũt, ꝙ esset apud eũ: quia aliâs producere nõ posset. & maximè hoc procedit, dũ loquũtur in epistola, quæ
68 parte † ad partẽ trãsmittitur: & sic remanet apud creditorem: & tamẽ eius fides plenè iuuatur per solã comparationem: quia in ea creditori imputari non potest cur nõ solẽniùs eã cõscribi curauerit: cùm fiat inter absentes. Iam ex alio ostendo, quòd istud dictũ Pau. procedere nõ potest, q̃ doct. in apocha dicũt, ꝙ faciliùs falsificari potest, quà vnus liber rationũ, aut alia scriptura, plura continens. Ergo præsupponũt existentiã & remanẽtiam libri apud creditorem: quia aliâs frustrà dicerent, ꝙ nõ ita de facili falsificari potest, sicut vna apocha. ¶ Vndecimò † quæro, vidimus, quòd
69 in aliis scripturis priuatis, excepta apocha, sola literarũ cõparatio plenè probat: an talis scriptura probata per cõparationes.

tionem literarũ fidem faciat contra tertiũ, licet nõ habeat ſubſcriptionẽ partiũ, & teſtium prout requirit d.l. ſcripturas. respondeo, ꝙ non: quia ſi ſcriptura nõ habeat ſubſcriptionẽ partium, & teſtium, licet iuuetur, aut probetur cõparatione literarũ: talis tamen comparatio ſolũ probabit contra debitorẽ aut habentes cauſam ab eo: ſecundũ ea, q̃ ſ. dicta ſunt. Sed non contra tertiũ: quia in tertio, vt ei noceat, quando tertius nititur inſtrumento publico, requiritur, ꝙ talis ſcriptura ſit ſolennis, habẽs ſubſcriptionẽ partiũ, & teſtiũ: prout requirit d.l. ſcripturas. Imò † cõtra tertium etiã ſemiplenè non probat: vt ſ. diximus nu. 178. allegando Cor. in d. conſ. 138. lib. j. quem ſequitur Purpu. in d.l. admonendi. circa fi. nu. 180. & ꝙ iſtud ſit verũ, probatur ex concluſione Bartol. ſuprà commemorata. num. 177. & per doct. cõmuniter approbata, ꝙ vbi producitur ſcriptura priuata, habens ſubſcriptionẽ teſtium tantũ, non etiã partiũ, non ſufficit ſola teſtiũ recognitio, nec ſola literarum cõparatio: ſed vtrũq; ſimul, & copulatiuè requiritur cõtra tertium. quã etiam opi. tenet Alexã. in conſ. 150. verſ. prætereà ſi eſſent duo teſtes. libro v. Purpura. in d.l. admonendi. & tamen cõtra patrem ſufficit ſola cõparatio, modò non ſit ſcriptura apochæ. ¶ Sed ex p̃miſſis reddi † videtur dubitabile dictũ Bar. de quo ſ. meminimus in ſexta q. huius tertiæ limitationis, dum voluit, ꝙ vbi ſcriptura non habet ſubſcriptionẽ partium, ſed teſtiũ tantũ, qui recognoſcunt ſuas ſubſcriptiones, vel ceſſante ſubſcriptione deponũt de ſua præſentia, ꝙ viderũt talẽ ſcripturã fieri, & ei præſentes fuerunt, ꝙ talis probatio nõ ſufficit, niſi concurrat comparatio literarũ: retulit ibi Iaſ. poſt alios ꝑ eũ allegatos, tenere contrariũ. & licet adduxerim Aret. Soci. Cor. Deciũ & Purpur. tenẽtes, & defendẽtes opi. Bar. tñ cõtra Bar. quatenus loquimur de fide ſcripturæ, cõtra partẽ, aut ſcribentẽ, videtur facere cõcluſio ſ. firmata: videlicet, ꝙ excepta apocha, in alia ſcriptura priuata ſola cõparatio literarũ videt̃ ſufficere ad plenã probationẽ contra partẽ. Si ſufficit ſola comparatio, à fortiori ſufficiet recognitio teſtiũ ſubſcriptorũ, vel eorũ depoſitio ſuper pręſentia: Quòd ipſum videtur tutiùs ac certiùs multò teſtimoniũ, quã ſit cõparatio, & ſic Bar. opinio videtur reſtringenda, vel in ſcriptura apochæ, vel ſi loquamur in alia ſcriptura priuata, in qua ſufficit ſola comparatio, quãdo ageretur cõtra tertium: non contra

70 (margin, beside "Imò † cõtra tertium")

71 (margin, beside "reddi † videtur")

ipſum

ipsum debitorem, vel partẽ ipsam principalẽ. ¶ Non omit-
72 to † etiã circa præmissa vnũ dictũ notabile Ripæ in d.l.ad-
monendi. ꝙ in casibus, in quibus sola cõparatio literarum
sufficit, & plenè probat: illud procedit, qñ ageretur ciuili-
ter: secus, si criminaliter, putà in crimine falsi: quia ad pro-
bandũ falsitatẽ sola cõparatio literarũ nõ sufficeret. Idem
tradit Dec. in cõs. 625. Purpuratus tamẽ in d.l. admonendi.
voluit fieri posse indiciũ ad torturã, secundũ qualitatem
personarũ. quod satis admitterẽ, contra personã malè fa-
73 matam. ¶ Vnũ † etiam non omitto, ꝙ licet in apocha sola
cõparatio literarũ nõ sufficiat, vt s. dictũ est: valeret tamẽ
pactũ, aut cõuentio partiũ, ꝙ ex sola cõparatione literarũ
fides detur apochæ, modò de tali cõuentione legitimè ap-
pareat. Alex. in d. cons. 76. vers. vel secundũ Raphaelem. lib.
74 iij. ¶ Duodecimò † quæro, dictũ est s. ꝙ vbi scriptura habet
subscriptionem partiũ, & testiũ, ꝙ illa probari potest ex so
la cõparatione literarũ, quomodò & qualiter facienda sit
huiusmodi cõparatio? Breuiter de modo faciendi cõpara
tionem, non solũ de principali scriptura partiũ, & earum
subscriptionibus, sed etiã de subscriptionibus testium, cla
rè tradit Alex. in d. cõs. 76. vers. quinimò, posito, ꝙ per cõpa
rationẽ. lib. iij. & in d. cons. 114. vers. & aduertatur. circa mo-
dum. lib. vij. Deci. in d. cõs. 615. ver. similiter circa secũdum.
75 ¶ Decimotertiò † quæro in materia. d.l. scripturas. pone, ꝙ
tres testes subscripti ad formã d. legis cõparationes reco-
gnoscant eorũ subscriptiones: tamẽ non deponãt se fuisse
præsentes illi scripturæ: sed dicant, ꝙ debitor corã eis con
fessus est, ꝙ fuit scripta à tertio de partiũ voluntate: & ꝙ
ipse debitor eam subscripsit: An talis scriptura probet? de-
cisio Neapolitana, deci. 104. dicit se mirari, ꝙ Alex. & Ias.
in d.l. admonendi. casum hunc omiserint. & ꝙ tactum non
inuenit, nisi in quibusdã recollectis domini Caroli de Ro-
geriis in d.l. admonẽdi. vbi cõcludit talem scripturã fidem
facere. & ita dicit decisio prædicta fuisse iudicatũ in curia
Neapolitana: quia paria sunt confessio debitoris, vel quòd
testes viderint eum scribere. & pro hoc allegat Roma. in d.
l. admonẽdi. vbi si producitur scriptura facta à tertio, non
subscripta à partibus, sed à testibus, qui dicant eam factã à
tertio de volũtate, & mãdato ipsarũ partiũ, talis scriptura
76 probat. ¶ Sed aduerte, licet † decisio Neapolita. dicat, quòd
nullus ex dominis cõsiliariis aliquam decisionem in ter-
mini

minis inuenire potuit:& ꝙ Alex.& Iaſ.caſum hunc omiſerunt, mihi videtur, ꝙ imò ex dictis ſuprà in ſexta & decima quæſtionibus deciſa videatur quæſtio propoſita per Mattheũ de Afflictis.Nam in dictis ſexta, & decima quæſtionibus vidimus, ꝙ vbi ſcriptura non habet ſubſcriptionem vtriuſque partis, ſed teſtiũ tantũ,vel vnius partis tãtum:tunc non probatur fides ſcripturæ ex recognitionibus teſtiũ ſubſcriptorũ.licet dicant ſe fuiſſe præſentes illi ſcripturæ,& eam ſcribi viderint,niſi etiã iuuetur ſcripturę fides cõparatione literarũ.Si ſola teſtiũ recognitio nõ ſufficit,licet fuerint præſentes ſcripturæ,& dicãt ſe vidiſſe eã ſcribi:quantò minus ſufficiet talis recognitio ſolæ in quæſtione propoſita,quãdo teſtes non fuerũt præſentes,ſed ſolum intellexerũt ſic ſcriptã fuiſſe per confeſſionẽ debitoris.Ideò in caſu dictæ deciſionis puto ꝙ fuerit iudicatum cõtra opi.Bar.cõmuniter approbatã, ſaltẽ in apocha:vt s̃. abundè dictũ eſt in memoratis quæſtionibus ſexta & decima.Bene fateor,ꝙ ſi in caſu dictæ quæſtionis formatæ ꝑ Afflict. fuiſſet ſubſcriptio vtriuſq; partis, ſufficiẽs viſa eſſet illa teſtiũ recognitio,etiam qui ſcripturæ præſentes nõ fuiſſent,cũ deponãt de cõfeſſione debitoris, præſente creditore facta.Secus,ſi creditore abſente: maximè cum talis cõfeſſio nõ reſpiciat veritatẽ negotij:ſed ſolũ, ꝙ ita ſub ſcripſit debitor. ¶ Decimoquartò † quæro,in materia.d.l. 77
ſcripturas.an omninò ſint paria ſcripturã fuiſſe ſcriptã à partibus,vel à tertio de volũtate, & mãdato ipſarũ partiũ videretur dicendũ,ꝙ ſic:quia factũ à partibus videtur, qđ fit de mãdato earũ.l.ita aũt depoſitioni. §.geſſiſſe.ff.de admi.tut reg.qui per alium de reg.iur.in 6.&dictum eſt s̃. in proxima, præcedenti q.tradunt gl.Hoſt.Io. And.& doct. in d.c.ij.de fid.inſtr.Aret.in d.conſ.64. adde. Bald.in conſi. 98.Nam probãt.lib.ij.vbi dicitur,ꝙ talis ſcriptura tertij facta vtraq; parte mãdãte,plenè ꝓbat, etiã ſi ſtatutũ dicat, ꝙ nõ credatur ſcripturæ tertij. ¶ Sed iſtud nõ † puto proce- 78
dere ita generaliter,qñ ſcriptura facta ꝑ tertiũ careret ſubſcriptiõe ipſarũ ꝓriũ:q a tũc duo copulatiuè vidẽt neceſſaria,i.& recognitio teſtiũ ſubſcriptorũ, & cõparatio literarũ,ꝓ ſuprà d.Si enim iſta duo copulatiuè requirũtur,quãdo ſcriptura ſolũ eſſet facta aut ſubſcripta ab altera ꝑte tãtũ;vt s̃.vidimus in dictis quæſtionibus ſexta,decima,& decima tertia:à fortiori qñ eſt ſcripta per tertium ſine aliqua

ſubſcriptione partiũ.Imò d.l.ſcripturas.requirens ſubſcriptioné partiũ,neceſſariò videtur præſupponere caſum,qñ cõfecta eſſet ſcriptura per tertiũ:quia ſi partes ſcripſiſſent, neceſſaria nõ eſſet earũ ſubſcriptio, vt ſuprà dixim⁹ in iij. q.huius tertiæ limitationis.Dum ergo Bart.& doct.requirunt probationẽ ex vtroque fieri, id eſt, ex recognitione triũ teſtiũ,& cõparatione literarũ,qñ ſcriptura caret ſubſcriptione partiũ,videntur loqui in caſu iſto,qñ facta eſſet ſcriptura per tertiũ de mãdato partium:quia ſi à partibus facta eſſet,neceſſaria non eſſet ſubſcriptio earũ.¶Decimo-
79 quintò, † ad perfectã intelligentiã huius materiæ quæro, qñ ſit probatio ſcripturæ ex vtroque,id eſt,ex recognitione teſtium,& comparatione literarum an ſit neceſſaria cõparatio,etiã quò ad ſubſcriptiones ipſorũ teſtium. Puto, quòd non:ex quo teſtes eorũ ſubſcriptiones recognoſcũt. Ideò ſi teſtes eſſent mortui, qui recognoſcere nõ poſſent, talis ſcriptura fidem non faceret, hoc caſu quo præmiſſa duo copulatiuè requirũtur.& ſic mortuis teſtibus, fruſtrà quæritur de cõparatione literarũ ſubſcriptionis eorũ, ex quo recognitio erat neceſſaria. Si autem viuunt, & recognoſcunt,etiã quærendũ non eſt de comparatione litera-
80 rum quò ad ipſas ſubſcriptiones. † Decimoſextò quæro, pone ꝙ ſcriptura ſit facta manu creditoris : ſubſcripta tamẽ tribus teſtibus ſine alia ſubſcriptione debitoris, an fidẽ faciet cõcurrẽtibus illis duobus requiſitis,id eſt,recognitione teſtiũ,& cõparatione literarũ.Io.de Ana.in cõſ.40. ſimpliciter tenet iuuari talẽ ſcripturã, propter ſubſcriptionẽ triũ teſtiũ.Sequitur Iaſ.in d.cõſ.129.lib.j.& nihil dicunt Io.de Ana.& Iaſ.ꝙ ſi iſti tres teſtes recognoſcant, neceſſaria etiam ſit literarũ cõparatio.Ego puto,quòd ſi ipſe creditor agat contra debitorẽ & teſtes recognoſcentes,dicãt factã eſſe ſcripturã manu creditoris de voluntate & mandato debitoris ꝙ eluſoria dicatur cõparatio literarũ creditoris,ex quo debitor ipſe approbat.Dũm enim doct.dicũt
81 comparationem † eſſe neceſſariã,debent intelligi,quando negatur ſcriptura manu illi⁹,ꝓ quẽ ſcripta dicitur. & ideò nõ videretur iſto caſu neceſſaria, niſi ẽt debitor negaret illam ſcripturã confectã manu ipſius creditoris.Sed ſi debitor nõ negaret ſcripturã,ſed ſolũ debitũ, & diceret nõ eſſe habẽdam fidẽ ſcripturæ creditoris in facto eius proprio: tũc ſola recognitio teſtiũ ſufficeret ſine literarũ cõparatione,&

ne. Ista erit vna declaratio ad omnia præcedētia, in quibus dictū est cōparationē literarū esse necessariā, vt procedāt, qñ vtrunque negatur, id est, & scriptura, & debitū. Si verò debitū tantū negetur, scriptura verò cōcedatur, quorsum attinet fidē scripturæ probare per cōparationē literarum? Testiū tñ recognitio est † necessaria, quādo negatur debi- 82
tum, licet nō scriptura, nisi esset scriptura, propria cōfitentis: quia tūc etiā debiti probatio per testes recognoscētes non esset necessaria: quia satis probatur debitū, dum recognoscit scripturā à se factā ex ꝓpria eius cōfessione. Quæ ratio nō militat in scriptura facta ab alio: quia stant simul, ꝙ tertius scripserit me esse debitorē alterius, & tamē verè debitor non sim: quia potuit falsò scribere, quæ † falsitas 83
allegari nō potest cōtra propriā cōfessionē: quia esset allegare turpitudinē suam. l. trāsactione. C. de trāsactio. l. cùm profitearis. C. de reuocād. dona. l. filios. C. de reuo. his, quæ in fraud. credi. c. inter dilectos. de dona. nō esset tamen necessaria recognitio testiū subscriptorum, quando eorum subscriptiones pars recognosceret, & fateretur: frustrà enim quæritur de recognitione testium, vbi partis cōfessionem habemus. ¶Ex præmissis explicatā habemus hāc tertiam limitationem, non minùs vtiliter, quam copiosè.

ARGVMENTVM.

Quarta limitatio conclusionis suprà adiectæ, nimirùm scripturam priuatam neutiquàm fidem facere. Id in quibus potissimùm cesset. In hócque ipsum thema elegans & acuta vtrinque dissertatio. Hinc de vi, & facultate verisimilitudinis, in confessione, in testibus, in publico instrumento, in iuramento, & ceteris probationis generibus, & actis iudicialibus. Tum de libro administratoris sociorum, quid debeat continere, vt fidem faciat.

SVMMARIVM.

1 *Archiui publici scriptura priuata an probet. Et quot quæve debeant eo concurrere.*

2 *Scriptura priuata reperta in archiuo publico, an debeat esse locata inter authenticas, ad hoc vt probet.*

3 *Consuetudo an det robur scripturæ priuatæ repertæ in archiuo, an potiùs ipsum archiuum.*

4 *Consuetudinem an probare debeat, qui illa nititur in scriptura priuata, reperta in archiuo publico.*

5 *Consuetudo, quæ dat robur scripturæ, aliâs minùs solenni an ex-*

tendatur extra territorium, & probationem afferat scripturæ. & nu. 6. 8. 10.

7 Locus in quo scriptura facta est, inspicitur, quocúnque illa inde producatur.

9 Consuetudo, per quam datur fides libris mercatorum, an extendatur extra territorium.

11 Archiui scriptura an probet extra territorium ipsius archiui.

12 Cõsuetudo quòd credatur scripturæ omninò priuatæ, non valet.

13 Crimen non probatur ex scriptura minùs solenni, licèt reperta in archiuo publico.

14 Scriptura priuata, longo tempore obseruata pro publica, probat. Et illa diuturna & longa obseruantia an vbique sit necessaria quomodóque id accipiatur. nu. 15. & 16.

17 Scripturæ minùs solẽni, ex obseruantia longi tẽporis datur fides.

18 Patientia habẽs aliquod præambulũ seu dispositionẽ præcedẽtẽ, præiudicat & disponit, & fidem adfert instrumento.

19 Confeßio expressa testamentum esse minùs solenniter factũ, nõ præiudicat confitenti, & idem iudicium de ignorante defectũ solennitatis in casibus, in quibus toleratur error iuris.

20 Scriptura priuata reperta in actis, plenam fidem an faciat.

21 Opponi nihil potest contra mandatum factũ in iudicio. Et quid, quantúmque operetur color iudicij in probatoriis.

22 Scriptura priuata reperta in actis, vt fidem faciat, opus est testimonio notarij actorum.

23 Notarij actorũ attestatio vel subscriptio, scripturam priuatam fuisse repertam apud acta, habet vim subscriptionis testium.

24 Libro rationũ tutoris, procuratoris, seu negotiorũ gestoris, creditur cum iuramento scribentis, quando continet verisimilia.

25 Tutor, procurator, & negotiorum gestor, quantùm circa fidem librorum, an æquiparentur.

26 Procurator an poßit tutori aut negotiorum gestori comparari, circa fidem scripturæ.

27 Liber rationũ tutoris, curatoris, & similiũ, qui nõ ita immediatè approbatur à parte, an fidẽ faciat simpliciter, maximè in grauibus & magnis summis. Et quid illæ sint verisimiles.

28 Administrator culpa vacat, si in causa pupilli vel adulti se gessit pro cõsuetudine aliorũ, omnia referẽdo in libro rationum.

29 Administratoris libro rationũ, adhibito iuramẽto, fides datur, quando expensa verisimilis est ex operis euidentia.

30 Executoris assertioni & libero rationũ, an credatur, in eius fauorem, in magnis summis, non confecto instrumento disting.

Insp

31 *Institoris constitutio, censeri debet facta secundum dispositionẽ iuris communis.*

32 *Administratorem oportet esse famæ integræ, vt eius libro rationum stetur.*

33 *Iurantẽ oportet esse omni exceptione maiorẽ, vt eius dicto stetur.*

34 *Administratoris libro rationum statur, quando nõ potest aliundè, nisi cum magna difficultate haberi probatio.*

35 *Res probanda per librum rationum, debet esse verisimilis.*

36 *Iudici constare debet de verisimilitudine rei, quæ probanda venit per librũ rationum. Et id qualiter, & vnde colligendum.*

37 *Verisimilitudo sæpè fidem facit.*

38 *Verisimilitudo facit, vt stetur cõfessioni alterius, in tertij præiudi-*

39 *Confessio non attenditur, quando non est verisimilis.* (cium.

40 *Testibus nõ verisimilia deponẽtibus põt iudex fidẽ nõ adhibere.*

41 *Instrumentum publicum non probat, nisi contineat verisimilia.*

42 *Iuramentum non seruandum, nisi contineat verisimilia.*

43 *Probatio verisimilis sufficit, vbi proceditur sola veritate facti*

44 *Liber rationũ, debet continere data & accepta.* (inspecta.

45 *Liber rationũ, debet cõtinere diem & tempus: aliàs non probat.*

46 *Liber rationum causam debiti & crediti continere debet.*

47 *Liber rationũ, vt fidẽ faciat, adhibẽdũ est iuramentũ scribẽtis.*

48 *Libro rationũ, an eo fides minùs adhibeatur, ꝙ ille qui scripsit, cuiúsque iuramentum requirebatur, mortuus sit. & nu. 50.*

49 *Instrumẽtũ minùs solẽne aut defectuosum. semiplenè probat, notario mortuo: & quid de libro rationum mortuo scribente.*

51 *Liber rationũ, debet carere mistura rationũ ipsius administrato*

52 *Liber rationũ administratoris, an ꝓcedat in fauorẽ absẽtis.* (ru.

13 *Absentia an non impediat fidem scripturæ: & noceat confessioni, quæ fit per scripturam. nu. 54.*

55 *Liber sociorũ, scriptus ab aliquo institore, an probet inter socios, atque inter ipsum institorẽ. Et quid si fuerit scriptus ab vno sociorum. nu. 56.*

57 *Mandatum tacitè probatur ex scientia & patientia partis, ex eo, quod quis agit sciente & patiente domino.*

58 *Procurator an eo censeatur constitutus, quod dominus comparet cum eo in causa, & asserit eum suum procuratorem.*

59 *Liber rationum, scriptus ab omnibus sociis modò ab hoc, modò ab illo prout locus & necessitas ferebat, fidem facit.*

60 *Liber rationũ sociorũ vt probet, an ea requirantur omnia; quæ necessaria sunt in libro rationum vnius administratoris.*

61 *Liber sociorum, & administratorum, in quo differant.*

tutus ad recipiendum testes & instrumenta, posit & recipere confeßionem partis.

88 *Statuto requirente probationem per instrumentum publicum, an ea ipsa fieri poßit per testes.*

QVARTO † limitatur dicta conclusio, quæ habet, quod scriptura priuata nõ probat, vt nõ procedat in scriptura archiui publici. l. cẽsus. ff. de proba. authẽ. ad hæc. C. de fide instru. c. ad audientiã. de præscrip. vbi Feli. ait, quod istud procedit cõcurrẽtibus tribus. Primò, quod archiuo præsit officialis public⁹. Secũdò, quod scriptura sit posita inter scripturas authenticas. Tertiò, quod fides ex cõsuetudine illis detur. allegat Io. And. in addi. Spec. in tit. de instru. editio. §. nunc dicẽdũ. in magna addi. versi. quintũ supplemẽtũ. idẽ voluit Bal. in l. exemplo. C. de probat. & in rubri. C. de fide instru. Idẽ tradit Soci. in consi. 258. lib. ij. Addo quartũ requisitũ: quia, non sufficit, quod talis scriptura sit inuenta in archiuo: sed etiã oportet, quod habeat testimoniũ cõmentariẽsis, aut officialis deputati ad custodiam ipsius archiui, id est, vel quod cõmentariensis fuerit rogatus de tali scriptura, & ipse eam scripserit, vel quod attestetur esse scripturã archiui publici: ita Cor. in cõsi. 142. lib. iij. sequitur Dec. in d. c. cũ causam. in quarta fallentia, de probat. ¶ Sed aduerte † circa secundũ requisitum, quod oporteat talem scripturã priuatã esse positã inter scripturas authẽticas tantùm, Ex hoc nimiùm videtur restringi ista cõclusio, quod scriptura nõ solennis reperta in archiuo publico plenè probet. Nam archiuum publicũ solùm videretur validare scripturã vnã minus solẽnẽ, quæ sit inter alias authẽticas. Patet: quia si sint plures scripturæ minùs solẽnes, nulla videtur probare: quia semper dicetur posita inter scripturas nõ authẽticas. Ideò memorata cõclusio tota fermè videtur corruere. & esset absurdũ, quod archiuũ publicũ vni tãtùm scripturæ nõ authẽticæ robur, & fidẽ dare possit. Sed pro solutione puto hoc secũdũ requisitũ intelligẽdũ, quãdo scriptura priuata reperitur inter scripturas authẽticas, id est, quæ ratione archiui publici pro authẽticis habẽtur, licet de iure nõ sint. Secùs, quãdo in archiuo essent aliquæ scripturæ nõ authenticæ, neque de iure cõmuni, neq; ratione ipsius archiui: puta quia ibi tenerẽtur etiã literę missiuæ, aut aliæ scripturæ, quas vniuersitas pro publicis nõ habet, quod nota: quia per aliũ quem legerim, declaratũ nõ vidi.

3 ¶ Similiter aduertendum † est circa tertium requisitum de consuetudine: quia non videtur necessarium: quia vbi cõsuetudo dat robur scripturæ, fides venit ex consuetudine, non aũt ex archiuo: cùm sola consuetudo sufficiat. c. cùm dilectus. de fide instr. Fel. in d. c. ad audientiã de præscr. mouet difficultatẽ, & soluit, ꝙ consuetudo non simpliciter validat scripturã, sed concurrentibus duobus: videlicet, loco archiui, & auctoritate officialis deputati ad eius custodiã.

4 ¶ Sed ista solutio mihi non satisfacit: quia, † ea attẽta, sequeretur, ꝙ producẽs hãc scripturã archiui, teneretur ꝓbare talẽ cõsuetudinẽ, cùm in facto cõsistat. l. j. & ij. C. quæ sit longa consuetu. Old. in cõs. 226. Quidã Episcopus. versi. tertia ratio. Bal. in cõs. 269. Quidã noĩe. li. j. Abb. in consi. 55. li. ij. si probatio consuetudinis sit necessaria: ergo fides fiet ex consuetudine, non ex archiuo. ob id puto istũ requisitũ non esse necessariũ: sed ex eo fieri põt vna limitatio ad memoratã conclusionẽ, vt non procedat, quando consuetudo esset in cõtrariũ, ꝙ fides nõ detur huiusmodi scripturis minùs solẽnibus repertis in archiuo publico. ¶ Sublimitatur

5 † tñ per doct. ista quarta limitatio, vt non procedat extra territorium loci ipsius archiui. Ioan. And. in d. magna addi. Bal. in d. l. exẽplo. C. de prob. & in d. rubri. C. de fide instr. Alex. & Ias. in d. auth. si quis in aliquo documẽto. C. de edẽdo. idem Alex. in consi. 138. li. j. in consi. 6. & in cons. 22. li. 1. Soc. in consi. 187. versi. sed ad præmissa respõdetur. & in d. consi. 258. versi. prætereà tunc scriptura. li. ij. Purpuratus in

6 d. auth. si quis in aliquo documento. ¶ Sed fortiter † opponitur contra hanc sublimitationem: quia videmus, ꝙ vbi aliqua scriptura de iure nõ solennis, fit valida ratione statuti, vel consuetudinis, talis consuetudo extenditur extra territorium, & scriptura sic roborata à statuto, vel consuetudine, vbique probat. Bar. & doct. in l. j. in septima q. princ. C. de sum. Trinit. & fide cathol. Anto. de Butr. & doct. in d. c. ij. de fide instr. Bald. in d. l. exẽplo. C. de probat. & in l. si nõ speciali. per illum tex. C. de testa. sequitur Dec. in c. j. in fin. vers. tertiò, quod dicit Ioã. And. de proba. Ias. in l. si arrogator. ff. de adoptio. vbi, ꝙ nunquam inuenit contradicentẽ, licèt decisio ipsa videatur sibi dura & mirabilis, eandẽ opĩ sequitur idem Ias. in l. quædam. §. numularios. in secũdo not. ff. de eden. vbi reputat hoc valdè nota. & idem Ias. in d. l. j. vers. secundò ex hoc membro. C. de sum. Tri. & fide cat. & Ful.

& Ful.d.l.si non speciali.in secundo no.de testa. Bertach.in suo reper.in verb.instrumento qñ valeat.versi.21. Nã circa †fidẽ scripturæ inspicitur locus, vbi facta est, vbicunq; postea producatur. per l.si fund⁹.ff.de euictio.Bal.in cõs.179. instrumentũ.li.iij.Ias.in l.ius aũt ciuile.ff.de iusti.& iure & in cõsi.133.li.iiij.Guido Papæ,q.262.¶ Istã† difficultatẽ mouet Fel.in d.c.ad audientiã. & refert Aret. in d.c. cùm causam.de probat.tenentẽ contra hanc sublimitationẽ, ꝙ imò talis scriptura archiui publici, extra territorium, & vbique ꝓbet.per doctrinã Bar.ĩ d.l.j.C.de sum.Tri. & fide cathol. Sed Fel.tenet hanc sublimitationẽ, & ad argumentũ suprà factum, respõdet post Bellenzinum, quod dictũ Bar.in d.l.j.non est verũ:nec procedit extra territoriũ, nisi inter subditos, ẽt rõne solius cõtract⁹. Addo, quod idẽ vr̃ velle Bald. in d.l.exẽplo.prout põderat Ias.in d.l.si nõ speciali. in secũdo notab.Idẽ vult Soc.in cõs.149.vers.circa secũdũ.li.j.vbi, dicit quod† cõsuetudo, per quã datur fides libris mercatorũ, nõ extenditur extra territoriũ.Sed aduerte, quia opin. Bar.vr̃ cõmunis.Ex dictis aũt doct.suprà alleg. ꝓ opi. Bar. apparet, quod nõ solùm† scriptura facta secundũ solẽnitatẽ vnius loci, vbiq; probat:sed ẽt si sit scriptura omninò priuata, nullã habẽs solẽnitatẽ, putà liber mercatoris, si ei detur fides per statutũ, aut cõsuetudinẽ, probat vbiq; : vt per Bal.in d.l.exẽplo.in l.ij.in tertio not C.de prob. sequuntur Moder.in locis s̃.alleg.idem libros mercatorum sequitur Crotus in l.oẽs populi.vers.Secundò quæritur.ff.de iusti.& iur.licèt Corn.nõ fuerit ausus decidere in cõsi.319.vers.nec obst.si dicatur quod dicta consuetudo.li.iij.nec Soci. dicit contrarium in d.consil.149.li.j. quia nõ dicit, quod tales libri vbiq; probent, tantùm dicit, quod restringitur consuetudo ad libros scriptos in loco consuetudinis, Itaq;(modo sit scriptus in loco consuetudinis) probabit vbique. Æquè videtur† cõmunis illa opinio, quod scriptura archiui nõ probet extra territoriũ ipsius archiui:sed nisi detur ratio diuersitatis inter istos duos casus, oportet alterum necessariò corruere.Puto rationẽ diuersitatis esse, q̃a ĩ archiuis nõ solẽt seruari scripturæ, nisi cõcernentes publicũ interesse:& in quibus agitur de grauiore prẹiudicio, & ob id quod ratione grauioris præiudicij difficiliùs fiat extensio extra territorium. Secundò, consideratur grauius præiudicium in scripturis vnius archiui, si vbique probarent

7 8 9 10 11

quia difficiliùs poſſunt impugnari, & reprobari de falſo, quàm aliæ ſcripturæ priuatorum, ratione cuſtodiæ, & diuturnæ occultationis. Tertiò conſidero, quòd in iſtis ſcripturis archiui publici præſupponitur, ꝙ aliundè ſcriptura ſit oĩnò priuata, non confecta ſecundũ ſolennitatẽ loci: & faciliùs fit extenſio in conſuetudine exorbitanti, aut limitatoria, quã in correctoria: per ea, quæ no. in l. ſi cõſtãte. ff

12 ſolu. mat. & † in cõſuetudine aũt qđ credatur ſcripturæ oĩnò priuatæ, illa in diſtinctè non valet: vt infrà videbimus.

13 ¶ Secundò † ſublimitatur dicta quarta limitatio, vt nõ procedat, qñ ageretur de crimine: quia nõ probatur crimẽ ex ſcriptura minus ſolenni, licèt reperta in archiuo publico. Iaſ. in conſ. 34. li. j. Aduerte tñ: quia Iaſ. non ſe fundat ex eo, ꝙ talis ſcriptura dicatur minùs ſolẽnis: ſed quia per inſtrumentũ ẽt ſolenne, & publicũ crimen probari non põt. Bar. in l. in ſenatuſconſultum. in princ. ff. ad Turpil. Bal. in l. cõtra negantem. C. ad legẽ Aquil. de quo latè per Fel. in c. cũ

14 in eccleſiis. de maiorita. & obediẽ. ¶ Quintò † limitatur dicta concluſio, vt non procedat in ſcriptura priuata, longo tempore obſeruata pro publica. Alex. in d. conſil. 138. verſic. idẽ voluit Ioan. And. li. j. Allegat Ant. de Butr. in d. c. ij. verſ. octauus caſus. & ſeq. de fide inſtr. & quòd infrà dicam nu.

15 284. ¶ Sed aduertẽdum eſt † circa iſtud dictũ: quia ſi Alex. intelligit de obſeruantia ſcripturæ pro publica, ex eo, ꝙ ſæpiùs fuerit in iudicio producta, & habeatur perinde ac obſeruata pro publica, non videtur neceſſarium ꝙ longo tempore pro tali, & publica fuerit obſeruata, cũ ex vnica productione dicatur approbari: vt ſuprà latè vidimus in materia productionis. Niſi dicas, quòd illud procedit inter ipſas partes. Secùs, quò ad alios tertios cõtra quos neceſſaria videtur obſeruantia longi tẽporis, & de iſta obſeruantia loquitur Alex. in conſi. 187. li. vij. Bald. in l. exẽplo. C. de probatio. Bar. in extrauagãti, qui ſunt rebelles in vltima

16 glo. Geminia. in conſi. 15. Reuertende. Secundò † modò põt intelligi dictũ Alex. de obſeruantia, non ex productione & vſu ſcripturæ: ſed quia iuxta eius formã & tenorẽ aliquid fuerit obſeruatũ: putà in ſcriptura minùs ſolenni continetur, ꝙ Titius vẽdidit Sẽpronio fundum. reperitur, ꝙ Sempronius lõgo tempore tenuit illum fundum prout diſponitur in ipſa ſcriptura. Vel producitur teſtamentum minùs ſolenne: tamen reperitur, ꝙ legata fuerunt ſoluta ad formã

ipſius

ipsius testamenti: quo casu licèt certũ sit scripturã solennẽ non esse: tñ veritas facti, an ita actum sit, prout in scriptura cõtinetur, est in dubio. Quę dubietas videtur certificari ex obseruantia subsecuta, arg. l. minimè. & l. si de interpretatione. ff. de legib. & sic ista obseruãtia vr̃ habere vim testium deponentium super veritate facti, qñ scriptura non est solennis. & ꝙ † ex tali obseruantia detur fides scripturæ 17
minùs solẽni, tradit Cyn. in allegat. suis, quæ sunt inter cõsilia Bal. post cons. 400. Super primo puncto. lib. iiij. & dicit Bal. in consi. 402. quæritur, an per solã diffamationẽ. in fi. li. v. ꝙ instrumenta per sententiã & obseruantiã partium trãseunt perpetuã fidem. Idẽ voluit Ias. licèt præmissa non alleget, in cons. 161. li. ij. vbi ꝙ patientia † secuta iuxta tenorẽ 18
præcedentis instrumenti, non solennis, dat fidẽ instrumẽto: quia qñ patientia habet aliquod præambulum seu dispositionẽ præcedentẽ, præiudicat, & disponit. allegat Bal. in l. licet. C. de iur. delib. & in rub. de inuest. de re alie. fact. in vsib. feud. & ꝙ fides scripturæ nõ solẽnis iuuetur ex obseruantia subsecuta, scripsi in cons. meo. 101. & in cons. 158. Quib⁹ addo tex. in l. j. in l. ij. & l. si veritas. C. de fideicõmiss. vbi, ꝙ testamentũ minùs solenne censetur approbatum ex eius obseruãtia, & implemẽto. quæ iura citat Rom. in cõs. 222. Dubitatur. Sed hoc ĩtellige, qñ † expressa cõfessio præ- 19
iudicaret. Ideò in testamento nõ indistinctè hoc procederet: quia confitens testamẽtum esse factum, sed minùs solenniter, sibi non præiudicat: vt suprà vidimus, nu. 108. 120. ob id non præiudicat obseruãtia, nisi secundum terminos d. l. j. ij. & l. si veritas. C. de fideicõmis. Rursus in ista obseruantia habenda est ratio, an quis sciuerit, vel ignorauerit ipsam scripturã, & defectum eis, solẽnitatis in casibus, in quibus toleratur error iuris: per ea, quæ habentur in l. si certis annis. C. de pact. & ꝙ ignorãs defectũ solennitatis, nõ censeatur scripturã approbare: tradit Veronẽsis in cõsi. 53. per tex. in l. post legatũ. in pñc. vbi gl. & Bar. ff. de iis qb. vt indign. in l. postquam. vbi Bal. & Ang. & in l. legitimã. vbi gl. ff. de peti. hered. tradit Soci. in cõs. 79. li. iij. Deci. in consi. 608. ¶ Sextam † limitationem ponit Ias. in rep. d. l. admonẽdi. vers. adde sextum casum, quando priuata scriptura re- 20
peritur in actis, quia fidem plenam facit. allegat Bald. in l. ne in arbitris. in tertio notab. per illum textũ C. de arbitr. sed Ias. refert eundem Baldum in auth. offeratur. C. de litis

contesta.istud declarantem, quando notarius actorum redegit eam in actis,& proprio testimonio confirmauit.Idē dicit Ias.quando priuata scriptura fieret coram iudice,& corā testibus& publicaretur.alleg.Ant.de Butr.in d.c.ij.de fid.inst.Sed dicit Iaso.fidē tunc fieri propter testes,qui interueniūt in publicatione.Addo vltra Ias.Io.de Ana.in cōs. 40.vbi voluit,quod priuata scriptura facta in iudicio,pro-
21 bet,propter calorē iudicij.Simile† videm⁹ quod cōtra mādatū factū in iudicio,nihil opponi pōt.Ang.in §.fin aūt.instit.de satisd.per tex.in l.j.C.de satisd. Similiter subscriptio duorū notariorū aliâs necessaria,nō requiritur, qñ actus fit in iudicio.Dec.in c.sicut.de proba. Hypol. in rubr. C.de proba.versi.intellige ēt prædicta.Rebuf.in tract. nomin.in 12.q.princ.nu.17.pag.71.Addo dictum Bal.in consi.118.Quia plenissimè.li.iij.vbi,ꝙ notariatus probatur ex quasi possessione,ēt non longi tēporis, qñ fecit quis scripturas in iudicio:quia non est verisimile, ꝙ iudex eum tolerasset pro notario,si non fuisset:& sic calor iudicij multùm roboris
22 addit fidei probatoriæ.Ista aūt† sexta limitatio vr̄ procedere, dūmodò appareat scripturā factā esse in iudicio per attestationē notarij actorum,quo casu nō videtur scriptura omninò priuata,& solùm speciale videtur in tali scriptura,quod non requiritur illa solennitas, de qua in d.l.scripturas.C.qui pot.in pig.hab.sine testimonio aūt notarij actorum,esset absurdum,quod scriptura priuata reperta in actis fidē faceret:quia in actis multa producūtur,quæ fidē non faciunt.Ideò oportet, quod notarius actorū testetur, nō ꝙ talis scriptura in actis producta est, sed ꝙ apud acta
23 facta est,& †talis attestatio aut subscriptio notarij actorū vim habet subscriptionis testiū.Guido Papæ q.175.allegat Salic.in l.ad instructionem.C.de episc.& cler.& licèt Guido Papæ requirat ēt sigillum, illud est in literis iudicialibus quæ non recipiunt fomentum à consensu, aut regitu partiū:secùs in scriptura iudiciali,quæ fit de mādato,& volun-
24 tate partiū.¶ Septima† datur limitatio in libro rationū scribētis,qñ cōtinet verisimilia.Gul.de Cun.in l.edita.versi.sed quæro,quē effectū habet.C.de eden.vbi, quòd libro rationum tutoris,procuratoris,seu negotiorum gestoris,credatur cum iuramento scribentis,quando continet verisimilia:arg.l.si quis pro redemptione.C.de donatio.& l.per hās C.de erogat.mili.anno.lib.12.sequitur Bal.in l.j.ante ii.C.de eden.

edend.& ibi Alex.ante fi.ver.extra gl.& ibi Alex.in conf.54. verf.& tantò magis.lib.ij Deci.in d.l.j.in ij.not. C.de eden. ¶ Sed † aduertēdum est circa hanc limitationem ad multa, 25
& primò dum videntur æquiparari tutor, procurator, & negotiorū gestor circa fidē librorū. Nam videtur, quòd inter eos magna fit differētia.& in primis nō videtur magna differētia inter tutorē,& negotiorum gestorem: quia officium tutoris est necessariū, gestoris verò negotiorū voluntariū & magis videtur imputandū negotiorū gestori, qui vltrò se ad gerendū obtulit, cur non cautiùs sibi prouidit, quā tutori: arg.l.si fideiussor.§.qui necessaria.ff.qui satisf. cog. Rursus tutoris persona videtur approbata, siue à testatore, siue à iudice, q̄n sumus in tutore testamētario, vel datiuo, cuius approbationis ratione fides maior habēda videtur eius scripturæ quā scripturæ vnius negotiorū gestoris: per ea quæ s̄. dicta sunt in ij.limit.& per ea, quæ statim dicā in scriptura ꝓcuratoris. ¶ Similiter † nō benè videtur 26
æquiparari procurator tutori,& minùs negotiorū gestori: quia persona procuratoris, expresfè,& immediatè approbatur à dño constituēte, siue ad iudicia, siue ad negotia,& dñs constituēdo procuratorē, videtur confessus de eius legalitate. ob id scriptura vnius procuratoris sic approbati, maiorē fidem videtur facere,& plenè videtur probare pro scribēte cōtra constituentē cum iuramēto ipsius scribētis. & ita hac ratione in libro præpositi negotiationi exercendæ decidit Paul.de Castr.in cōs.314.omisso primo.lib.ij.allegat nota.in l.fi.§.in cōputatione. super gl.in verf. approbauerit.C.de iur.delib & l.fi.§.vt autē. C.de bō. aucto.iudi. possi.l. Theopōpus.in argumen.ff.de dote prælega. Ad idē facit, quod Soci.scribit in conf.29.verf.prætereà, etiā prædicta comprobantur.lib.ij.vbi dicit, quòd scripta à cōi institore, cōtinētia data & recepta præsumūtur scripta de volūtate & mādato sociorū: q̄a præsumitur pro institore deputato & approbato ipsis partib⁹. ¶ Secūdò † aduertēdū, in 27
lib.administratoris, putà tutoris, curatoris,& similiū, quorū ꝑsonę nō ita immediatè à ꝑte approbātur, q̄ nō simpliciter liber ille videtur fidē facere, ēt in verisimilibus,& cū iuramēto. Quid enim, si agatur de magna sūma? Certè si in magnis fidē faceret, occasio videret̄ ꝑstari delinquēdi, & pupillos aut adultos spoliādi.& sic dict.illud Gul.de Cun.in d.l.edita.restringēdū videtur ad sūmas paruas aut medio-

cres: non etiam intelligẽdum in summis magnis, quæ res arbitrio iudicis cõmitti videtur. ita Alex. in cons. vlt. vers. consideratur etiã aliud. lib. vij & in expẽsis magnis, ꝙ non probẽtur lib. rationũ administratoris: tradit Ang. de Castr. inter consilia Calca. in cons. 94. ver. quantũ verò ad secundum de expensis. Bal. in l. id quod pauperibus. ante fin. vers. secundo quæro. & in l. nulli. vers. ex prædictis sequitur determinatio. C. de epis. & cler. quẽ refert, & sequitur Pau. de Cast. in cons. 301. Ad benè examinandũ. in tertio dubio. lib. j. Deci. in d. l. in secũdo not. C. de edendo. & in d. c. ij. ver. eo-
28 dem modo. de fid. instr. ¶ Sed cõsidera † circa istas summas magnas, ꝙ imò videntur probari libro rationũ, si sunt verisimiles ex eo, ꝙ scribit Bart. in d. l. fi. §. in computatione. vers. vltimò possumus dicere. C. de iure delib. vbi ꝙ etiam expensam magnã iudex taxat, inspecta qualitate causæ, in qua expenditur: prout etiã dicitur de expensis litis, si iudex taxat expensam magnã, secundum qualitatem causæ: quid aliud importat qualitas causæ, quã ipsa verisimilitudo? Si enim qualitas causæ, ob quam expensum sit, non suadeat tantã expensam, quanta in libro descripta sit, iam liber dicitur continere expensam non verisimilem. & ꝙ Bart. voluerit expensam magnã probari libro rationum, quando est verisimilis, adduco Soci. in cons. 82. vbi Soci. allegat. Bart. in d. §. in computatione. velle expensam probari assertione tutoris, quatenus est verisimilis: per l. fi. de adm. pup. præ. & tamẽ dum Bart. allegat d. l. fin. loquitur in ista expẽsa magna. ob id tota vis consistere videtur in ista verisimilitudine, an sit vehemens aut leuis. Quid enim, si administrator scripsit in libro se dedisse anulos aut iocalia pro sorore pupilli, aut adulti, etiã magni valoris, & hoc sit multũ verisimile, secundũ qualitatẽ personarum, & consuetudinẽ regionis, & ipse administrator sit persona legalis, & fide digna? Vel quid, si etiam de summis magnis administratores instrumenta fieri facere non cõsueuerunt? Certè isto casu cessare videtur fundamentum Bal. in d. l. id, quod pauperibus. & d. l. nulli. C. de epi. & cle. vbi voluit imputãdum esse administratori, cur nõ curauerit instrumẽ-
29 tum fieri de summa magna. nã dico † culpã administratori imputandã non esse, si id non egit, quod ab aliis fieri consuetũ non est. sed satis est, ꝙ imitatus fuerit consuetudinẽ aliorũ omnia describẽdo in libro rationũ. l. si pignore. §. j.

vbi

vbi Bar.ff.de pig.act. Pau.de Cast.in cons.423.quia scio. li. j.vbi quod sufficit fieri,quod ab aliis cõsuetũ est fieri.& in pulchro casu tradit Anch.in cõs.348.pro decisione Ioan.de Anan.in cõs.71.Aret.in cons.31.considerata. prætereà,vt in facto.Cor in cons.108. vers. nec etiam obstat,ꝙ plures.lib. j.& in consil.28.lib.iij.cum simil. Et in terminis ꝙ expensæ magnæ probentur libro rationũ administratoris,qñ de ea instrumenta fieri non cõsueuerunt: tradit Cor.in cons.81. lib.quarto. Ad idem facit Abb.in cons.36.lib.ij.vbi quòd liber rationũ probat pro scribente in iis, de quibus instrumenta fieri non cõsueuerunt. ¶ Considero † etiã circa magnitudinẽ causæ aut expensarũ, quod illa probatur solo libro rationũ cum iuramento scribentis, quando talis expensa probatur verisimilis ex euidentia operis: putà testator mandauit cõstrui capellã, quã tutor ædificari fecit, vel domus minoris refecta est. euidentia enim ædificij satis arguit veritatẽ ipsius libri.ita Bal.in d.rub. C de fide instr. versic.sequitur videre quid si ex alio expẽsa magna sit verisimilis,& ex aliis coniecturis? certè idẽ iuris videtur statuendum: vt ibi,per Bal.& verisimilitudo est illa,quæ totũ facit, siue expensa sit parua, siue magna.bene fateor quod verisimilitudo maior desideratur in expensa & causa magna, quã in parua. ¶ Non omitto † circa dictũ Bal.in d.l.id, quod pauperibus.& in d.l.nulli,C.de episc. & cler. ꝙ ex eo videtur impugnari dictũ Pau.de Castr.in d. cons.3'4.lib.ij. vbi voluit stãdum esse libro institoris etiam pro eo, aut in eius fauorẽ contra dominos cõstituentes, quasi eius fides censeatur approbata.nam Bald.in d.l. nulli. ex hac ratione primò arguit in fauorẽ executoris, ꝙ eius assertioni & libro rationum credatur, quasi eius conscientiæ totũ commissum sit:& tamẽ contrariũ determinat Bal. ꝙ imò ei nõ credatur in summis magnis, sed ꝙ ei videtur imputandũ, cur non super magnis instrumentum fieri curauerit. Solutio, dici potest, quod, data paritate terminorũ, nulla sit repugnantia inter dictũ Bald.& Pau.quia aut est in vtroque consuetudo, ꝙ de magnis fiant instrumenta:& idem in vtroque videtur dicendum. Aut est consuetudo contraria, quod non fiant instrumenta: & idem similiter ius. Aut nulla probetur cõsuetudo:& tunc fortè dictũ Bal. videtur verius,etiã in institore. Nec obstat approbatio domini præponentis eum: quia licet approbetur persona, non tamen

censetur approbatum eius dictum,& scriptura:vt habetur
31 in l.si quis testibus.C.de testibus.Pręterea, † cōstitutio institoris,censeri debet facta secundū dispositionē iuris cōmunis,& prout ius cōmune disponit.l.quęro.§.inter locatorem.ff.loca.l. Gallus.§.quidā rectè.ff.de lib.& posthu.l.si duo.vbi Bal.ff.de acq.her.c.ex literis.de const.cap.sedes.de rescrip.c.veniētes.de iureiur.Bar.& doct.in l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb. Baldus in l.precibus. versic.procedo vlteriùs & quæro.C.de impuber.Calderic.in consilio II.in fin.in titulo. de feudis. Itaque si ius commune disponit, quòd administratores de rebus magnis instrumenta confici curent, secundū ipsius iuris formam debet institor facere:cū aliter approbatus non dicatur,quàm ius disponat.
32 ¶ Tertiò,principaliter† aduertendū,pro declaratione huius septimæ limitationis,quòd in casibus,in quibus liber rationum administratoris probat,illud videtur intelligendum, dummodò scribēs sit persona fide digna.Bald.in d.l.vnic.C.de confessis.Alexand.in consilio vlti.lib.vij. Soci.in cons.161.vers.nec obstat,si dicatur.lib.ij. Et pro hoc facit:
33 nam stante statuto, quòd credatur iuramento † alicuius, oportet iurantem esse omni exceptione maiorem.dictum est Anto.de Alexā.in l.qui accusare.C.de edendo.sequitur Deci.in cōs.37.vers.iij.principaliter,ob id infamis infamia facti,non gauderet beneficio huius statuti. Felin.in c.fin.de testib.sequitur Ripa in.d.l.ij.ff.de dāno infect.illud etiā dictum Anto.de Alex. sequitur Ias.in repe.d.l.admonendi.vers.Trigesimosexto.Istud iuramentū.Similiter licèt stetur assertioni iuratæ eius,à cuius animo, aut cōscientia quid depēdet,istud intelligitur,dūmodò iurans sit bonæ famæ.glo.in c.significasti.in vers.si ita est.de homicidio.Bald.in l.falsus.C.de furt.Ias. in §.sed iste. nume. 96. inst. de actio.
34 ¶ Quartò,† procedit ista septima limitatio,cōcurrēte difficultate aliter probandi,quā per librū rationum:cū sit difficile super singulis actibus administrationis testes adhibere. Alexan.in d.con.vltim.lib.vij.Addo Bal.in d.l.antefi.C.de edendo.per l.rationes.C.de proba.& not.in d.l.fi.§.in cōputatione.C.de iure deliberan.& tradit Iaso.in repe.d.l.admonendi.vers.quartò principaliter.& ista difficultas probationis,argui videtur in actib9,qui cōmuniter fieri cōsueuerūt, sine præsentia testiū.& si sint actus,qui fiāt communiter in domo,tunc etiā per domesticos res probari poterit:
vt in

vt in terminis tradit. Cor. in d. cõ. 8. lib. quar. & talis difficultas satis est, ꝙ virtualiter, & effectualiter allegetur, licèt nõ expressè. Ro. in cons. 77. in princ. ¶ Quintò † requiritur vt 35
procedat hæc septima limitatio, ꝙ res, quæ probari debet per librũ rationũ, sit verisimilis: vt suprà sæpè dictũ est. & tradit Paul. de Castr. in cõsi. 114. In causa, quę vertitur corã domino vicario. in quinto dubio lib. ij. Ias. in d. l. admonẽdi, versi. quartò fallit. in prima lectura. Deci. in consi. 510. & in consi. 596. & pro hoc bonus text. in l. sancimus. & authẽ. ibi posita, C. de iudi. vbi qñ statur assertioni alicuius de expẽsis, intelligitur dũmodò dicat verisimilia. Quæ iura ad propositũ nostrum citat Aret. in cons. 159. Longa. vers. intentio tamen Bald. Soci. in cons. 82. lib. iiij. vbi etiam Soci. allegat text. in l. fi. C. de alim. pup. præstan. Et de ista † verisimilitu- 36
dine, iudici constare debet. Alex. in d. cons. vlti. lib. vij. Constare autem debet per probationes, non per diuinationes. Bald. in con. 78. Textus. lib. iij. Probationes autem cõsistũt in cõiecturis, cùm aliter probatio fieri non possit. & coniecturæ idoneę erunt, qualitas causę & personarũ, facultates bonorum, legalitas scribentis, cõsuetudo loci, & familiæ. Si. n. expensa non sit excessiua, secundũ vires patrimonij, & qualitatẽ personæ eius, cuius bona administrantur, & scribens sit bonæ famæ, & in alijs personis similis conditionis & patrimonij talis expensa fieri cõsueuerit, certè dicetur tũc liber cõtinere. verisimilia: talis etiã verisimilitudo haberi poterit per relationẽ expertorũ aut peritorũ in arte. Paul. de Castr. in cõs. 114. in v. dubio. lib. ij. secũdũ impressionẽ nouissimã. Et pro † hoc, ꝙ liber rationũ probet ratione 37
verisimilitudinis, facit Ang. in cõs. 367. vers. & secundũ ea, quæ vidi, vbi, ꝙ testi aliàs nõ idoneo creditur, quãdo deponit verisimilia. ¶ Similiter statur assertiõi iudicis, vbi aliàs nõ staretur, qñ illa est verisimilis. Anch. in cons. 277. Ex prędicta facti narratione. quod est repetitũ in cõs. 439. ¶ Similiter † statur cõfessioni alterius, etiam in præiudiciũ tertij, 38
quãdo illa est verisimilis: puta, quando maritus asserit se emisse bona de pecunia vxoris: nã statur tali confessioni etiã in præiudiciũ creditorũ, quando est verisimilis: quia vxor aliũdè haberet bona. Salic. in l. si mater. C. de contrahend. emption. Idem in confessione patris, qui cõfitetur se habuisse pecunias à filio. nam licèt sit multum suspecta: tamen attenditur, si verisimilis sit: quia filius esset in aliquo

exercitio.

exercitio. Ang.in cōsi.153.Pater emit fundū.sequitur Alex.
in cōsi.18.li.iij.Deci.in cōsi.95.versi.nec obstat, ꝙ talis cō-
fessio. Similiter licet non stetur simplici assertioni prælati
super benemeritis,quādo vult aliquē remunerare,tanquā
benemeritū de ecclesia:hoc tamē fallit, quādo talis asser-
tio esset verisimilis ex aliis cōiecturis.Bal.in l.iubemus.ij.
in fine prin.C.de sacrosanct.eccle.refert & sequitur Deci.
in c.quoniā cōtra.vers.sed responderi potest.de probat.de
39 quo scripsi in cōsi.50.& suprà nu.64.& 65. ¶Idē † econtrà,
nō attenditur cōfessio,quādo nō est verisimilis. Bal.in l.si
quis in hoc genus.versi.deinde noto.C.de epi.& cleri.cum
simil.vt Decius tradit in l.cùm te.ij.C.de transact. ¶Idem
40 † in testibus plenè deponētibus , quibus potest iudex fidē
non adhibere,quando deponunt nō verisimilia. Bar.Bal.&
Ang.in l.Lucius.in fi.ff.de iis,qui not.infamiæ, quos ita in-
telligit Felin.in c.auditis.de præscriptio.Curtius iunior in
cōs.xvij.post med.& in cōs.52.vers.puto igitur. Idē in libro
rationū,de quo loquimur:cui nō creditur, quando conti-
net nō verisimilia:vbi aliàs crederetur.Alex.in cōs.84.vers.
41 præterea dicta scriptura.li.vij.¶Imò † fortius idem in pu-
blico instrumento,vt non probet,quando continet nō ve-
risimilia.Bal.in l.scripturæ.circa med. C. de fide instrumē-
to.sequitur Dec.in cons.xj.vers.nam quod non possibile.in
cons.94.vers.& in probationibus.in cons.189.vers.ij.ad hoc
facit.in cons.399.vers.sic et concludit Bald.Curtius iunior
in d.cons.17.& in cons.178.Addo.Abb.in cons.99.in fin.li.i.
42 ¶Idē † in iuramento,quod seruari non debet, quando cō-
tinet nō verisimilia.Soc.in cōs.194.vers.tertia ratio est.li.ii.
Allegat gl.inter alia.in c.nulli.in verbo:verisimiliter.de ele-
cti.li.vj.Idē in articulis dātibus non verisimilia, q admitti
non debent.Rota decisi.630.articuli.in antiquis.¶Iam ve-
43 r.similitudo adeò † est efficax,ꝙ probatio verisimilis suffi-
cit,vbi proceditur sola facti veritate inspecta.Bal.in l.solā.
in fin.C.de testibus:vbi, quòd sufficit probatio persuasiua
refert ꝙ sequitur Aret.in cōs.62.vers.prætereà dato. in con-
sil.84.versic.& hoc maximè est dicendum. & in consi.127.
In causa dominæ Antoniæ.versicul.& certè in casu nostro
tradit Deci.in capi.dilecti.de iudi in consil. 595. in consi.
631.in fin.& in cons.699 in fin.Addo Bal.in consi.240. Do-
natio.in fi. lib.j.vbi, quòd sufficiunt leuiores probationes
corā arbitratoribus:quia procedunt sola facti veritate in-
specta.

specta. Ista enim verisimilitudo tota fundatur in iure naturali, & dicitur cognata naturæ. Bal. in consi. 180. Mortuo filio. lib. iij. & ista verisimilitudo habetur pro lege. Oldr. in consi. 13. cùm quæstio. in fi. & idẽ iudicamus de verisimili, quod de ipsa veritate. Hyppol. in practi. cau. crimi. §. expedita. nu. 8. & in l. j. in prin. nu. 51. ff. de quæstio.

¶Sextò requiritur, † ad hoc, vt procedat hæc septima limitatio, ꝙ liber rationũ contineat data, & recepta, aliâs si data solùm contineret, non crederetur ei, etiam cõcurrentibus aliis circunstantiis. Alex. in d. consi. iij. lib. vij. post Ioã. Andr. Nicol. Matar. & Bal. per eum alleg. Addo Bar. in l. cõperimus. C. de nauicular. lib. xj. vbi, ꝙ non sufficit scribere recepta, nisi scribatur à quo receptũ sit nominatim, & ex qua causa. Rursus, ꝙ non sufficit scribere data simpliciter: sed scribi debet cui nominatim datũ sit. & similiter dies receptionis & dationis, scribi debet. refert & sequitur Cornæ. in cõsi. 196. col. fi. lib. iij. & ꝙ specificè & sigillatim omnia scribi debeãt in libro rationũ, puta ex tali fundo, à tali colono, & tali anno tm̃, vt possit reperiri veritas vel falsitas; tradit idẽ Bar. in consil. 150. Cũ prædicta examinarẽ. in fi. refert & sequitur Soc. in cõsil. 46. col. ij. post med. vers. ij. pars conclusionis. in consi. 73. libr. j. in consi. 159. in consil. 190. & in consi. 213. lib. ij. Ias. in consi. iiij. lib. iij Ex † præmis- 44

sis apparet, ꝙ licèt regulariter in scriptura priuata non requiratur appositio diei aut temporis: vt habetur in l. cùm tabernam. §. idem quæsiit. ff. de pignor. & dictum est suprà nu. 101. Istud tñ fallit in libro rationum: pro quo text. in l. j. rationes. ff. de eden. cum si. vt Alex. tradit in consi. 70. libr. j. & in consi. 77. lib. vj. talis tamen liber non continens debitam formam libri, puta data & recepta, probaret contra scribentem: licèt non pro eo. Purpuratus in d. l. admonẽdi. nu. 199. vbi tenet, quòd tantum probat, quantùm cõfessio, absente parte facta de quo infrà dicam.

¶Septimò † requiritur, ꝙ talis liber cõtineat causam. Ideò 46 si quis in libro rationũ scriberetur debitor sine aliqua cã, talis obligatio esset inefficax. l. nuda. vbi Bart. & doct. ff. de dona. l. ij. ff. de dol. me. exce. Alex. in consi. 182. lib. ij. in cõsi. 172. li. vj. Probaret tñ semiplenè talis scriptura causam nõ continens. Roma. in consi. 292. in fi. & in consi. 373. in ij. dubio. Cor. in consi. 99. lib. iij. Ias. in repe. d. l. admonendi.

¶Octauò † requiritur iuramentum scribẽtis, ꝙ iuret con- 47

tenta in libro rationũ, esse vera. Guli. de Cuneo in d.l. edita. & ita volunt oẽs doct. suprà memorati, tenẽtes quoties tenet librũ rationũ, fidem facere. Pro hoc facit dictũ Bart. in d.l. Theopõpus. ff. de dote præle. vbi stante statuto, quòd debeat stari dicto denũtiatoris, intelligitur, dũ modò denũtiator iuret ita verũ esse. tradit Ant. de But. in c. veniẽs. j. de testib. Alexan. in consi. 71. vers. Secundò rñdeo. lib. iij Ias. in consi. 147. lib. ij. & profectò plus satis absurdum videretur credi alicui in causa propria, sine iuramento: cùm illud sit necessariũ in teste deponente in facto alieno. l. iurisiurandi. C. de testib. c. fraternitatis. in fi. extra eo. tit. Imò ne quidem religiosis tale iuramentũ remittitur. in c. tuis. & c. nu
48 per. de testib. ¶ Sed quid, † si scribẽs sit mortuus? videretur dicẽdum talẽ librũ nõ probare: per ea, quę suprà diximus, in sexta quæstione tertiæ limitationis. vbi, ꝙ text. d.l. scripturas. C. qui potio. in pig. hab. non procedit, qñ aliqui ex testibus subscriptis essent mortui, qui suas subscriptiones recognoscere nõ possent. Contrariũ in hac difficultate determinat Pau. de Cast. in d. cõsi. 301. Ad bene examinãdũ. in tertio dubio, li. j. vbi, ꝙ mortuo scribente, liber rationum probat: quia eius mors vim habet iuramẽti. sequitur Dec. in d.l. j. in ij. notab. C. de eden. & in d.c. ij. ver. eodem modo. de fide instru. Imò ex eo, quod scribens mortuus est, liber eius rationum maiorẽ fidem facit. Bald. in l. cõparationes. ver. Cyn. firmat. C. de fide instr. & in l. inter chartulas. C. de conuenien. fisci debi. lib. x. refert, & sequitur decisio. Neapolita. decis. 40. in fi. Addo Bar. in d.l. admonendi. ver. circa secundum. Soci. in consi. 161. versi. nec obst. si dicatur. lib. ij. decis. Capel. Tolos. q. 496. & 161. Aufrer. Boërius in suis de-
49 cisionibus q. 105. & dixi in cõsil. 158. Et quod † dicitur de instrumento minùs solenni, aut defectuoso, quòd probat semiplenè notario mortuo. Bar. in d.l. admonẽdi. ver. quæro, quod si in instrumento. & ibi scribẽtes. Alex. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de ope. no. nun. in consi. 59. li. ij. & in cõs. 189. li. vij. Corn. in cons. 22. li. iij. & si scriptura defuncti fortiùs probat, non puto requiri maiorem legalitatẽ in scribente mortuo, idest, ꝙ fuerit persona magis legalis, atque si ageretur res ipso scribente superstite: licèt contrarium velle videatur socer meus Purpu. in d.l. admonẽdi. nu. 204.
50 ¶ Nec obstat † argumentũ in contrarium de d.l. scripturas. quia illud procedit in casu illius legis propter instrumentum

tum publicum alterius partis esset enim absurdum, quòd scriptura priuata cuius subscriptiones per testes in ea sub scriptos non recognoscuntur præferretur probationi instrumenti publici. Rursus procedit ille text. quia, mortuis testibus, non ita probari potest, ꝙ ipsi subscripserint: nos verò loquimur in libro rationum, de cuius scriptura non dubitatur, quin facta fuerit à defuncto, ob id stante hac certitudine mortuo scribente dicitur maioris fidei.
¶Nonò, †requiritur in tali libro rationũ administratoris, 51
vt fidẽ faciat, ꝙ solùm cõtineat rõnes eius, cuius bona aut negotia administrat quis, sine alia mistura rationũ ipsius administratoris: aliâs talis culpa in eo deprehenditur, ex qua iuramẽtum in litem deferri posset. Soc. in d. consi. 159. ver. ij. probatur. li. ij. allegat Imol. post Inn. & Ant. in c. cum in officiis. de testa. Bal. in authen. licentiam. ver. sed reuoco ad dubium. C. de episc. & cler. ¶Ampliatur †nunc præmissa 52
conclusio, ꝙ liber rationũ administratoris probat cõcurrentibus nouẽ requisitis, de quibus suprà, vt procedat etiã in fauorẽ absentis. Bar. in d. l. nuda. ver. quæro, quid si in libro rationum. ff. de dona. vbi, ꝙ scriptura semper loquitur: ideò perinde est, ac si cũ pręsentes res acta sit. seqtur Pau. de Cast. in consi. 433. Visis oĩbus suprà scriptis. lib. j. Alex. in consi. 245. li. vj. vbi Alexã. ꝙ hoc sine dubio procedit in ijs, qui consueuerunt facere & tenere librum rationũ: quia tacitè vr̃ eis mãdatum, quòd ita scribant. Idem tradit Feli. in c. si cautio. in decima fallentia, de fid. instr. & latiùs in d. c. ij. ver. secunda cõclusio. eo. tit. Areti. in consi. 51. Videtur dicendum. in princ. ¶Et quòd non † noceat absentia in scri- 53
ptura: tenet Soci. in consi. 64. in fi. li. iij Bal. Nouel. in tracta. de dote. in vj. parte priuilegio. 78. ver. nec obstat ratio Bart. vbi tñ quòd hoc procedit, quãdo verba scripturæ directò diriguntur in absentẽ, vt creditorẽ: secùs, si enũtiatiuè fieret mẽtio de absente, & propter aliud. Bar. etiã opinio in d. l. nuda. ꝙ absentia †partis, nõ noceat in cõfessione, q̃ fit per 54
scripturam, gñaliter tenet & defendit Dec. in d. c. ij. vers. ij. Abb. cõcludit. de fid. instru. Aliquas alias declarationes ad hãc ampliationẽ, tradit Fel. in d. c. ij. vers. secunda cõclusio. de fide instr. quas ibi videre liceat. Aduerte tamẽ, quòd in præiudiciũ ipsius scribẽtis, nõ videtur necessaria illa nouẽ reqsita. ¶Sed qd in libro †sociorũ, an probet pro scriben- 55
te? Breuiter, aut talis liber sociorũ scriptus reperitur ꝑ in-

ſtitorem ad hoc deputatũ per ipſos ſocios,& tunc ſine dubio videtur probare,tã inter ipſos ſocios, quàm pro ipſo inſtitore,cũ eius perſona fuerit approbata.& quia ſcripta per inſtitorẽ,videntur ſcripta per ipſos ſocios mãdãtes:regu.qui per aliũ.& tradit Pau.de Caſt.in d.conſil.314.lib.ij. Ideò quicquid reperitur ſcriptum in tali libro per inſtitorem,ſcriptum præſumitur de voluntate & mãdato ipſorũ ſociorum:vt ſuprà dixi, allegando Soci.in d.cõſi.291.verſ. præterea etiam prædicta comprobantur.libr.ij.Idẽ,ſi talis
56 †liber ſcriptus ſit ab vno ex ipſis ſociis,tantùm,de cõmiſſione tamen aut mandato aliorum:de qua cõmiſſione apparere debet.Alex.in conſi.186.lib.ij.& ſufficeret apparere de tali cõmiſſione tacitè probando,ꝙ ſcribẽs eſſet ſocius, & ꝙ ipſe ſolus conſueuerit ſcribere negotia cõputa ſocietatis,aliis ſociis ſcientibus & non cõtradicentib.imò ipſo
57 tali libro vtentibus aut eo ſe iuuãtibus.mandatũ enim†tacitè probatur ex ſcientia,& patientia partis, ex eo ꝙ quis agit ſciente & patiente domino.Inn.in c.ex parte decani. de re iud.Ab.in cõſ.vij.in ſecũdo dubio,& in tertio dubio. lib.ij.Calderi.in conſi.iiij.in tit.de procu.Bart.& doct.in l. ſæpè.ff.de re iud.deciſio Neapolit.deciſ.308.nu.8.& hoc dictum Inn.pro ſingulari refert,& ſequitur Alex.in cõſi.157. verſ.bene facit,quod ſingulariter.lib.ij.hoc etiam dictum ſequitur in ciuilibus cauſis,non etiã in criminalib.Bertachi.in prima parte ſui repertorij,in verſ.agere.ver.39.& licèt dictũ Inn.patiatur multas difficultates,maximè in extraiudicialib.vt per Alex.in cõſ.80.Viſo proceſſu.& ſi.libr. iiij.vbi,ꝙ illud dictũ Inno.magis cõmuniter improbatur. Similiter Aufrerius in dec.cap.Toloſ.q.271.circa iſtud dictum Inno.refert doct.pro & cõtrà:nec aliter determinat.
58 Fortius†voluit Guido Papæ q.40.ꝙ licèt dñs cõpareat in cauſa cũ aliquo,quẽ aſſerat ſuũ procuratorẽ : ex hoc cẽſetur cõſtitutus procurator.quod tñ dictũ cõfunditur ex iis, quæ Alex.ſcribit in l.ſæpè.verſ.vij.ſaluari poteſt.ff.de re iudi.tñ iſtud dictũ Inn.videtur procedere in caſu noſtro,cũ faciliùs cẽſeatur quis cõſentire in facto vnius ſocij,quàm alicuius extranei,ex his,quæ ſcribit Alex.in d.l.ſæpè.ver. ij.poteſt ſaluari.vbi,ꝙ dictum Inn.procedit in coniuncta perſona,vel in amico agente pro coniuncto,vel amico:quia tunc ex patientia & taciturnitate arguitur mandatũ.Idem & à fortiori dicendum videtur in ſocio,cum habeat ius in

rebus

rebus communib. super quibus liber rationũ conficitur.
¶Si verò † talis liber rationũ scribatur ab omnib. ipsis so- 59
ciis: q̃a modò ab vno, modò ab alio, (prout necessitas desi
derat,) sine dubio videtur fidẽ facere: vt per Bal. in d. rub.
C. de fide instr. vers. sequitur de scripturis sociorũ. Alex. in
d. cons 186. lib. ij. Soci. in d. cons. 162. in d. consi. 291. & in con
sil. 240. versi. 4. & vltimo lib. 2. Corn. in consi. 319. lib. iij. Dec.
in consi. 68. in fi. primi dubij.
¶ † Sed quæro hîc, an in tali libro rationũ sociorũ, ad hoc, 60
vt probet, requirantur illa nouẽ req̃sita quæ suprà dixi ne
cessaria in libro rationũ vnius administratoris? loquor, vt
probet in fauorẽ scribẽtis. doct. nõ aperiũt, sed simpliciter
loquũtur, excepto de verisimilitudine: q̃a volunt rẽ descri
ptam esse verisimilem: vt probetur per librũ rationum. Ita
Bal. in d. rub. de fide instru. Alex. Soci. & Cornæ. in d. consi-
liis suprà allegatis. tñ putarem requiri etiam iuramẽtum
& alia requisita, nisi in aliquibus. Puto † enim hãc esse dif- 61
ferentiam inter librũ sociorum, & administratorũ, q̃ in li-
bro sociorum non fiat distinctio, an summa sit parua, vel
magna, dũmodò sit verisimilis: nisi aliud habeat cõsuetu-
do. Similiter, q̃ non quæratur in tali libro sociorũ an ver-
setur difficultas probandi, vel non: putarẽ tñ opponi posse,
q̃ persona socij sit fidei non integræ, si aliqua improbita-
tis indicia de nouo post cõtractã societatẽ supuenissent:
cũ aliàs approbata cẽseatur socij persona. & in oĩbus locis
cõsuetudo seruãda est, si qua sit circa libros sociorũ: p tex.
in d. c. cũ dilectus. de fid. instr. & sine dubio nõ vidẽtur ne-
cessaria illa nouẽ requisita, qñ in tali libro oẽs socij scribe
rẽt: q̃a sic scribẽdo vidẽtur eorũ scripta inuicẽ approbare.
¶ Quid † in libro alicuius officialis de publico deputati, an 62
fidem faciat: licèt talis persona non sit publica, i. notarius
publicus? Dic, q̃ sic. Bart. in l. quædam. §. nũmularios. in fi.
ff. de edend. & ibi Ias. Alex. in consi. 179. in princ. lib. vj. Soci.
in d. consi. 159. in prin. lib. ij. & in consi. 205. versi. tertiò pro-
batur. eo. lib. ij Dec. in d. c. cùm causam. versi. & ista limita-
tio ampliatur. de proba. Ias. in repet. d. l. admonendi. versic.
circa tertium casum. Addo Bal. in consil. 249. Super libris.
lib. j quod est repetitum in cõsi. 400. lib. v. vbi, q̃ liber the-
saurarij præsumitur verus: ad quem recurritur tanquã ad
speculum & fontem veritatis: per tex. in l. j. C. de exact. tri-
bu. lib. x. & in §. publicorum. in authen. de manda. princ. &

tradit idem Bal. in consil. 265. Creditor. lib. j. & de scriptura officialis fiscalis, tradit idem Bal. in consi. 353. Literis. lib. 4. Imo. in consi. 37. in secundo dubio. ¶ Intellige hanc cõclusionem procedere in officialibus de publico deputatis: secùs in officialibus priuatis: puta in libro massarij alicuius communitatis. Alex. in d. cõsil. 186. li. 2. allegat Bal. in l. Imperator. ver. sed an creditur. ff. de statu homi. Bal. etiam refert, & sequitur Ias. in repe. d. l. admonendi. versi. nunquid
63 autẽ partes. ¶ Sed dubito † de hac limitatione si enim massarius electus est ad officium massariatus per cõmunitatem, nonne dicitur deputatus de publico? quare ergo scriptura aut liber eius, non debet fidem facere, si eius officiũ se extendat ad contenta in tali libro? bene fateor, quòd si aliqua scriberet non pertinẽtia ad eius officiũ, ei nõ crederetur, per ea, quæ infrà dicã. & si dictum Bal. sit verũ, oportet falsam esse conclusionẽ suprà firmatam, quam tñ doct. communiter tenent. Puto Igitur dictum Bal. nõ procedere. Nec obst. tex. per eum allegatus in l. 2. C. de cõuen. fisci.
64 debi. li. x. Vbi si soluens † tributum debitum, fisco reportauerit quitationem à thesaurario aut ab exactore, cui soluit, non subscriptã à notario, nõ plenè liberatur: quia dico illud non esse ex eo, quia talis quitatio non probat. Patet: quia tex. vult, ꝙ priùs fiscus teneatur agere cõtra officialẽ, aut exactorẽ, cui solutũ est, quã agat contra debitorẽ, cui soluit. Profectò, si solutio nõ probaretur per talẽ scripturã illius exactoris publici, nõ posset fiscus ex ea agere contra ipsum exactorem, ꝙ igitur soluẽs non plene liberetur: sed teneatur exactore facto non soluẽdo: illud fit, q̃a debitor malè soluit: quĩa per illud tp̃s duo erãt officiales deputati circa exactionẽ tributorũ fisci. Vnus, qui pecuniã recipiebat, alter, qui scripturas de recepto subscribebat: vñ nõ poterat primus exactor soluẽtẽ plenè liberare, nisi scriptura solutionis ab altero, qui tabularius dicebatur, esset subnotata. & ita declarat Bar. in d. l. 2. Idẽ Alex. & Iaso. in d. §. nummularios. ob id & Bal. in d. l. Imperator. & Alex. in d. consil.
65 186. li. 2. nimium † generaliter & simpliciter locuti sunt, dicentes scripturam massarij communitatis fidem nõ facere, nisi à notario subscripta sit: quia istud de iure nõ procedit, nisi aliter haberet statutum aut consuetudo loci. Iam contra Alex. adduco ipsummet Alex. sibi contrarium in d. §. nummularios. in secundo notabili, vbi expressè arguit con

contra illud dictum Bald.in d.l.Imperator. & idem tenet Alexan.in consi.136.versicu.item etiam de solutionibus.libro secundo, vbi quando communitas agit contra forensem ratione collectarum, ad quas dicit forensem obligatum ex consuetudine propter solutiones factas per ipsum forensem.dicit Alex.quòd solutiones eiusmodi probantur per librum massariorum ipsius cõmunitatis, nec aliquid dicit de subscriptione notarij.Imò allegat Bar.in d.§.nummularios.qui simpliciter in libro talium officialium loquitur: nec intelligitur persona notarij extrinseca: de qua Bart.& docto.non loquuntur.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de verb.oblig.& pro hac opinione adduco Fede. de Senis.in consi.119.Nulli dubium.vbi, quòd creditur libro deputati per Episcopum aut clerum ad scribendum librum rationum.Nam si creditur nuntio vili in pertinentibus ad eius officium, multò magis credi debet libro talis officialis.

¶Secundò † intellige, quòd talis liber officialis de publico 66
deputati, probat pro tertio, aut contra tertium: nõ autem in fauorem ipsius scribentis.Bar.& docto.in d.§.nummularios.Ias.in consi.103.lib.j.Nam secundum Bart.& docto. etiam instrumentum publicum notarij, non probat pro eo.l.de eo.& l.diuus.ff.de falsis.& C.de his, qui sibi ascri. per totũ: minus debet probare talis liber officialis publici in eius fauorem.Et de † notarij scriptura, quòd solũ pro- 67
bet contra eum, nõ pro eo, tradit Bal.in consi.43.Quædam scriptura.lib.1.quod est repetitum.in consi.467.lib.v.Bart. & Bal.in l.si consul.ff.de adop.Bar. in l.2.ff.de stipul.seruorum.Alexan.& Moder.in l.sciendum.ff.de verborum obligatio.Idem Alexand.in consilio 184.versicul. concurrit etiam.& in consilio 185.versicul.accedit etiam ad corroborationem.libro septimo.Decius post Felinum in capitul.quoniam contra falsam.versicul.tertiò per Abbatem colligitur.de probationibus.

¶Sed puto † aduertendum circa hoc: quia si officialis de 68
publico deputatus aliquid scriberet pro se, quod pertineret ad eius officium, videretur ei credẽdum: puta in massario cõmunitatis, si teneatur reddere rationem administratorum per eum ipsi communitati, de concernentibus eius officium, qua re minùs ei credetur, quàm vni priuato administratori conficienti librum rationum: imò ma-

gis videtur credendũ libro vnius officialis ratione publici officij, quã scripturæ vnius priuati administratoris: argu. l.ij.in vers.quod non arbitramur. C.de offi.ciuil.iudic.c.in nostra.de procu.c.in præsentia.de renuntia.& in terminis tradit Iaso.in l.decem.in fi.ver.multũ enim præsumitur.ff. de ver.obli.Priuatus enim administrator solùm à priuatis approbatur: publicus autẽ à tota vniuersitate: pro qua est maior præsumptio, quàm pro vno particulari. Old.in cõsi. 313. Thema tale est, contra promissionẽ.vbi, ꝙ præsumitur capitulum habere maiorẽ zelum, & maiorem affectionẽ, quàm vnus particularis. Similiter magis præsumitur pro cõsilio vnius collegij doctorũ, quàm pro cõsiliis particularium. Abb.in c.prudentiã.in prin.in iij.notab.de offi.delega. Deci.in consi.615. Ias.in consil.43.libr.iij.& si creditur libro vnius institoris, aut procuratoris, eò ꝙ persona eius dicatur approbata, vt suprà dictum est, quid dicemus in libro vnius officialis approbati per totam vniuersitatem? ¶Quod igitur dicunt doctores non esse credendum libro publici officialis pro se, puto intelligendum contra tertiũ: qui nõ approbasset, & cum quo res gesta non sit: vel quando aliquid scriberet alienum ab eius officio.

69 ¶Tertiò † intellige, ꝙ talis liber officialis probat pro tertio aut contra tertium, cum quo tñ res acta sit: per ea, quæ statim dicã in proxima declaratione, quò ad probationẽ semiplenã tantũ. Ias.in d.consi.103.col.j.libr.j.vbi loquitur in libro publicani, allegat Bart.& scriben.in d.§.nũmula-

70 rios. Sed puto † ꝙ Ias.malè dicat: quia Bar.& doctor.in d.§. nummularios dicũt, ꝙ libro officialis de publico deputati, datur plena fides: vt ibi per Alex.in ij.not.& dicit ibi Ange.ꝙ ita cõmuniter obseruatur. Nec obstant not.per Bar. & doct.in d.§.nũmularios.dum loquuntur de semiplena probatione: quia loquuntur in libris mercatorũ, qui non deputantur de publico.& Bart.apertè facit cõtra Ias.nam Bar.quærit an hodie libri nũmulariorũ: qa nõ deputantur de publico, sicut olim, plenè probẽt? & sic Bar.clarè pręsup ponit, ꝙ si idẽ esset hodie, ꝙ olim: qa argẽtarij & nũmularij deputarẽtur de publico, libri eorũ plenè probarẽt. Imò clarè istud dicit Bart.in fi.d.§.nũmularios.vbi dicit, ꝙ qua rõne libri argẽtariorũ, & nũmulariorũ olim plenè probabant: qa de publico deputabãtur: eadẽ rõne hodie probãt plenè libri officialiũ publicè cõstitutorũ.& loquitur in libris

bris publicanorũ, q deputãtur ad recipiẽdas gabellas, vel collectas. ob id dictum Iaſ. ꝙ tales libri ſemiplenè tantùm probent, videtur omnino falſum. & cõtrarium tenet ipſe Iaſ. in repetitio. d. l. admonendi. verſic. iij. caſu principali.

¶ Quartò † intellige, ꝙ tales libri officialiũ de publico deputatorũ, plenè probent inter eos, cũ quibus res geſta ſit: ſecus contra tertiũ abſentẽ: per regu. generalẽ, ꝙ res inter alios acta aliis nõ nocet. Puta, ſtat ſtatutũ, ꝙ de quolibet contractu ſoluatur gabella. venit emptor ad publicanũ, & ſoluit gabellã: dicẽs ſe emiſſe domũ à Titio, ipſo tñ Titio abſente, publicanus ſcribit in libro, ꝙ talis tali die ſoluit tantũ nomine gabellæ emptionis talis domus per Titium vẽditæ: nũquid talis liber faciet fidẽ cõtra Titiũ, ꝙ vẽdiderit ipſam domũ? certè non: quia factũ ſoluẽtis gabellã, nõ potuit tertio abſenti præiudicare. Ita Alex. in cõſ. 36. lib. v. Imo. in cõſ. 96. in fi. nec enim maior fides dãda ſit libris taliũ officialiũ, quã inſtrumẽto publico vnius notarij, ſed publicũ inſtrumentũ nõ probat cõtra tertios abſentes, quib. cõtrahẽtes præiudicare non poſſunt: vt habetur in d. l. admonẽdi. Imò dubitatur, an ꝓſit ipſis tertiis abſentib. ergo multò minùs prȩiudicabit liber talis officialib. de publico deputatis. Ideò videmus, ꝙ liber æſtimi nõ probat dñium in præiudiciũ tertij: vt per Alex. in d. cõſi 36. & tradit Dec. in d. c. cùm cauſam ſuper glo. j. de proba. in prin. de fide inſtru. latè Moder. in l. decem. ff. de verborum obligatio. 71

¶ Quintò † intellige, ꝙ probet talis liber officialis de publico deputati, in his tantùm, quæ pertinẽt ad eius officium, Io. And. in addi. Spe in tit. de inſtru. edi. §. nunc dicendum. circa prin. magnæ addi. quod dictũ pro ſingul. refert & ſequitur Aret. in conſi. 33. conſultatio. in j. dubio, & in cõſ. 44. in propoſita conſultatione. verſi. ſed etiam ex alio capite. cum ſimi. quæ Iaſ. adducit in repe. d. l. admonendi. verſi. iij. diligenter attende. in l. age. C. de tranſact. & in d. conſi. 103. lib. j. Dec. in c poſt ceſſionem. verſic. ſecunda concluſio. de probatio. addo Alex. in conſi. 113. lib. vij. 72

¶ Infertur † ex hac declaratione, ad vnam ampliationẽ dicti Alex. in d cõſi. 36. lib. v. vbi voluit, ꝙ ex ſolutione gabellæ pro contractu, non probetur cõtractus contra tertium abſentẽ, tanquã ſit res inter alios acta. nam idẽ vř, licèt ille tertius fuerit præſens: qa ad officiũ publicani aut exactoris gabellȩ nihil ꝑtinet de cõtractibus: ſed ſolũ de ſolutio- 73

nibus gabellæ.& ita in terminis tradit Socin.in consil.208. versi.tertio ex libris.lib.ij.

¶Sed ista ampliatio mihi non placet: quia, data præsentia contrahentium in solutione gabellæ ex causa contractus, videtur probari, ille contractus, non quòd officiũ exactoris gabellæ se extendat ad contractus, aut eorum probatio
74 nem: sed quia solutio † gabellæ pro contractu, necessariò probat ipsum contractũ contra partes præsentes, ex accessorio enim necessariò infertur ad probationẽ principalis. Ideò probata promissione vsurarum dotis, necessariò probata dicitur promissio ipsius dotis.l.ij.vbi Bal.C.de do.promis.tradit Dec.in rub.C.de edẽ.in l.si creditores.C.de pact. in c.prætereà.versi.& videmus, quòd probato.in c.prudentiam.§.si verò.de offic.delega.in rubri.extrà de iudic.versi. & quãdoque ex accessorio.in c.pastoralis.§.verùm.in iiij. notab.de appel.vbi rationem adducit in cõsi.588.& in cõsi. 682.Curtius Iunior in consil.168.Probatur igitur contractus ex solutione gabellæ, tanquàm in vim antecedentis necessarij ad ipsam gabellam.

75 ¶Sextò, intelligo † præmissam cõclusionem, quòd liber officialis de publico deputati, probat in ciuilibus vel in criminalibus, quando agitur de leui crimine: secus si de graui. Puta, constituitur quis denuntiator maleficiorum ab vniuersitate. iste denũtiator scribit in suo libro, ꝗ talis tali die egit tale quid, ex quo crimẽ graue nascitur. certè tali libro in grauibus fides non habetur. Alex.in consi.75.ver.& si dicatur, fuit descriptus.lib.v.allegat Bart.in l.diuus.versi.tertiò quæro.ff.de custod.reor.

76 ¶Sed quæro † iuxta pręmissa, an credatur tali libro officialis contra non subditum: Puta exactor collectæ scribit in libro suo collectam fuisse solutam per forensem, possidentem bona in loco. modò vniuersitas fundat ius suum contra forensem ex solutionibus præteritis, allegando præscriptionem aut consuetudinem. Alex.in d.consil.136.lib.ij.dicit talem librum fidem facere. Sed idem Alex.in consil.68. ver.accedunt etiam libri impositionum.libr.ij.quòd tales libri præbent adminiculum ad probandũ. Ego puto, quòd talis liber plenè non probat cõtra nõ subditũ: quia vniuersitas non posset constituere aut creare notariũ, qui posset instrumenta recipere extra territoriũ cõstituẽtis positum:
78 haberet aliàs potestatẽ notarios cõstituendi. † Solus enim nota

notarius cõstitutus à principe, põt vbiq; instrumenta recipere. Bar. in l. j. ff. de of. procõs. Rota deci. 291. Instrumẽta. in Nouis. Ias. in cõs. 168. li. iiij. Purp. in l. j. nu. 387. ff. de offi. eius. Eadem ratione vr̃, quòd officialis vnius vniuersitatis, nihil possit cõtra non subditos: & ꝙ eius fides, & auctoritas non extendatur cõtra forẽses extra territoriũ. Rursus † iste of- 78
ficialis vniuersitatis, seu exactor collectarũ, si examinaretur in testẽ ꝓ ipsa vniuersitate, nõ videretur testis idoneus cõtra vniuersitatẽ forẽsem: per ea, q̃ habẽtur in l. intãtùm. §. vniuersitatis. ff. de rer. diui. & in c. nuper. extra eo. tit. ergo videretur absurdũ, si detur fides eius scripturæ in ea cã, in qua nõ esset testis integer. & in simili arguit Bar. in l. si pater. ff. de fal. vbi arguit primò, ꝙ pater notarius nõ possit recipere instr̃m in cã filij: cũ pater pro filio testificari nõ possit. l. parẽtes. C. de testib. & licèt Bar. nõ obstãte illa rõne determinet cõtrariũ: tñ ratio, ex qua mouetur Bar. facit pro hac cõclusione. Ideò enim dicit Bart. potest pater recipere instrumentũ ad vtilitatẽ filij, & illud probat: quia rogatur pater ab vtraq; parte, & sic eius fides & persona approbatur. Quæ rõ nõ militat in casu nostro, qñ exactor collectarum scribit solutiones forẽses, à quo nõ rogatur, & q. rogitũ & scripturã negat. Prætereà † nõ sequitur: vnus est offi- 79
cialis de publico constitutus: ergo eius scriptura fidẽ facit ex eo, quod scribit. Io. And. in reg. cũ q̃d vna via. de reg. iu. li. vj. in merc. vbi, ꝙ notarius qui est procurator meus non põt in cã, in qua est procurator instrumẽta conficere rõne affectionis, quã habere pręsumitur in cã, nisi cogeretur ratione officij: quia esset notarius Episcopi. sequitur Dec. in cõs. 42. ver. iij. & præcipuè moueor. Quod tñ dictũ nõ puto procedere, qñ rogatur procurator ab vtraq; parte, per supra dicta. sed ista ratio affectionis vr̃ militare in isto officiali vniuersitatis, vt ipse de vniuersitate exonerẽtur per solutiones forẽsiũ. Et si dicatur ista rõ affectionis cessat, qñ officialis vniuersitatis esset vnus extraneus, nullũ prętẽdẽs interesse, siue teneãtur forẽses ad taleas, siue nõ. R̃ndeo, ꝙ qua rõne, vniuersitas nõ dr̃ testis oĩnò integer, & redditur suspecta: etiã talis officialis vr̃ suspectus: q.a † vbi caput est 80
suspectũ, etiã illi qui caput verisimiliter sequũtur, suspecti sunt. & idẽ de eis q̃d de capite iudicatur. Bal. in l. j. C. si rect. pro. Ab. & doct. in c. j. de iud. facit tex. ĩ c. accedẽs. j. & q̃d ibi Ab. vt li. nõ cõt. tradit Dec. in cons. 151. ver. modò sic, q̃d dr̃.

vers.ad hoc in quo tota difficultas.Ias.in cōs.16.in fi.lib.iij. Et licèt plures de vniuersitate possēt esse testes: tñ videretur absurdum, ꝙ vni officiali vniuersitatis tantū fides ha-
81 beretur.ob id puto,ꝙ talis † liber contra non subditum solùm adminiculetur: vt dicit Alex.in d.consi.68.libr.ij. Aliâs de facili daretur occasio delinquendi,& modū inueniēdi, quo forenses tenerentur ad onera,scribēdo solutiones ab eis factas.Faciet igitur fidē talis liber inter ipsos subditos, & intra territorium,& etiam extra territorium,inter ipsos
82 tamē subditos tantùm:quia † etiā notarius creatus ab inferiore,potest recipere instrumēta extra territoriū creātis inter subditos tñ.Pau.de Cast.in consil.226.Super primo, quo quæritur.lib.ij.in quo tamen contrariū tenuit Bellamera in cōsi.42.& latiùs,& in consi.43.quod est consi.Io.de Armio.sed pro Pau.facit Feli.in d.c.ad audientiam.versic. quintum non negant.de præscrip.
83 ¶ Sed hîc quæro † de vna qōne non minùs eleganti, quàm vtili in practica.Statuto cauetur,ꝙ solutio probari nō possit,nisi per instrumētū publicū,an satis erit eā probari per scripturā,aut librum talis officialis publici,aut de publico deputati,eo casu,quo eius libro fidem habendā diximus: hanc quæstionē tangit Rom.in cōs.77.in fi.& ibi determinat, ꝙ non:quia appellatione instrumēti publici, nō venit
84 talis scriptura:& solū † dicitur instrumentū publicū,quod est rogatū per tabellionē partibus præsentibus secundum eum.& tradit idē Roma.in cons.23.Nescio.in secundo dubio.Fel.in rub.de fid.instru.Dec.in c.tertio loco.in j.nota. de probatio.idē prȩsupponit Imo.in cōs.37.in ij.dubio.Sed cōtra istud dictū Roma.adduco Abb.in rubr.extrà de fide instrum.vbi,quòd appellatione publici instrumenti venit scriptura priuata,quæ tñ de se fidē faciat.& dicit Abb.hoc esse notandum pro statutis.Sequitur Dec.ibi in fin & licèt Abb.non exprimat,qñ fit mentio de instrumento publico: sed tantùm de instrumento.Simpliciter tàmen idem videtur,etiam qñ dicitur de instrumento publico.Soc.in cōsi. 63.lib.j.allegat Spe.in tit.de instru.edit.§.nunc dicendum.
85 ver.& generaliter.vbi,ꝙ scriptura † publica dicitur, cui de iure vel cōsuetudine speciali creditur:arg.c.cū dilectus.de fid.instr.& quod not.Inn.in c.j.eo.tit.& sic veniret appellatione publici instrumēti nō solū scriptura vnius officialis de publico deputati:sed etiam scriptura alterius personæ, quoties

quoties illa fidẽ facit. statutũ enim requirẽs probationem per instrumentũ publicũ, solùm videtur cõsiderare effectũ probationis, quòd scriptura fidem faciat. Quo casu cõsidero, quòd licèt appellatione instrumẽti publici nõ veniret scriptura priuata fidẽ faciens: tamẽ adhuc stãte tali statuto deberet sufficere probatio per talẽ scripturã. quia † in iis, in qui 86
bus cõsideratur effectus, nõ refert quid ex ęquipollẽtibus fiat. l. mulier. ff. ad Trebel. l. si mater. vbi Dec. in ij. no. C. de insti. & substi. & quod in pulchro casu scribit Pau. de Cast. in cõsi. 53. Statutũ. li. j. & tota vis huius quæstionis solũ videtur cõsistere, an in tali scriptura priuata fidẽ rñ faciente, sit eadem vel similis ratio, quæ in publico instrumẽto, aut maior, ad hoc vt sit locus statuto, per æquipollẽs: & an in casu ęquipollenti militet mens aut volũtas statuẽtiũ. ita Ias. in consi. 203. & in consil. 221. li. ij. Itaq; si sit talis scriptura, de cuius fide minimè dubitetur, adeò quòd militet & ratio, & mens statuentium, idem iuris videtur in tali scriptura, quod in publico instrumento, & sindicatus. Attenta hac ratione, sequeretur quòd etiã hac † ratione videmus, 87
quòd appellatione instrumentorum venit confessio. Ideò cõmissarius deputatus ad recipiendũ testes, & instrumenta, potest etiam recipere confessionẽ partis, quæ dicitur iudicialis. Rota decis. 585. Decreta. in antiq similiter licèt lex aut statutũ requirat probationẽ instrumentalem: tamẽ admittitur probatio per iuris præsumptiones. Bal. in l. j. vers. quæro, quid si statutum. C. de fideic. quod dictum pro nota. refert, & sequitur Deci. in rubr. extrà, de probatio. vers. hæc vera sunt, & procedunt. Addo Alex. in consil. 126. versi. fortificantur prædicta. lib. vj. & tradit idem Deci. in consil. 54. versi. nam solet dici: licèt istud dictum Bal. conetur impugnare Curt. senior in consil. 79. Domina Franceschina. vbi etiam Curt. quòd illud dictum posset procedere, quando statutum non esset contra ius, & non pararetur alteri graue præiudicium. Sed † dicet aliquis attenta ista ratio- 88
ne, sequeretur quòd posset etiam fieri probatio per testes, quando statutum requirit probationem per instrumentũ publicum: quia non refert, quid ex æquippollentibus fiat, quando consideratur effectus. Respõdeo, quòd in testibus non militat eadẽ ratio, nec mens statuentium, qui cõsiderauerunt finẽ breuitatis causę & occurrere voluerũt malitiis calumniãtium, & protelantiũ lites, & solutionẽ debiti.

ARGVMENTVM.

Liber officialis vnius monasterij, aut alterius collegij, an fidẽ faciat. Et an id extra monasteriũ pereat, & protendatur. Tum, vnde probationum adminicula soleant peti.

SVMMARIVM.

1 *Liber officialis vnius monasterij, aut collegij, an probet.*

2 *Liber monast. cõtinẽs solutiones pẽsionũ & cẽsuũ, an fidẽ faciat.*

3 *L. census. ff. de proba. an intelligatur de publicis instrumentis, receptis manu notarij, fidem habentibus indubitatam, aut de quibus scripturis intelligatur.*

4 *Libris monasterij plena fides datur quãdo agitur de modico praeiudicio. Quod quando sit, in arbitrio iudicis est situm.*

5 *Iuramentum administratoris monasterij, an sit necessarium, vt eius libro fides detur.*

6 *Liber rationum administratoris monasterij, facit fidem contra ipsum monasterium.*

7 *Liber ecclesiæ, continens solutiones annui census, an probat plenè contra soluentem, quando lapsum est sufficiens ad inducendum præscriptionem contra eum. & nu. 8.*

9 *Instrumenta publica ecclesiæ probantia solutiones census, an eis solutionibus probatur ius census, nisi finitum sit tẽpus ad præscriptionem sufficiens.*

10 *Soluens, & tertius an quid differant.*

11 *Liber continens veritatem in vna parte, an in alia etiã præsumatur idem. & nu. 12. quid de confeßione mariti de dote recepta.*

13 *Scripturæ maior fides datur ex morte viri inculpatæ & integræ vitæ & opinionis.*

14 *Solutiones vtriusque pensionis sæpiùs confunduntur.*

15 *Pro prouinciali maximè p̃sumitur, perinde ac præfecto prætorio.*

16 *Probatio admittitur contra præsumptionẽ iuris & de iure, propter qualitatem & honestatem personæ.*

17 *Probatio adiuuatur ex numero testium.*

18 *Testes duo de vniuersitate, sufficiãt ne, quãdo plures habere non possunt.*

19 *Testium numerus, non supplet defectum, quando testes sunt omninò inhabiles.*

20 *Fratres prædicatores non possunt habere proprium, vt singuli.*

21 *Testes de vniuers. an sint idonei, quãdo alias est imponẽda collec.*

22 *Religiosi an poßint esse testes pro monast. quãdo deponũt in eius cõmodũ: & singuli viuũt ex reditib. monasterij. Et quid de testib. de vniuersit. deponẽtibus solutionẽ factã creditori vniuersitatis.*

23 *Liber monasterij, in quo reperiuntur scripturæ diuersorum religiosorum, an plenè probet.*

Liber

24 Liber monaſterii continens veritatem in aliqua particula, an fidem in cæteris faciat.

25 Iudicis arbitrio pauca & rarò relinquenda ſunt.

QVID in libro † officialis vnius monaſterij, capi 1
tuli, aut collegij, an fidē faciat. Breuiter, data pa
ritate terminorū, idē vr̄, quod in libro officialis
vnius vniuerſitatis, aut ciuitatis. Nā liber officia
lis de publico deputati, ideò fidem facit, quia eius perſona
fuit approbata per totā ciuitatē, & ſic probat inter ſubdi-
tos, qui approbauerūt, & tali cōſtitutioni officialis cōſen-
ſerūt: ſecus cōtra extraneos & nō ſubditos: vt s̄. dixi. Idē vr̄
in libro vnius monaſterij: quia probabit inter ipſos de mo
naſterio, aut ei ſubditos tm̄ eadem rōne: contra extraneos
verò non vr̄ probare. Sal. in d. l. exēplo. C. de proba. Fel. in d.
c. ad audientiā. ver. decima & vltima cōcluſio. de præſcrip.
Bal. in d. l. exēplo. Alex. in d. cōſ. 187. lib. vij. vbi limitat & tra
dit deciſio. Neapol. deciſ. 364. in fin. vbi, quòd ſi in libro
† monaſterij ſcribatur, quēadmodū monaſteriū habet red 2
ditū talis terræ, ex hoc nō probatur poſſeſſio ipſius mona-
ſterij in illa terra. Similiter ſi in libro monaſterij ſint deſcri
ptæ ſolutiones canonū aut cenſuū, ex hoc nō infertur ad
probationē cēſus, aut emphyteuſis. Anch. in cōſ. 44. Primò
de viribus. ver. vidēdum eſt igitur. quod cōſilium refert &
ſequitur Io. de Ana. in cōſ. 84. idē tenet Pau. de Caſt. in cōſi.
105. Quæſtio, quæ ſperatur moueri. libr. j. Abb. in conſil. 67.
ver. & ſi dicatur. lib. 2. ¶ Cōtrariū, ꝙ imò talibus libris mo-
naſterij cōtinentibus ſolutiones cēſuū, aut pēſionum fides
detur, tenet Ro. in cōſi. 127. Poſito. per tex. in l. cenſus. ff. de
proba. ſecūdū vnā lectu. in ca. ad audiētiā. de præſcri. ſequi
tur Dec. in cōſi. 156. ver. 4. iſta cōcluſio. Boërius in deciſio-
nibus, q. 105. Sed iſta duo iura allegata per Roma. nihil vi-
dētur probare. Nā tex. † in d. l. cenſus. intelligitur in publi- 3
cis inſtrumētis receptis manu notarij, quæ habent fidē in-
dubitatā. ita Fel. in d. c. ad audiētiam. in fi. verſ. itē d. l. cēſus.
de præſcrip. idem ſentit Spe. in tit. de inſtru. editio. §. reſtat
videre. verſi. ſed ſi alij teſtes. Bal. in conſi. 37. Quidam tabel-
lio. poſt med. ver. præterea ad hoc facit. & in conſi. 420. ver-
ba principis. circa prin. ver. item ſuper iſtis factis antiquis.
lib. j. Bertach. in verbo, inſtrumētū probat. ver. 94. vbi, ꝙ ſe-
cūdū verā lecturā d. l. cēſus. intelligitur in inſtrumētis an-
tiquis, quod ſatis ex verbis ſuadetur, dum dicit: cenſus &

monimenta publica.& sic loqui vr̃ de scripturis publicis idẽ & clarè voluit Io.de Ana.in cõs.85.in prin.vel si intelligamus illã legem etiã in scriptura nõ facta manu notarij, debet intelligi de scriptura archiui publici: secũdũ Spe.in d.tit.de instr.editio.§.nunc dicẽdũ.ver.vj.dicitur publicũ. ¶Non obst.etiam text.in d.c.ad audientiam.allegatus per Roma.q̃a loquitur in scriptura archiui publici, de qua in præcedẽtibus dictũ est,ꝙ fidẽ facit.& prætereà etiam scriptura archiui publici solũ vr̃ probare contra subditos, vt latè suprà vidimus.Ex quibus videtur cõcludendũ tales libros monasterij cõtra tertios nõ subitos fidẽ non facere, etiã quòd in archiuo publico inueniãtur:secundũ ea,quæ de archiuo publico in præcedentibus dicta sunt. Boërius tamẽ in dicta q.105 in fin.quòd libri reperti in archiuis ecclesiæ de cõsuetudine Frãciæ fidẽ faciũt, licèt archiuis nõ præsit aliquis officiarius, vel notarius publicus,dummodò
4 fiat extractus parte vocata.¶ Limitatur † nũc pręmissa cõclusio aliquibus modis.Et primò,vt nõ procedat,q̃n ageretur de modico præiudicio:q̃a tunc talib.libris monasterij datur plena fides.Anch.in d.cõs.44.Primò,de viribus.vers. 4.q̃a istæ solutiones.& ibi Anc.appellat summas minimas, de 30.l.cẽtũ solidorũ annuatim:sed hoc totũ relinq̃tur arbitrio iudicis an q̃d dicatur magnũ vel paruũ secũdũ qualitatẽ ꝑsonarũ.l.sed & si succeperit.§.j.cũ ibi no.ff.de iud. Ang.in l.vxorẽ.ff.de man.testa.quẽ sequitur Ias.in authen. ex causa.ver.Adde ꝙ hoc firmat Ang.C.de lib.præteri.tradit Gemi.in cõsi.85.circa fi.Guid.Pap.q.564.in fi.& tradunt doct.in locis suprà alleg.circa librũ rationũ administrato
5 ris,ꝙ ei creditur † in summis paruis,& verisimilib.cũ iuramẽto,quod etiã iuramentũ hîc putarẽ necessariũ,cũ illud religiosis nõ remittatur.d.c.tuis.& c.nuper.extrà,de testibus,& sic iurabũt œconomi monasterij,aut alij, q̃ scripserũt,si agãt inter viuos:aliâs supplebit mors iuramẽti efficaciã:vt in pręcedẽtib.dictũ est.& ista limitatio optimè vr̃ facere pro monasterio fratrũ pędicatorũ Gratianopolis, in cã, quã habẽt cõtra magistrũ Antoniũ Bessonis,in qua solũ agitur de scutis quinquaginta corã curia parlamenti
6 Gratianopolis.¶Secundò † limitatur cõtra ipsum monasteriũ,contra quod liber eius fidem facit.Anch.in d.cõsil.44. Ioan.de Ana.in d.consi.84.Abb.in d.consi.67.lib.ij.Alex.in dict.consi.187.lib.vij.Felin.in dicto cap.ad audientiam.

Tertiò

¶Tertiò limitatur, nisi consuetudo aliud habeat, ꝙ talibus libris monasteriorũ fides habeatur. Ancha. Alex. & Feli. in d. c. locis. & pro hoc tex. in d. c. cũ dilectus. de fide instrum.
¶Quartò † limitatur, quãdo lapsum esset tẽpus sufficiẽs ad 7
inducẽdũ præscriptionẽ contra soluentẽ: quia tũc talis liber ecclesiæ, in quò describũtur solutiones annui census, plenè probãt cõtra soluentẽ, propter lapsum tanti tẽporis. Cõtra tertiũ autẽ inducit præsumptionẽ, quæ sufficiat ad iuramentũ suppletiuũ. ita Rom. in d. cõs. 127. quẽ ita intelligit & citat Feli. in d. c. ad audientiã. vers. decima, & vltima conclusi. de præscriptio. sequitur Boërius in d. quæst. 105.
¶Sed † dubito de hac limitatione: quia (vt dixit) Rom. in d. 8
cõsi. 127. mouetur per duo iura, quæ nõ probãt eius dictũ. Rursus vt ex lapsi tẽporis probationes leuiores sufficiant, requiritur tẽpus cẽtũ annorũ; vt in principio huius tractatus dictũ est. Ampliùs etiã, ꝙ simus in antiquis & in tẽpore centũ annorũ: tñ vbi agitur de graui præiudicio, liber ecclesiæ nõ probat, nisi semiplenè: vt habetur in d. c. cum causam. vbi Deci. vers. ij. limitatur. de probatio. nisi dicas, ꝙ illud sit cõtra tertiũ nõ descriptũ in libro ecclesię, & qui soluisse nõ dicitur: sed tñ etiã contra soluentẽ non videretur sufficere tẽpus 30. aut 40. annorũ: quia doct. dicũt, ꝙ libris censualibus ecclesiæ nõ datur plena fides ad probationẽ census aut emphyteusis: ergo clarè pręsupponunt istud procedere, licet agatur de solutionibus tẽporis lõgissimi, quod sufficiat ad præscriptionem: quia aliâs præsupposito maiori tẽpore, frustrà tractatur, an tales libri fidẽ faciant. non enim potest tractari de fide libri ob tales solutiones, nisi ad effectũ probãdi dominij, & iuris ipsius census, aut emphytheusis. † Posito enim ꝙ probaretur de solutioni- 9
bus census per instrumẽta publica: ex talibus tñ solutionibus nõ probatur ius census, nisi finitũ sit tẽpus ad præscriptionẽ sufficiẽs. Nisi dicas quæri posse de solutionib⁹ minoris tẽporis, ratione possessorij. Sed (vt dixi) doct. scribẽtes in hac materia, loquuntur etiã, qñ agitur petitorio. & maximè ponderãda sunt verba Alex. in d. cõs. 187. li. vij. vbi in finalib⁹ verbis cõsulit parti, ꝙ se informet, an factæ fuerint ex veritate solutiones. 40. annorũ ecclesiæ: quia tũc nõ esset tuta pars, nec in foro cõtentioso, nec in foro cõsciẽtiæ, resistẽdo cõtra ecclesiã. & tamẽ in præcedẽtibus dixerat non probari solutiones per librum ecclesiæ. & sic vult

Alex.ꝙ aliter appareat de solutionibus.40.annorũ, quàm per librũ ecclesiæ.Fortiùs vult ibi Alex.ꝙ etiã nõ inducatur semiplena probatio ex talibus libris.quod etiã probari videtur ex suprà dictis, dum dictũ est libros ecclesiæ semiplenè tantũ probare in antiquis,quotiens agitur de graui præiudicio.ergo secùs videtur dicendũ in nõ antiquis. Ex quibus patet periculosam esse hãc quartã limitationẽ.

10 ¶Rursus † aduertendũ hîc est,quatenùs Roma.& Feli.cõstituunt differẽtiã inter soluẽtẽ,& tertiũ: quia liber ecclesiæ magis probat cõtra soluentẽ,quã cõtra tertiũ. nã istud procederet,qñ veritas solutionũ nõ vocaretur in dubiũ,& illæ nõ negarẽtur:sed vbi descriptus in libro pro soluente, negat se soluisse,certè nõ videtur differentia inter talẽ negantem,& tertium. cùm sic negans satis videatur tertius.

11 ¶Quintã † limitationẽ posui in d.meo cõsi.158. videlicet quãdo in tali libro essent multæ partitæ, & aliquæ cõprobantur veræ:nam præsumitur,quod etiam in aliis partitis cẽtineat liber veritatẽ.quæ limitatio videtur generalis ad omnes libros etiã aliarũ personarũ. ita Pau. de Cast.in d. consi.301.Ad bene examinãdũ.lib.j.confirmauit,quem refert,& sequitur Ias.in repe.d.l.admonẽdi.in quinta limitatione.Cõfirmaui hoc dictũ Pau.ex dicto Soci. in cõsi.82. lib.iij.vbi, ꝙ confessio mariti de dote recepta cõstãte matrimonio,si in parte probetur vera, in totum præsumitur vera,iuxta nota.per gl.& doct.in l.ij.C.de nõ numc. pecu. arguendo ab oppositis.Cõfirmatur etiã hoc dictũ Pau.ex dicto Ancha.in cõsi.436.In his dubiis.versi. prætereà præsumẽdũ.vbi arguit summã centum librarũ fideliter fuisse erogatã,prout debebat:quãdo cõstat reliqua,quæ erogatũ oportebat,fideliter fuisse erogata?& pro hoc facit reg. semel malus.arguẽdo ab oppositis,& si semel malus,semp̱ præsumitur malus in eodem genere mali: à fortiori semel bonus semper præsumi debet bonus.argu.l.meritò.ff.pro socio.Contra † istã limitationem in partitis, aut capitulis

12 separatis eiusdẽ libri tenet Ripa in d.l.admonẽdi nu.125.& ibidẽ socer meus Purpura.dicens ꝙ Ias. nimiùm effrenatè locutus est.Deci.etiam in d.c.ij.de fide instru.dicit hoc dictum Pau.nõ esse sine dubio in capitulis separatis. Est verum,quod moder.ibi mentionẽ non faciunt de dictis Anchar.& Socin.suprà cõmemoratis.¶Quid tenẽdum? puto quòd ista limitatio ita simpliciter intellecta nõ sit vera:& quidem

quidẽ in casu, in quo cõsului plura cõcurrebãt, & concurrunt ex quibus sine dubio putẽ libros dicti monasterij fratrum prædicatorũ fidẽ plenissimã facere, quicquid aliter iudex, à quo pronũtiauerit. Procedere igitur potest, & debet hæc cõclusio aut limitatio, aliis puta ex vehemẽti verisimilitudine. de qua in d. cõsi. 158. Nam fratres prædicatores agẽtes produxerũt vnũ instrumentũ, licet minùs solenne, cõtinens negotiũ, de quo agitur, repertũ inter papyros & scripturas notarij defuncti, quod instrumẽtũ quantumlibet defectuosum semiplenè probat notario mortuo. Bar. & doct. in d. l. admonẽdi. & latè suprà diximus in octauo requisito septimæ limitationis. nu. 223. ¶ Alia verisimilitudo. quia in libris dicti monasterij sunt descriptæ solutiones à diuersis religiosis integræ vitæ, & opinionis, modò defunctis: vt verisimile nõ sit tot religiosos vitæ inculpatę mori voluisse in peccato falsitatis. ex qua † morte fides 13
maior scripturæ datur: vt suprà dictum est in dicto octauo requisito septimæ limitationis. nu. 122. & in terminis libri monasterij, quod maiorẽ fidẽ faciat propter mortẽ religiosorũ, qui scripserũt, tradit Soci. in cõsi. 295. vers. iij. principaliter. li. ij. ¶ Alia † verisimilitudo & ipsa efficacissima. nam dictus Bessoni aut eius vxor tenetur dicto monasterio ob 14
causam alterius pensionis octoginta aureorũ, de qua nulla fit cõtrouersia, & in solutionib' cõfundũtur quãdoque solutiones vtriusque pẽsionis: puta soluit talis tantũ ex causa talis, & talis pẽsionis, nec specificatur tantũ pro vna, & tantũ pro altera: cùm ad integrũ pẽsio vtraq; nõ soluatur. ob id illæ scripturæ solutionũ videtur cõnexæ: in cõnexis autẽ nemo cõtradicit dicto Pau. de Cast. ¶ Alia verisimilitudo violẽta: quia in redditione cõputorũ facta per œconomos de administratis per eos, & cõtentis in ipsis libris, fuerunt ipsi libri subscripti per reuerendũ patrẽ prouincialem, & duodecim religiosos ipsius monasterij, in qua re † cõsidero duo: primũ qualitatẽ personarũ vnius prouincialis, pro quo maximè pręsumi debet: sicut dicitur de præfecto prætorio, quod pro eo adeò pręsumit lex, vt noluerit ab 15
eius sentẽtia appellari posse. l. vnic. ff. de offi. præfecti prætorio. Similiter qñ ordinãs ad sacerdotiũ erat vir notabilis, præsumitur, quod viderit literas diaconatus. Inno. in c. j. de cleric. peregri. Abb. in c. nisi essent. de præbẽ. Cardi. in c. Albericus. de testib. Soc. in cõsi. 270. li. ij. & quod scribit Cal-

derin.in cõſ.10.in tit.de rerũ permutatio.vbi, ꝙ præſumitur titulus ex laudo arbitrorũ, qui erãt viri magnæ ſcientiæ: quia nõ eſt veriſimile, ꝙ pronũtiauerit in fauorem in-
16 truſi, aut nõ habẽtis titulũ in beneficio. ¶Similiter † propter qualitatẽ aut honeſtatẽ perſonæ admittitur probatio cõtra præſumptionẽ iuris, & de iure. Anto. de Butr. in c. vidua. in fi. de regul. ſequitur Dec. in c. poſtremò. de appellat. & in cõſi. 575. ¶Similiter ſi ſuccũbens in cauſa, ſit vir magnæ, & approbatę fidei, excuſatur à condẽnatione expenſarũ: quia non eſt veriſimilè, ꝙ calũniosè litigauerit. Hoſtien. in c. finẽ litibus. de dolo, & cõtu. Alex. in l. properãdũ. §. ſi autẽ alterutra. & ibi Iaſ. C. de iudic. & idẽ Iaſ. in authẽ. iubemus. verſ. v. facit. C. eo. tit. & in cõſi. 170. lib. ij. vbi etiã
17 multa ſimilia adducit. ¶Secundũ, † quod hîc cõſidero, eſt numerus ſubſcribentium: ex quo numero fortiter iuuatur probatio. gl. in l. iij. & quod ibi Iac. Butrig. ff. de teſtib. Alex. & Moder. in l. Prætor. §. cogentur. ff. de edend. idem. Alex. in conſi. v. verſ. ij. reſpondeo. lib. j. vbi licet duo teſtes domeſtici nõ ſufficiãt: tres tamẽ teſtes ſufficiunt. nam illi de vniuerſitate poſſunt teſtificari pro vniuerſitate, quãdo commodum cauſæ ad eos particulariter non ſpectat: vt habetur in l. in tantũ. §. vniuerſitatis. ff. de rerũ diui. & in c. inſuper. de teſtibus. & in religioſis pro monaſterio, ꝙ admittãtur tradit Pau. de Caſt. in cõſi. 227. Dubium facit. verſi. Itẽ, etiã Abb. lib. j. Corn. in conſi. 309. lib. iiij. & licet non dicãtur omni exceptione maiores: tamen numerus ſupplet defectum. quia quotiẽs teſtes omninò non repelluntur, numerus defectũ ſupplet: ſecus, quãdo repellũtur ex toto. Alex.
18 in conſi. 57. in conſi. 187. & in conſi. 81. lib. vij. Imò † Corne. in conſi. 47. lib. iij. voluit, quòd duo teſtes de vniuerſitate ſufficiant, quando plures haberi nõ poſſunt: & ſi plures habeantur, ꝙ tunc numerus ſupplet defectum: & licet ſit dubium, an duo ſufficiant. quod Dec. in d. cap. inſuper. voluit relinqui arbitrio iudicis: tamen vbi ſunt plures, quàm duo docto. conueniunt numerũ ſupplere. quod etiã voluit idẽ Corne. in cõſi. 333. in fi. verſ. item ſunt multi. lib. j. Idẽ eſt de mente Alex. in cõſi. 68. verſi. prætereà, nõ videtur verũ. lib. ij. ſed clarè hoc voluit Alex. in cõſi. 99. verſ. non obſtat, etiã ſi diceretur. li. v. ſequitur Dec. in cap. tertio loco. verſi. item quòd non ſint integri. de probatio. Secus, quando
19 † commodum pertineret ad illos de vniuerſitate in particulari,

culari, & ad singulos, prout in pascuis & in nemoribus: quia tunc numerus non suppleret defectum, ex quo sunt omninò inhabiles, & omninò repelluntur. Alex. in d. consi. 57. libro vij. & clariùs Cornæ. in d. consil. 333. Esse enim absurdum, ꝙ plures testes omninò inhabiles possent se idoneos facere, & ꝙ vnus adderet fidẽ alteri, quã ipse non habet: vt dixi in consi. vj. & in consi. 99. Pro hoc, quod scribit Alex. in consi. 143. versi. & per hoc patet, ꝙ non est tractandum. lib. ij. vbi quãdo sunt duo testes contrarij, eorũ dictũ nõ potest suppleri ex probatione famæ. Ratio, quia vterque ipsorũ omninò repellitur: ideò suppletio fieri non potest per famã, quæ non est sufficiẽs probatio. hoc tamẽ dictum Alex. intelligerẽ, nisi alter testis esset ita dignior altero, ꝙ iudicialiter videretur: quia isto casu posset iudex deferre iuramẽtum suppletiuum ex dicto dignioris. Alex. in consi. 18. in fi. lib. j. allegat Io. And. & doct. in c. in nostra. de testi. & hac ratione † Corn. in cõsi. 217. li. iiij. voluit, ꝙ religiosi nõ possunt esse testes pro monasterio, quãdo deponunt ad eius cõmodũ, & singuli viuunt ex redditibus ipsius monasterij: quia commodũ dicitur pertinere ad singulos. 20
Quod dictũ cõfirmari potest ex dicto Bal. in cõs. 443. Quęro. lib. v. vbi, ꝙ illi de vniuersitate nõ sunt idonei testes in probãda solutione facta creditori vniuersitatis: quãdo ea non probata solutio, seu soluẽdi onus pertineret ad singulos de vniuersitate ex necessitate, per impositionẽ collectę. & tradit idẽ Bald. in d. c. insup. de testi. & in c. tertio loco. de testib. Ias. in l. sed & si hac. §. qui manumittitur. quã legit simul cum l. ij. §. patronũ. ff. de in ius vocãdo. sed tñ contra Corn. facit, quod Bal. scribit in c. tertio loco. de probat. & ibi Dec. & idẽ Dec. in consi 62. & in cõs. 342. vbi, ꝙ fratres prædicatores possunt esse testes pro relicto facto eorũ ecclesię: & tamẽ constat, ꝙ fratres prædicatores viuũt nõ solũ ex eorũ redditibus, si quos habẽt ex dispẽsatione Papæ, sed etiã eleemosynis: cùm sint mẽdicãtes. & mouetur Bal. quia fratres † prædicatores non possunt habere propriũ, vt singuli: & sic nõ possunt prætendere interesse probabile. 21
Nec obst. ratio Corn. ꝙ viuunt de redditibus monasterij: quia attenta hac ratione, nulli religiosi possent esse testes pro monasterio, cũ viuant ex eius redditibus, & ista ratio Cornæ. posset considerari, quãdo ageretur de totali reditu aut maiori eius parte: secùs, quando de aliqua re particulari,

22 sine qua nõ ꝓpterea vict⁹ eorũ deficeret. ¶ Nec obstat† dictũ Bal. in d. cõs. 443. li. v. ꝙ testes de vniuersitate nõ sũt idonei, qñ aliàs esset imponẽda collecta: quia illud ꝓcedit, qñ esset certũ, ꝙ collecta imponeretur: ita ꝙ de necessitate testes ad eã teneantur. ita Bal. seipsũ declarat. Secùs, qñ esset incertũ, an collecta esset imponẽda vel nõ: q̃a tũc admittũtur testes de vniuersitate: vt ẽt declarat Alex ĩ d. cõs. 99. vẽs. ij. respõdeo. li. v. alleg. Iac. Butr. in d. l. in tãtũ. ff. de rerũ diuisio. & hoc modo retorq̃tur dictũ Bal cõtra Corn. q̃a qñ religiosi deponũt ꝓ monasterio, sup aliquo legato, nõ est certũ, ꝙ si monasteriũ in cã succũbat, ꝙ ipsi religiosi dãnũ sustineãt: ita ꝙ vitã nõ agere possint: imò cõtrariũ verisimiliter præsumendũ est, ꝙ æquè victuri sint citra illud relictũ: cũ dicat̃ de religiosis, tanq̃ nihil habẽtes, & oĩa possidẽtes. Ideò idẽ Corn. in cõsi. 261. li. j. meli⁹ vr̃ locutus: vbi solũ dicit, ꝙ tales religiosi nõ sunt oĩnò integri aut idonei, saltem qñ essent solũ duo. Ex qb⁹ infert̃, ꝙ si in dicta cã, ĩ qua cõsului, monasteriũ habet aliquos religiosos antiquos superstites, q̃ de memoratis solutionib⁹ sciẽtiã habeãt, illi erũt testes idonei: saltẽ cõcurrẽtib⁹ aliis adminiculis: de qb⁹ in

23 d. cõs. meo 158. ¶ Et vltra† p̃missa considero, ꝙ ex eo solũ, ꝙ in libro monasterij reperiũtur scripturæ diuersorũ religiosorũ, vr̃ liber plenè ꝓbare, sicut dr̃ de scriptura priuata scripta ꝑ duos mercatores, ꝓ tertio & cõtra q̃d plenè ꝓb. Bal. in d. c. qm̃ cõtra. de ꝓb. & ĩ. dicã. Ergo idẽ in scriptura pluriũ religiosorũ, q̃ ẽt in cã monasterij dicũtur scribere pro

24 tertio & cõtra tertiũ ¶ Alia verisimilitudo† dari põt: qua dictũ Paul. de Cast. in d. cõs. 301. ꝓcedat, qñ talis liber veritatẽ cõtineret, nõ ĩ aliqb⁹ partitis tãtũ: sed ĩ plurimis & ꝓ maiori parte: arg. l. creditor. §. Luci⁹. ff. mãd. & l. oẽs. §. Luci⁹. ff. q̃ in frau. cred. arguẽdo à cõtrariis cõcurrẽte legalitate scribẽtis, & ꝙ liber cõtineat verisimilia, ita ꝙ nõ cõtineat aliq̃ summã nimis magnã, q̃ nõ sit verisimilis: q̃d totũ iudicãtis

25 arbitrio relinquẽdũ sit. ¶ Iudices tñ† pleriq; tali arbitrio abutũtur, ob id relinq̃ debet arbitrio iudicis min⁹, q̃ sit possibile. & dicit Arist. relat⁹ ꝑ Bal. in cõsi. 427. Quædã mulier. ante fin. lib. v. oportet rectè positas leges oĩa determinare, ipsas & quã paucissima cõmittere iudicãtibus. Ideò in istis arbitrariis multũ grauant̃ cõsciẽtię iudicũ. dicit Bal. & qualiter v̄sari debeat iudex ĩ arbitrariis, aliqua dixi, ĩ cõs. 190.

ARGVMENTVM.

Libris rectorũ ecclesiasticorũ, an credatur, q̃tũ ad pro-

bationẽ mortis sepultorũ. Tum, ꝙ tractatus de quauis re, non probat rei euẽtum. Libri itẽ mercatorũ, an pro se, idque contra se admittantur. Et qñ, quibúsve cócurrẽtibus. Præterea; an patris libro, & matris testimonio stetur super filiorum ætate. Et quid de libris statutorum vniuersitatis. Postremò, cuius generis epistola obligationem inducat.

SVMMARIVM.

1 *Mors sepultorum, an probetur ex libris rectorum ecclesiasticorum. Et quid de excommunicatione.*

2 *Mercatorũ libro an credatur, nulla intercedente consuetudine.*

3 *Mercatoris libro an credatur pro se, in magnis summis. dist. n. 4.*

5 *Dolus præsumitur contra eum, qui non vtitur remediis opportunis ad actum.*

6 *Statutum aut consuetudo, quòd credatur omni scripturæ mercatoris, aut personæ alterius priuatæ, non valet. Fallit, nu. 7.*

8 *Consuetudo, aut statutum, quòd credatur libro mercatoris, intelligitur de ijs, quæ pertinent ad causam mercantiæ.*

9 *Mercatoris libro super quantitate mercium traditarum cuiquã, an standum, saltem adhibito iuramento.*

10 *Creditor iuramẽto stari debet, cõcurrẽtib⁹ aliis cõiecturis, vbi aliũde cõstat de veritate debiti, licèt nõ probetur certa quantitas.*

11 *Credi. licèt probet mutuũ, nisi probet quãtitatẽ, dicitur incertũ.*

12 *Creditor probans debitorem à se centum mutuò petiisse, non eò probat quantitatem crediti.*

13 *Testes deponentes de tractatu, non probant.*

14 *Crediti incertitudo non vitiat, ex quo potest certificari per iuramentum creditoris.*

15 *Probatio per iuramentum in litem, admittitur ob solam probationem delicti: licet non probetur substantia debiti.*

16 *Dolus arguitur ex mendacio & ad torturã indicium facit. n. 18.*

17 *Iuramentum suppletiuum defertur etiam in causa magna, contra eum, qui in aliquo conuictus est de mendacio.*

19 *Mercatorũ liber licèt per se solus non probet: facit tamen præsumptionem aliquam supplendam ex alijs adminiculis.*

20 *Præsumptionem pro libro mercatoris, quæ adminicula adferant.*

21 *Scriptura facta aliena manu pro se magis probat, quàm si propria. Contra verò seipsum, magis probat propria. n. 22.*

23 *Obligatio causam continere debet.*

24 *Scriptura vbi continet plura capitula diuersa & separata, potest acceptari in parte, & in parte non.*

25 *Libro mercatoris addita adminicula ad fidem faciendam, simul*

iuncta, an quid operentur.

26 *Liberrationum mercatoris, an, & quando probet contra scribẽtem, in fauorem absentis.*

27 *Mercatoris scriptura, non habens formam libri, an plenam fidẽ faciat contra scribentem, in fauorem absentis.*

28 *Mercator dicẽs, se nõ illud scripsisse, qđ cõtra se scriptũ est in libro rationum, scriptumq; cõtra suã voluntatem, an audiatur.*

29 *Mercatoris scriptura, in magnis probat semiplenè, pro tertio: & contra eum.*

30 *Mercatorũ duorũ scripturæ super eodẽ facto, an plenè probent.*

31 *Mercatoris scriptura, quando probet pro tertio, & contra tertiũ. Et id quomodo accipiendum. nu. 32.*

33 *Mercatoris iuramentũ generale sup̃ sua scriptura debet ab initio interuenire non subsequi scripturam, cui vult fidem haberi.*

34 *Aetas an probetur ex libro patris in quo describitur natiuitas filiorum. Et quid, si sit mortuus pater. nu. 36.*

35 *Matris testimonium, an admittatur ad probandam ætatẽ filij.*

37 *Liber statutorum vnius vniuersitatis minùs solennis, an probet. Et quid de scriptura epistolæ. nu. 38.*

39 *Oblig. licèt nõ cõtrahatur per epistolã: cõtracta tamen probatur.*

40 *Confeßio, quæ fit per epistolam principaliter propter se, non habetur pro cõfeßione facta absente parte: sed habetur perinde, ac si facta esset parte præsente.*

41 *Epistola probat contra scribentem, non solùm pro eo, ad quẽ directa est: sed etiam pro tertio.*

42 *Epistola commendatitia, non obligat scribentem.*

43 *Epistola exhortatiua inducit consensum scribentis, sibi præiudicialem. Et in quo id maximè procedat. nu. 44.*

45 *Oblig. ad protestationẽ indẽnitatis, an inducatur ex ijs verbis: ne dubites hoc facere: quia nolo, quòd inde aliquid damni sustineas.*

46 *Obligatio an arguatur ex his verbis: sum paratus recuperare talem rem.*

47 *Legatum vel fideicommis. an inducatur ex verbis testatoris cõmendatitiis remis.*

1 VIdimus † & abundè, & vtiliter de libro monasterij. Sed quid in libris rectorũ ecclesiarũ: in quibus describitur mors sepultorũ in eorum ecclesiis, an ex eis p̃betur mors? Breuiter, si cõsuetudo sit, qđ dcł fides, standũ erit cõsuetudini: ea quid, cessãte? dic, aut agitur de magno p̃iudicio, & nõ puto probari mortẽ: secùs, si de modico præiudicio agatur:

agat̃:per ea,q̃ habẽtur in l.ſi quidẽ.C.ſol.mat. cũ ẽt vn⁹ teſtis deponẽs de viſu mortis,nõ probet partẽ, licèt tollat p̃ſumptionẽ,ꝙ p̃ſumit̃ q̃s viuere annis cẽtũ. Iaſ.in l.fi. circa fi.C.de ſacroſ.eccl.Facit tñ p̃ſũptionẽ aliq̃ talis liber.Imol. in cõſ.110.in fi.ſimiliter talis liber rectoris, in quo deſcribi cõſueuerũt noĩa excõicatorũ,probat excõicatione eius,q̃ inuenit̃ in tali libro,aut matricula rectoris excõicatus nõ abraſus.c.j.ij.q.j.Fede.de Sen.in conſ.119.Nulli dubiũ.circa fi.¶Quid in libris † mercatorũ,ceſſante cõſuetudine?dic ꝙ 2 libro mercatoris pro ſe, creditur in poſtis minutis,qñ eſt fide dignus.Bal.in d.l.vni.C.de cõfeſ.Curt.Iunior in conſi. 122.Iaſ.in repe.d.l.admonendi.ver.iiij.principaliter.vbi refert illud dictũ Bal.in d.l.vnic.pro ſing. & hoc intellige cõcurrẽtibus illis requiſitis,de quibus ſuprà in libro rationũ adminiſtratoris: maximè,cùm mercator nõ ſit perſona ita approbata partibus, ſicut perſona adminiſtratoris. ¶Sed quid † in ſummis magnis,an liber mercatoris fidẽ pro ſe fa- 3 ciat de iure?Doct.cõcludũt,ꝙ nõ.ita Bar.in d.l. admonẽdi. vbi,ꝙ ſolũ facit aliq̃ p̃ſũmptionẽ,qñ ſcribẽs eſſet bon⁹ homo.idẽ vult Bal.ĩ d.l.rõnes.C.de prob.vbi Bar.taxat, quod retulerit ỽba Nico.de Mata.ſuppreſſo auctoris noĩe,Bar. ẽt in d.l.admonẽdi.ſequitur Io.de Ana.in cõſ.53. & ſequuntur Doct.cõiter in d.l.admonẽdi.¶Sed aduerte:quia Bald. in d.l.vnic.C.de cõfeſ.vr̃ velle , ꝙ tali libro mercatoris credat̃ ẽt in ſumma magna,arguẽdo à cõtrario ſenſu: dũ dicit, † ꝙ nõ creditur in ſumma magna , qñ eſſet magnũ præiu- 4 diciũ aduerſarij & ſuſpectũ,& ſic,ceſſante ſuſpicione:quia res veriſimilis ſit,vr̃ velle,quòd fidem faciat.Idẽ vr̃ ſentire Io.de Ana.in d.conſ. 53.ſed durũ vr̃ credi ſcripturæ priuatæ mercatoris in eius fauorẽ,cuius viuæ voci ẽt cũ iuramẽto nõ crederetur: vt doct.cõſiderãt in hac materia. Rurſus aut cõſuetudo eſt,quòd mercatores de rebus magnis cõfici faciãt inſtrumẽta,nec credatur eorũ libris,& imputãdum vr̃ ei,qui inſtrumentũ cõfici nõ curauit.Aut cõſuetudo eſt, ꝙ nõ cõficiantur inſtrumẽta,ſed ſtetur libris & conſuetudini ſtandũ erit.Si aũt nõ cõſtet aliqua cõſuetudo legitima,nec pro,nec cõtra,imputãdũ eſt ei qui ius ignorauerit.l.leges. C.de legib.vel ſi nõ ignorauit, multò magis imputãdũ eſt cur nõ illud obſeruatũ curauerit.† Imò dolus p̃ſumit̃,contra eũ,qui non vtitur remediis opportunis ad actũ. Bal.in 5 cõſ.395.Pro dño Dinaldo.li.ij.per tex.in l.idemq́;.§.ſi igno-

rãtes.ff.mãd.& in l.fi.§.illud.in versi. summa ope. C.de tẽp. appel.Prætereà,ẽt scripturis notariorũ, & officialiũ de publico constitutorum in eorum fauorem, non creditur: vt in præcedentibus dictum est:ergo minùs credi debet scri-
6 pturis mercatorum:imò nõ † valeret statutum aut consuetudo indifferens, quòd credatur oĩ scripturæ mercatoris, aut alterius priuatæ personæ:vt in præcedẽtibus vidimus. n.115.quia præstaret occasionẽ delinquẽdi & fabricãdi falsum.licèt Corn.in cons.319.li.iij. voluerit librum mercatoris fidẽ facere eo casu, quo liber sociorum probat ex idẽtitate rationis.sed certè longè diuersa est ratio sociis,quorum personæ sunt inuicẽ approbatæ: per ea quæ suprà di-
7 ximus de libro sociorum. ¶ Limitatur † præmissa cõclusio non procedere. qñ statutum vel cõnsuetudo esset in contrarium,quòd credatur libro mercatoris.d.c.cùm dilect'. de fid.instr.latè moder.in d.l.admonendi. & in d.c.ij. de fid. instr.dummodò tale statutum aut talis consuetudo non sit indifferẽs,& nutritiua peccati,quòd indifferẽter indistĩctè credatur oĩ scripturę mercatoris:vt suprà abundè vidimus in secunda limitatione principali,circa regulã: ꝙ scriptura priuata non probat.vers.aduertẽdum tñ.n.115. ¶ Rursus
8 † talis consuetudo aut tale statutum, quòd credatur libro mercatoris,restringitur in his,quę pertinent ad cãm mercantiæ tantùm.Ro.in consil.204.& in cons. seq.205.Aret.in cons.33.in cons.44.& in cons.45.circa fi.Ias.in repet.d. l. admonẽdi.in d.l.age.C.de trãsact.& in cons.103.li.j.& dixi suprà circa scripturam officialis publici,in v.requisito.n.236.
9 ¶ Secundò limitatur † præmissa conclusio,quando verè appareret mercatorem tradidisse merces alicui: sed solùm dubitaretur de quantitate eorum. nam quantitas licèt magna,videtur probari libro rõnum:putà,mercator tradidit merces mulioni aliquò vehẽdas, quas mulio culpa sua amisit,modò quæritur de taxatione interesse mercatoris, aut de valore mercium:mulio non negat merces sibi fuisse commissas,sed quæstio tãtùm est de quantitate earum, certè super quantitate standum videtur libro mercatoris, saltẽ cum iuramẽto eius.Ita Corn.in cons.318.in fi.li.iiij.vbi tñ,quòd iudex poterit arbitrari, prout sibi æquum videbitur.& nihil allegat Corn.sed † pro hoc dicto Corn.addu-
10 co Bart.in d.l. admonendi. versi.quæro, quid si testis deficiat in dicto. vbi quando ex testibus veractis constat de

veritate

veritate debiti, licet non probetur certa quantitas: tamen super quãtitate debet stari iuramento creditoris, cõcurrẽtibus aliquibus aliis cõiecturis: puta, quia per alios testes probatur, ꝙ debitor petierat à me x. mutuo. fortiùs voluit Ray. de Forl. in l. j. ff. de in lit. iur. Idem etiã licet non probẽtur aliæ cõiecturæ: sed satis sit probari substantiã debiti, licet quãtitas non probetur: quia super quãtitate statur iuramento creditoris. sequitur & cõmendat Veron. caut. 110. Dec. in l. certi cõdictio. §. quoniã. ff. si cer. pe. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. in l. ii. C. de eden. in c. j. de prob. & in cõs. 146. ¶ Sed istam † decis. Rayn. duriorem putat socer meus 11
Purpu. in d. l. admonendi. nu. 265. vbi, quòd paria sunt non probare, vel obscurè probare. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. sed quamuis creditor probet mutuũ, nisi tamen probet quãtitatẽ, illud dicitur incertũ. l. certũ. ff. si cer. pe. Ideò offerendo minimum, videtur debitor liberari. arg. l. legato generaliter. ff. de leg. j. cum ibi not. & quòd videtur absonũ stari iuramento actoris, qui nihil iurauit respectu quantitatis: quia posset in immensum iurare: quod non conceditur, nisi in iuramẽto in litem. ¶ Sed aduertendũ † hîc cir- 12
ca impugnationem dicti Ray. quia attenta ratione incertitudinis etiam dictum Bar. non videretur procedere. Licet enim probet creditor, ꝙ debitor petiit ab eo cẽtũ mutuo. non sequitur, ergo centũ mutuauit: cùm multò minùs soleant creditores mutuò credere & gratuitò cõcedere, quã ab eis desideretur. quod ipsum videmus ipsa rerũ experiẽtia. & sic etiã in d. Bart. versatur incertitudo circa quãtitatem, nisi probetur de cõclusione actus, ꝙ tantũ fuerit mutuatũ, quãtũ postulabatur. Multa enim tractantur etiã ab vtraq; parte, quæ tamẽ non perficiuntur, ob id testes depo 13
nentes de tractatu, nõ ꝓbãt. gl. in l. elegãter. in prin. in vers. puto. ff. de cond. indeb. quã pro not. ad hoc refert Bal. in c. fi. de iura. calum. & in l. multũ interest. C. si quis alteri vel sibi. Deci. in c. fina. ad fi. de prob. in cons. 11. Ias. in d. l. elegãter. in ij. not. super gl in verbo, puto. in cõs. 8. in consilio 22. & in consilio 24. libro tertio. & alibi sæpè. Doctor. si tractatus vtriusq; partis non attenditur, nec ille rem certã reddit: quãtò minùs tractatus vnius partis tantũ, petẽtis certam pecuniã mutuò. ¶ Non obstat igitur ratio incertitudinis: quia procederet, quãdo ipsa substantia esset incerta. secus si substantia certa sit. Et licet quantitas sit incerta,

14 talis tamen † incertitudo non vitiat, ex quo potest certificari per iuramētū creditoris: arg. l. hæc vēditio. §. j. ff. de cōtr. empt. Oldr. in cōs. 61. Cū Regi. & quod dicit̃ de libello incerto, ꝙ admittitur, dummodò expost certificetur. Abb. in c. significantibus. de libel. obl. Similiter stipulatio tritici in genere non vitiatur ratione incertitudinis: qñ ex probabilibus cōiecturis certificari pōt. l. triticū. ff. de verb. obli. vbi
15 Bart. & doct. ¶Non ob. † ꝙ talis incertitudo quātitatis nō debet declarari & certificari per iuramentū creditoris, cessante dolo aut culpa partis, cū talis declaratio cadat in iuramēto in litē. Quia respōdeo, ꝙ in iuramento in litē plus est: quia admittitur probatio per iuramentū in litē ob solā probationem delicti, licet nō probetur substātia debiti. nā ex eo, ꝙ probo violentū ingressum in domū: licet non probē ꝙ bona in domo haberē: tñ statur iuramento meo, tam ad probationē substātiæ, quā quātitatis: licet illud iuramentū per iudicē moderetur. l. si qñ. C. vnd. vi. Secùs in casu Ray. quia iuramētū solū defertur ad probationē quātitatis, cōstito priùs de substātia. ¶Secūdò respōdeo, ꝙ argu. cōtrariū posset procedere, qñ aduersarius nō negaret debitū: sed solū quātitatē: quia fateretur quidē debitum, sed nō tāta quātitate se debere: nā tunc opi. & decisio Ray. videretur satis dura: quare magis super quantitate debeat credi iuramēto actoris, quā rei, & debitoris. Sed Ray. & sequaces præsupponūt, ꝙ ipsa substātia debiti negata sit. Patet: quia nō esset aliàs necesse de ea probare per testes aut acta: ob id p̄suppostia negatiōe debitoris & eius mēdacio,
16 iam † apparet de eius dolo: cū ex mēdacio dolus arguatur. l. si quis affirmauerit. §. j. l. quod vēditor. §. j. l. elegāter. §. idē Pōponius. ff. de dol. & l. falsus. §. si quis. ff. de furt. Ideò propter mēdaciū priuatur qs cōmodo possessionis, & de possessore & reo fit actor. l. fi. ff. de rei ven. imò ex eo solū, ꝙ debitor reperitur mēdax in vno, i. in substātia debiti, videtur præsumi cōtra eū in alio, i. super quātitate ipsius debiti citra aliud iuramētū creditoris, nisi ipse debitor probet de cōtrario, i. de mutuo minoris quātitatis, quā creditor allegauerit. l. cū de indebito. post princ. ff. de prob. Pau. de Cast. in cons. 331. In causa Silue. lib. j. & in consil. 301. Ego Paulus. lib. ij. & quod scribit idē Pau. in cons. 87. Quātū ad cōtēta.
17 lib. ij. vbi, † ꝙ defertur iuramentū suppletiuū, etiā in causa magna cōtra eum, qui in aliquo cōuictus sit de mendacio.

facit

facit text.in auth.contra qui propriam.C.de non nu.pecu. & adeò † ex mẽdacio dolus arguitur, quòd ex eo indicium 18 sit ad torturã. Roma.in cons.viij. Imo.in consi.ij.ver.aduertendum.Alexd.in cons.63.lib.j.Deci.in l.ij.ff.quod quisque iuris.cessante tàmen mendacio, & negatione principalis, bene fateor coniecturis aliquibus opus esse. ¶ Tertiò † li- 19 mitatur præmissa conclusio, ꝙ licet liber mercatoris per se solus non probet: facit tamen præsumptionẽ aliquam, quæ suppleatur ex aliis adminiculis, vt fiat plena ꝓbatio: vt per Bar.& doct.in d l.admonendi.& s̃.dictum est. Sed pũctus est scire, quæ sint ista adminicula, ex quibus perficiatur plena probatio. Guido Papæ q.441. quem simpliciter sequitur Boërius q.105. ponit sex adminicula. Primò † le- 20 galitatem mercatoris. Secundò, quòd ipse scripserit manu sua: per l.generaliter.C.de non nu.pec. Tertiò, ꝙ veritatem scribere consueuerit.l.vel vniuersorum.ff.de pig.acti. Quartò, si scripserit causam, videlicet, si ipse mercator aliquid cõtra se in eo.lib. scripserit: Per l. Publ.in fi.ff.de posi. Sextò, si ex verisimilibus circũstantiis præsumi possit esse verũ, quod per eum scriptũ est: vt pote, habito respectu ad tempus debiti cõtracti ac solutionis factæ, & ad personas contrahẽtes, & ad locũ cõtractus. quibus concurrentibus ex scriptura priuata, & libro rationũ infertur probatio, per l.instrumenta.& l.rationes.C.de proba. ¶ Sed † aduertẽdũ 21 circa dicta Guid.Pap.& primò circa secundũ requisitũ, ꝙ ipse mercator scripserit manu sua.nã puto totũ contrariũ, ꝙ maior fides libro haberetur, qñ in lib. mercatoris pro se scriptũ quid esset manu aliena. Videmus enim, ꝙ liber mercatoris pro tertio, & contra tertiũ semiplenè probat, qñ mercator est legalis: vt habetur in d.§.numularios.& ĩ. dicemus. & sic scriptura tertij magis probat, pro aliquo quã scriptura propria.& istud suaderi debet ratione naturali. Sicut enim vox & depositio tertij põt probare pro aliquo, tanquã verum testimoniũ: & tamen vox propria nõ admittitur.l.nullus.ff.de testibus.& l.omnibus.C.e.tit. Idẽ & pariter dicendũ est in scriptura, cum à pari procedãt.l. in exercẽdis.C.de fide instr.nec magis credi debet scripturæ alicuius, quam viuæ eius voci.Anchar.in d.cons.28.Rationes.ver.vlterius hoc probatur.Pau.de Cast.in cons.285. & in consilio 406.libro j.Alexander in consil.134.ver. præterà posito.lib.ij.& dictum est suprà nu.105.¶.Nec ob.text.

in d.l.generaliter.C.de nõ num.pec.allegatus per Guid.Papæ:quia facit contra eũ:quia tex.loquitur de ſcriptura aut confeſſione in præiudicium ſcribẽtis aut cõfitentis.& ſic
22 contra eum nõ pro eo.Quo caſu bene fateor † ꝙ cõtra debitorẽ maiorẽ fidẽ faciet ei⁹ ſcripura aut cõfeſſio ꝓpria, quã alterius tertij: ſed in eius fauorẽ, abſit.Similiter circa tertiũ requiſitũ,ꝙ veritatẽ ſcribere cõſueuerit, illud videtur idẽ cum primo requiſito, ꝙ ſcribens ſit bonus homo. nam probitas ſcribentis hoc importat, ꝙ conſueuerit ad
23 veritatẽ ſcribere.Similiter † circa quartũ requiſitũ,ꝙ ſcriptura contineat cauſã.ex eo non videtur addi maior fides ſcripturæ:quia etiã ꝙ eſſet ſcriptura publica, ſi cauſam nõ cõtineat,eſſet inefficax:quia obligatio debet cõtinere cauſam:vt habetur in l. Titio.ff.ver.obl.& in c.ſi cautio.de fide inſtr.& ſic cauſa obligationis nõ cõſideratur in ſcriptura, reſpectu fidei probatoriæ: ſed ſolũ reſpectu validitatis actus.Circa quintũ adminiculũ qñ ſcribens aliquis ſcripſit contra ſe, illud videtur ſatis tenue. & eo attento dari videretur occaſio delinquẽdi:quia ſẽper mercator aliquid ſcriberet cõtra ſe, vt in maiori ſtetur eius ſcripturæ. ¶Nec aliquid facit text.in d.l. Publia in fin. quia bene dicit ꝙ ſtatur propriæ ſcripturæ cõtra ſe:pro ſe aũt nõ dicit,ꝙ ſtetur: ſed quod iudex æſtimabit.& gl.fi.ibi dicit,ꝙ ſi pars cõſenſit illi ſcripturæ, etiã quatenus facit cõtra ſe, in totũ probabit:
24 aliàs ſecus.Ideò doct.† cõmuniter cõcludũt,ꝙ vbi ſcriptura cõtinet plura capitula diuerſa & ſeparata,põt acceptari in parte & parte nõ,vt in præcedentibus abũdè vidimus.in verſ.amplius quæro,an is contra quẽ, &c.nu.134. Sextũ requiſitũ eſt nimiũ generale, & ſolũ tendit in genere ad arguendum,ꝙ ſcriptura mercatoris cõtineat veriſimilia:q̃d requiſitũ ſemper eſt neceſſariũ, etiã quòd agatur de ſumma modica.Ideo puto,ꝙ ceſſante ſtatuto aut cõſuetudine, dictũ Guido. Papæ ꝓcedere nõ poſſit in ſummis magnis,
25 & quoties ageretur de graui præiudicio. Iſta enim † adminicula de per ſe & ſingulariter cõſiderata, videntur omninò leuia in grauibus, ob id ſimul iũcta operari non poſſunt.l. j.cum glo.C.qui numer.tutel.Bal.& doct.in l.ſi quis ex argentarijs.§.j.ff.de edendo. habetur per doct. in d.l.admonendi.vbi Iaſ. Nec poſſunt plura imperfecta cõſtituere vnum perfectũ.c.tã literis.in prin.de teſtib.c. inter dilectos. de fide inſtr.c.dum ſanctũ.de pœnit.diſt.ij.quę iura ad hoc

ertat Calderin.in consil.v.in fi.in tit.de regularit.

¶ Quartò † limita non procedere contra ipsum mercatorem scribentem: quia contra eum plenè probat: licet non pro eo.dicta lege quędam.§.numularios.& quod ibi nota. dicta lege exemplo.lege rationes. & lege instrumēta.C.de probationib.l.prima,vbi Deci. C.de eden.capitulo secundo. de fide instrumento. In libro autem rationum habente formam libri,docto.conueniunt,quòd talis liber fidem faciat contra scribentem etiam in fauorem absentis:licet confessio viua voce facta absente parte solùm semiplenè probet: quia talis liber videtur factus de mãdato saltē tacito eorum qui cum mercatore cōtrahunt. ¶Sed difficultas † est in scriptura mercatoris non habente formã libri, an fidem plenã faciat contra scribentem pro absente: quia tunc cessat ratio taciti mandati. Deci.in d.c.ij.vers.ij. Abb. concludit.de fide instru.tenet, quòd sic.contra Feli.& profectò videtur mihi: cum scriptura semper loquatur, quòd postquã peruenit ad manus absentis,dicatur debitor confessus in præsentia partis,nisi appareret quòd anteà reuocasset scribens contenta in tali scriptura: vel nisi probare vellet de eius errore. de quo etiã in pręcedētib⁹ diximus, nu.225.Sed pone,† ꝙ mercator,in cuius libro quid scriptũ est contra eum, dicat se non illud scripsisse, & quòd cōtra eius voluntatē ita scriptũ sit. Dic eum audiendũ non esse: quia quicquid scriptũ reperitur in eius libro, de mãdato & voluntate eius præsumitur scriptũ.Bal.in d.rub.C.de fid. instr.vers.sed hîc quæro.sequitur Alex.in cons.147.lib.ij.& in cons.245.lib.vj.Dec.in l.fi.C.de edicto diui Adr.toll.in d. c.ij.de fide instr.& in cons.165.

¶ Quintò † intellige,ꝙ licet scriptura mercatoris in magnis pro eo non probet nec plenè, nec semiplenè:tamē secùs est pro tertiò,& contra tertiũ: quia tunc probat semiplenè.Si partes accedunt ad mercatorem,& rogant, vt velit scribere in eius libro contractũ ipsarum partium,modò mercator sit persona legalis.ita Bart.& doct.in d.§.numularios. & in d.l.admonendi. vbi Ias.vers.iij. casu principali.& est communis opin.vt Deci.testatur in dicto capit.secundo de fide instrumentorum.tradit Alexander in consilio septuagesimosecundo.versiculo.nec etiam obstat,si dicatur.libro sexto. Imò si sint † scripturæ duorum mercatorum super eodem facto,plenè probabunt. Baldus in ca.

quoniã contra. de probat. quod dictũ pro notabili refert, & sequitur Deci. in d.c.ij. de fide instru. facit quod Soci. scribit in consi. 295. versi. prætereà dicti omnes libri. lib. ij. vbi, ꝙ plures libri simul iuncti, in quibus cõtinetur de eadẽ re, fortius probant per regulã iuris: & quæ nõ prosunt singula, multa iuuant. gl. in l. ij. in prin. ff. de execu. tuto. Quod tamen Soci. dictũ mihi non placet in pluribus libris eiusdem personæ, vt eis credatur pro scribente: quia coniungi non possunt ad plenam probationẽ, cùm singuli de per se non operentur, nisi alia concurrant. Aliâs de facili posset
31 quis plures libros tenere, si ad eum modũ fides haberetur scriptis eius. ¶ Similiter † plenè probat liber mercatoris pro tertio & contra tertiũ, quando solũ agitur de probanda scientia & mala fide ipsius tertij, ꝙ habuerit notitiã de tali re. ita Abb. in cõs. 81. vers. quòd aũt filia sciuerit. li. j. Idẽ, qñ agitur de sciendo qualitatẽ obligationis. Bal. in l. fi. in fi. C. ad legẽ falc. seqtur Dec. in cõs. vij. vers. & hoc vlterius ꝓbatur. Similiter ex libro probatur status, vel nominatio alicuius Zenzeli. in clem. ij. in fi. de præben. quem refert & se-
32 quitur Calca. in consi. 90. Sed † quod suprà dictum est librũ mercatoris semiplenè probare, pro tertio & contra tertiũ, hoc intellige in mercatore, qui ab initio iurasset eius artẽ probè & fideliter exercere. Bar. in d. l. nuda. ff. de don. Alex. in cõsi. 134. versi. præterea, posito. li. ij. Ias. in d. repe. l. admonendi. versi. item inquantum Bar. nu. 108. & ibidem Purpura. versi. & ex Bar. infertur. vbi etiam allegat Bologni. in addi. ad consi. Ioan. de Ana. in consi. 53. Idem vult Deci. in d.c.
33 ij. de fide instru. & sic † non sufficeret iuramentum mercatoris superuenire post eius scripturam: sed requiritur tale iuramentum generale ab initio. magis enim præsumitur, quod scribat quis ad veritatem propter iuramentum iam præstitum, quàm quòd iuret ad veritatem super eo, quod iam scriptum sit: quia metuens argui de falsitate scripturæ, non dubitabit periurium committere. Et quia regula iuris est, quod quotiescunq; requiritur aliqua qualitas ad habilitatem, aut idoneitatem personæ, illa debet adesse ab initio: nec sufficit si ex post superueniat. capitulo dudum. primo. vbi Abbas nota. de election. Decius in capitulo postquam. in tertio notab. eodem modo qualitas iuramenti in mercatore requiritur, ad habilitandum eius personam: vt sit idoneus & habilis ad ferendum testimo

stimoniũ per eius scripturā saltē serui, quò ad semiplenam ꝓbationē. ergo oportet qualitatē eiusmodi ab initio interuenire. ¶ Quid † in libro patris, in quo describitur natiuitas filiorũ, an ex eo ꝓbetur ætas? Alex. in apostil. ad Bar. in l. de ætate. ff. de minor. in additio. sup verbo tãtus. se refert ad Bald. in l. neque natales. C. de proba. vbi Bal. quod probat prȩsumptiuè numerũ annorum. idem sequitur Bernar. Landrianus in addit. ad Bar. in cōs. 92. Ego puto, ꝙ talis liber patris faciat semiplenā probationē, si pater viuit, & ita iuret. nam testimoniũ parētis sufficit ad semiplenā ꝓbationem in ætate. Pau. de Cast. in cōs. 124. lib. j. Imò Bar. in dict. consi. 92. simpliciter † dicit, ꝙ in ætate admittitur testimoniũ matris. per l. etiā. ff. de probatio. Idē tenet Spec. in tit. de teste. §. j. Veronen. in cōs. vlt. Aufrer. in decis. Capel. Tolosa. q. iij. & si pater, qui scripsit, sit † mortuus: puto, ꝙ mors vim habeat iuramēti, per ea, quæ suprà scripsi circa l. scripturas. C. qui potio. in pigno. hab. & hoc nisi parēs esset aduersarius filij: quia nō admitteretur eius testimoniũ super ætate cōtra filiũ. Bal. in cōsi. 19. lib. v. ¶ Quid in libro † statutorum alicuius vniuersitatis minùs solēni: quia non habeat subscriptionē alicuius notarij? Dic ꝙ probat, si fuit habitus, & obseruatus pro authētico Bar. in extrauag. ad reprimendũ qui sint rebelles. in vlti. gl. Domini. in cons. 15. Reueren. per glo. in cano. in summa. 19. distin. quæ allegat tex. in §. Isidorus. 16. dist. quod dicit summè notandum d. Rebuffi super Cōcorda. in tit. de collationibus. §. monemus. versi. decimò nō negotiator. pag. 114. & latiùs declaraui suprà in quinta principali limitatione ad reg. ꝙ scriptura priuata nō probat. nu. 199. ¶ De scriptura † epistolæ, latè ponunt moder. in d. l. admonēdi. vbi Iason. versi. iij. & vlti. principaliter. non hîc transferā eorum dicta, aliqua tamen adiiciemus, quæ non legētibus ingrata aut incōmoda videantur. Illud igitur † sciendũ, ꝙ licet per epistolā obligatio nō cōtrahatur: inducta tamē probatur. l. epistola l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. l. Lucius. ff. de fideiussor. l. j. C. de vsur. Iason post Angelũ in l. sciendũ. vers. & nō eundo per mendicata suffragia. ff. de verb. obli. Addo, quod etiā per epistolā contrahi potest obligatio cōtra cōstituentē se soluturum pro alio, quādo in persona alterius obligatio iam erat cōtracta. & sic noua omninò obligatio per epistolā contrahi nō potest: sed iam cōtracta extēdi potest ad personē con-

34 35 36 37 38 39

ſtituentis ſe pro alio ſoluturũ in epiſtola, vt cõtra eũ actio cõpetat de cõſtituta.l.fi.§.fi.ff.de act. & obliga. cũ ſimil. vt Pau.de Caſt. tradit in cõſ.397. Ad primũ quæſitũ reſpõdeo. li.j. Idẽ tradit Bal.in auth.ſi qñ.C.de cõſtit.pecu. vbi fortiùs voluit, ꝙ vbi quis cõfitetur ſe teneri ſoluere id, quod alius debet in epiſtola licet verba nõ ſonẽt in obligationẽ: ſed ſolum in confeſſionẽ: tamẽ ex quo talis cõfeſſio probationẽ operari nõ poteſt in præiudiciũ alterius, operabitur nihilominus obligationẽ, vt teneatur ſic confitens actione de conſtituta: per text.in l.quidã.ff.de conſtitu.pecun. vbi dicit eſſe caſum vnicum, & mẽti tenendũ. de quo dictum eſt

40 etiã ſuprà num.93. Et confeſſio, † quę fit per epiſtolã principaliter propter ſe, nõ habetur pro cõfeſſione facta abſente parte, ſed habetur perinde ac ſi facta eſſet parte præſente. dict.l.Publia.§.fin.ff.depoſiti. Cinus in l.non nudis.C.de probationib. Alexander in conſil.181. verſic.& propter epi-

41 ſtolam.lib.vij. ¶ Ampliùs † probat epiſtola cõtra ſcribentẽ non ſolùm pro eo, ad quem directa eſt, ſed etiã pro tertio. Rota deciſio.430. Nota. ego miſi. in antiquis. Sed ibi poſtea arguit in contrarium. Puto quod veritas dependeat ab illa quæſtione, an confeſſio facta in aliqua ſcriptura priuata, ceſſante mãdato expreſſo, vel tacito alterius, plenè probet? de qua ſuprà viſum eſt in duobus locis, videlicet nu.225.& nu.276. & Deciũ retulimus. in dict c.ij. verſi. ſecũdo. Abbas concludit de fide inſtrumen. tenentẽ, quod ſic contra Fe. ꝙ indiſtinctè ſcriptura quomodocunque facta ſit prob contra ſcribentẽ, cùm ſemper dicatur loqui. Ideò vbi epiſtola peruenit ad manus tertij, qui eã acceptat, & ea vtitur, videtur confeſſio facta ipſo tertio præſente. extraneũ ſanè mihi videtur, ꝙ liceat ſcribenti aduerſus eius cõfeſſionem

42 ſcriptã venire, alio errore non probato. ¶ Ad vnum † etiam attende in hac materia epiſtolæ, ꝙ epiſtola cõmendatitia non obligat ſcribẽtem. Ideò ſi quis propter epiſtolã patris aut domini, qua filius vel ſeruus alteri cõmendatur, pecuniã mutuet filio vel ſeruo, non tenetur ſcribens nomine illius mutui, actione quod iuſſu.l.fi.C.quod cũ eo. ¶ Sed ad-

43 uerte † hic, ꝙ licèt epiſtola commẽdatitia non obliget: tamen epiſtola exhortatiua inducit conſenſum ſcribẽtis ſibi præiudicialem. puta ſunt duo fratres cõmuniter habitantes, non tamen ſunt ſocij omnium bonorũ, vt filia alterius dotari debeat de bonis cõmunibus, alter frater habẽs filiã

inuenit

inuenit bonã conditionem pro ea,sed futurus sponsus desiderat maioré doté:ob id pater difficilé se reddit: Alter frater absens,re cognita,scribit ad fratré,vt ne dimittat cõditioné illã matrimonij per pigritiã, ignorãtiã aut diuitias: quo audito pater perficit matrimoniũ, & dotem desideratam cõstituit.certè ex tali epistola arguitur cõsensus scribentis,ꝙ voluerit neptem ex fratre,aut fratris filiã,dotari de bonis cõmunibus.ita Socin.in cõsi.291.versi.tertio principaliter.lib.ij. ¶Sed † aduerte: quia istud dictum Socin. 44
posset tolerari in fratre,in quo faciliùs præsumitur donãdi animus ratione coniunctionis sanguinis.l.si seruus cõmunis.ff.de donatio.inter virum, & vxo.no.in l.quæ dotis. ff.soluto matrimo.sed in alio non coniuncto, non puto,ꝙ ex talibus verbis inducatur donatio,quæ in dubio nõ pręsumitur.l.si cùm aurum.ff.de solutionib.l.Campanus.ff.de operis liber.cum similib.fortiùs † voluit Alex.in cons.199. 45
lib.vij.quod si quis dixerit alicui:noli dubitare hoc facere: quia nolo ꝙ ex eo damnũ aliquod sustineas, ex his verbis nõ inducatur obligatio ad præstationẽ indemnitatis,quod tamen dictum mihi non placet.Si enim non vult quòd damnum sustineat:ergo antecedẽs necessarium censetur promisisse indemnitaté,sine qua promissione posset damnum sustinere.l.ij.ff.de iurisdictio.omniũ iudic.l.illud.ff.de acquir.hęred.l.iij.§.scio.ff.de minor.l.indebitã.ff.de condict. indebi.quod proecedit etiã in materia odiosa,puta in dispẽsatione,quæ extenditur ad omnia necesseria ad actũ.gl.in c.quia intantum. de præben.in c.non potest.de præben.li. vj.& in c.si quis in clero.vij.q.j.Deci.in c.quanto. versi.sed ista responsio non satis facit de iudicio. imò † idem Alex. 46
in cõs.53.li.j.voluit,ꝙ si quis dicat alicui:sum paratus recuperare talem rem,ex hoc arguatur obligatio,ꝙ esset obligatus ad ita recuperandũ.Sint igitur cauti scribentes epistolas aut literas missiuas, quòd si animũ obligandi se nõ habeant,nõ effuso nimis sermone vtantur, ne in promptũ incidant periculum.l.fi.C.de dotis promiss.¶Et† an ex verbis testatoris commendatitiis inducatur legatum vel fidei 47
commissum,si testator commendet aliquem hæredi? Vide Alex.in cons.158.libr.vij.Ex præmissis absolutam habemus hanc septimam limitationem ad regulam,& conclusioné, quòd in non antiquis scriptura priuata non probat.In qua nõ parum multa ad practicam efficassima liceat inuenire.

ARGVMENTVM.

Arbitrator, qui, sola facti veritate inspecta, procedit, an priuatam scripturam debeat aut possit admittere. Itẽ, ille non est solutus legibus iuris diuini vel naturalis. Et quo nam eius potestas pateat. Scripturæ item priuatæ plena fides datur, modò sit in loco publico & patenti.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata, an probet coram arbitratore & nu. 3.*

2 *Famæ probatio, an sufficiat coram arbitratore.*

4 *Arbitrator an non possit dare fidem vni testi, etiam idoneo.*

5 *Iuris naturalis, & primæui aut secũdarij obseruãtia, nõ cẽsetur sublata per cõcessionem amplissimã potestatem datã arbitris.*

6 *Arbitrator habens potestatem procedendi de facto, secundum veritatem, & sola facti veritate inspecta, potest secundum suam conscientiam procedere, sine alia probatione, modo ipse veritatem norit. Et quid si ignoret eam. num. 7.*

8 *Arbitrator non debet dare vni, & auferre alteri, nisi ex æquo, si verisimiliter ita sibi videatur faciendum.*

9 *Arbitrator potest admittere probationes persuasiuas.*

10 *Conuenire potest quis de stando dicto sui aduersarij.*

11 *Iudex debet iudicare secundum allegata & probata, non autem sola veritate facti inspecta.*

12 *Scriptura priuata facit fidem, modo sit in loco publico & manifesto; idq́; de partium voluntate.*

13 *Scriptura in publico loco sita, in antiquis, præsumitur in dubio de partium consensu ibi locata.*

14 *Scriptura priuata incisa in lapidibus aut columnis, an probet plenè, aut certè semiplenè, in antiquis. Et quid ĩ facto recẽti. n. 15.*

16 *Scriptura non priuata omninò, in aliquo deficiens, an probet in antiquis.*

17 *Instrumentum minus solenne, an probet in antiquis.*

18 *Scriptura priuilegij antiqui, non probat, quando sigillum est corruptum, aut non plenè apparet.*

19 *Instrumentum, cuius originale non inuenitur, sed insertum reperitur in priuilegio principis, an fidem faciat.*

1 OCTAVA datur † limitatio de arbitratore, coram quo scriptura priuata videtur probare cùm procedat sola facti veritate inspecta. Rom. in repe rubr. de arbitr. quod dictum refert & sequitur Corn. in consil. 221. circa fin. lib. ij. Nam coram arbitratore sufficiunt leuiores probationes. Bald. in l. solam. in fi. C. de testibus vbi, quòd arbitrator potest credere testi reddenti ratio

rationẽ dicti sui verisimilem, licèt non concludentẽ. sequitur Dec. in cõſ. 178. in fin. & per iſtud dictũ Bal. ſcribit Aret. in conſ. 61. verſic. Prętereà, dato † quòd probatio famæ, nõ 2
ſufficeret corã iudice. debet tamen ſufficere corã arbitratore. fortiùs voluit Bald. in conſ. 333. Conſiderato. verſic. & ad hoc inducitur. lib. ij. ꝙ arbitrator non tenetur recipere probationes ſi nolit: à fortiori poterit recipere probationes minùs integras. & põdero, ꝙ in caſu Bald. etiã agebatur de codicibus rationũ, & ſic videtur præſupponere, ꝙ arbitrator poſſit eis fidẽ habere. Quod † ſine dubio videretur procedere, qñ arbitratori data eſſet poteſtas lata ꝓcedendi etiã 3
de facto: quia tũc vidẽtur partes voluiſſe ſtare etiã ſimplici dicto ipſius arbitratoris. Soci. in conſ. 121. lib. iij. & ꝙ arbitrator habẽs poteſtatẽ procedẽdi de facto, poſſit ꝓcedere ſine probatione: tenet Bart. in conſi. 82. Punctus quæſtionis vertentis inter Albertũ Leonis. ſequitur Alex. in conſi. 189. in fin. lib. vj. ¶ Sed cõtra † hanc limitationẽ tenet Veronenſis in cõſ. 61. vbi dicit, ꝙ arbitrator nõ poteſt dare fidem vni 4
teſti, etiam idoneo: quia corã arbitratore non cenſetur remiſſa ſolennitas iuris diuini, vel naturalis: quo cauetur, ꝙ in ore duorũ, vel trium ſtet omne verbũ. Matth. c. 18. Amplius, ꝙ ſi cauſa ſit maxima, non põt arbitrator deferre iuramentũ ſuppletiuũ ex dicto vnius teſtis, quantũcunque idonei. & idẽ Veronen. in conſ. 30. ꝙ ſolùm cenſetur remiſſa ſolennitas iuris ciuilis, vel canonici. Idẽ eſt de mẽte Corn. in conſ. 170. lib. iij. vbi, ꝙ arbitrator licèt habeat poteſtatem procedendi de facto: non tamen poterit dare fidẽ ſcripturæ teſtamenti minùs ſolennis, non habẽtis legitimum numerum teſtium. Idem Corn. in conſil. 114. libr. ij. quòd per conceſſionẽ † ampliſſimæ poteſtatis conceſſæ arbitris, aut 5
arbitratoribus, ꝙ poſſint de facto procedere, non cenſetur ſublata obſeruãtia iuris naturalis primæui aut iuris ſecundarij, id eſt iuriſgentiũ. allegat Bar. in l. filius familiâs. ff. de dona. in extrauag. ad reprimendũ. in verſ. figura. & in verb. videbitur qui ſint rebel. Bart. Ang. & doct. in l. j. ff. de teſta. militis. & magis in terminis tradit idem Corn. in conſ. 163. lib. ij. quòd habens arbitrium cognoſcendi & iudicandi de veritate, etiã per verba quantuncunq; latiſſimam poteſtatẽ concedẽtia, non põt credere vni teſti tantùm: quia nõ cenſetur remiſſa ſolẽnitas iuris diuini aut iuriſgentiũ. & idem tradit Corn. in conſil. 220. verſi. quantumcunque enim re-

ſcribens.li.ij.ſi arbitrator nõ põt credere vni teſti deponẽti in cã aliena,q̃tò minus poterit credere propriæ ſcripturæ alicuius:quia hoc modo crederet vni tm̃ in facto ſuo pro-
6 prio.¶Quid† tenendũ?ego puto,ꝙ ſi arbitrator habet poteſtatẽ procedẽdi de facto ,ſecundũ veritatẽ aut ſola facti veritate inſpecta,ꝙ poſſit procedere ſine ꝓbatione alia,ſecundũ eius cõſcientiã,prout prĩceps iudicat:dũmodò ipſe arbitrator ſciat facti veritatẽ.& hoc modo procedat dictũ Bar.Bal.& Alex.ſuprà allegatũ,ꝙ arbitrator habẽs poteſtatẽ procedendi de facto , põt procedere ſine probatione:& ſic iſto caſu ſine dubio poterit fidẽ habere ſcripturę priuatæ in fauorem ſcribentis,modò(vt dixi)nouerit arbitrator facti veritatẽ.& hoc voluit Dec.ĩ cõſ.631.in fi.& in cõſ.699. vbi,qui põt iudicare ſola facti veritate inſpecta,iudicat tã quàm Deus,ſecundũ ſuã cõſcientiã.Tradit ẽt Bal. in l.ſcimus.ante finẽ prin.C.de iure delib.& latiùs ac clariùs in c.j. §.inueſtitura.verſ.& propterea bene facit , de noua forma fideli.in vſib.ſeud. & ſicut princeps qui iudicat ad veritatẽ facti,põt & debet iudicare ſecundũ ſuã cõſcientiã:ita arbitrator,cui partes talẽ poteſtatẽ dare potuerũt ad ſui præiu-
7 diciũ.Si verò arbitrator† facti veritatẽ ignoret,nõ puto iudicare eũ poſſe ſine probatione:niſi verba cõpromiſſi eſſẽt adeò ampla , ꝙ ſeu per viã trãſactionis negotiũ dirimeret dãdo vni & auferẽdo alteri:modò immodicè non lædat,& dolus ab eo abſit.& hoc modo pl⁹ fidei habere poterit ſcripturæ priuatæ,q̃ mer⁹ iudex.Nõ puto tñ,ꝙ ſi agat̃ de graui ꝑiudicio poſſit tali ſcripturæ ex toto fidẽ habere,& partẽ cõdẽnare ex probatione talis libri, quaſi oĩnò fidẽ faciat,
8 taléq;† arbitramẽtũ dãdo vni, & auferẽdo alteri,nõ debet facere niſi ex bono & æquo , ſi veriſimiliter videat ita eſſe faciẽdũ.& ꝙ talis ſcriptura priuata veriſimiliter illã fidem habere mereatur,ꝑ ea,q̃ habẽtur in l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorũ.ff.ꝓ ſocio.per Bal.in cõſ.181.Primò q̃ro.li.iij. cũ ſimil.vt per Dec.in cõſ.xj.verſ.iiij.principaliter.ĩ cõſ.39.verſ.ij principaliter.pulchrè Bellamera ĩ cõſ.24.Ex facto.verſ.in ij.verò caſu.Licet tm̃ corã arbitratore leuiores ꝓbationes ſufficiãt:tñ ꝙ abſq; vlla probatione legitima condẽnare aliquẽ poſſit,qñ ipſe veritatẽ nõ ſcit,hoc nõ vr̃ permiſſum.Et
9 hoc† caſu videntur procedere dicta doct. ꝙ corã arbitratore nõ cẽſetur remiſſa ſolẽnitas iuris diuini, aut iuris naturalis,vel gẽtiũ.quod tñ intelligo ſcilicet in totum:ſecus in aliquo

in aliquo:quia, vt dictū est, arbitrator nō tenet admittere probationes tm̄, ꝙ oīnò cōcludant sicut iudex:sed pōt credere probationibus persuasiuis:vt per Bal.in d.l.solā. in fi. C.de testib⁹.& post scripta hæc repetit Imo.in cōs.91.in fi. vbi tradit, ꝙ corā arbitratore sufficiāt leuiores probationes qñ agitur de modica læsione tantùm. ¶Sed dicet aliquis:tu dicis, ꝙ vbi arbitratori datur potestas procedendi de facto, aut sola facti veritate inspecta, ꝙ pōt iudicare ad suā cōscientiā, citra aliā probationē, sicut princeps modò veritatē facti notā habeat. Sed quid respōdebis ad argumētū suprà adductū in contrariū, ꝙ nō cēsetur remissa solennitas iuris diuini, naturalis, vel gētiū, quo iure testimoniū duorū vel triū est necessariū? Ad istud respondeo, quod tali iuri introducto in fauorē partiū litigātiū potuerūt partes cōpromittētes renuntiare:cùm concernat earū fauorē tantùm. Ideò † pōt quis cōuenire de stando dicto sui aduer 10 sarij:vt habet per Bar.in l.fi.ff.de prætor.stipulat. Bal. Alex. & Moder.in l.iusiurandū quod ex cōuentione.in prin.ff.de iureiur. Alex.in cōs.54.in cons.67.vers.faciūt no.plenè & in cons.202.li.ij.sed dādo potestatem arbitratori, ꝙ procedat & iudicet de facto & sola facti veritate inspecta, videtur remissa illa solennitas. & quòd posset arbiter pro sua consciētia pronuntiare, si illa ad veritatē pertineret: Aut si arbitrator facti veritatem ipse notā non haberet, quòd posset testibus credere, quos certos & veridicos videret: licèt non ita plenè deponerēt, & quòd ēt scripturæ priuatæ alicuius fidē maiorē haberet, quàm alius iudex, secūdū præmissa. Videmus enim, † quòd iudex ēt, qui non pōt iudica- 11 re sola veritate facti inspecta, sed secundū allegata, & probata.l.illicitas.§.veritas.ff.de of.præsi. Pōt tñ ex cā testibus ēt nō plenè deponētib⁹ fidē habere. Bar.& doct.in l. Luci⁹. ff.de iis, qui not.infami. Ideò pōt iudex fidē plenā adhibere testibus singularibus, si ex eis inducat ad credulitatē. Paul. de Cast.in d.l.admonendi.& in d.l. Lucius. quod dictū pro elegāti refert, & sequitur Soc.in cons.262.vers.& pro certo. li.ij. Veronēsis in cōs.iij.in fi.Dec.in cōs.163.ij.vers.& ꝓ hoc nō obst.ꝙ cōfessiones.& in cons.463.in fi.Curt.iun.in cons. 106. Iusta autē cā credēdi, est integritas, & legalitas personarū. Dec.in d.cons.463.in fi.Marsi.in cons.39.& in cons.73. Addo aliam causam, quando deponerent verisimilia: per dicta suprà num.214.& numer.216. arguendo ab appositis.

12 ¶Nona† datur limitatio in scriptura priuata facta in lapidib⁹ aut colũnis: quia fidẽ plenã facit in antiquis, licèt scriptura priuata in antiquis solùm faciat probationẽ semiplenã. & sic qñ talis scriptura priuata est in loco publico, & manifesto, in antiquis plenè probat. gl. in d. c. cùm cãm. de probatio. per text. in c. sane. q. ij. vbi text. loquitur de scriptis sanctorũ patrũ prędecessorũ in lapidibus, id est, colũnis: vt ibi exponit gl. idẽ tenet Specu. in tit. de probat. §. videndũ restat. vers. nonò per libros. Bal. in consi. 310. an patronatus. li. v. vbi, ꝙ ex talibus literis probatur ius patronatus. sequitur Deci. in consi. 135. post princ. Idẽ tenet Imol. in consi. 60. latiùs Calca. in consil. 90. Sed Bar. in l. j. in princ. ff. de bono. poss. secũ. tabul. hoc intelligit, qñ tales literæ essent sic scriptæ aut incisæ de partium voluntate. sequitur Fel. in d. c. cũ cãm. de probat. per text. in l. monumentorum. C. de religio.
13 ¶Sed ad d. l.† monumẽtorum. respondet Bal. in d. consi. 310. ꝙ loquitur in scriptura facta de recẽti, nõ de antiquo. ¶Secundò, respõdent Bar. & Bal. in d. l. monumentorũ, quod illa lex loquitur in casu certo, in quo apparebat illã scripturã factã in monumento, nõ fuisse appositã de voluntate eius, ad quẽ negotiũ pertinebat. Sed in casu dubio, ꝙ præsumi-
14 tur facta de voluntate partis. ¶Ex hac secũda† respõsione Bart. & Bald. infertur, ꝙ talis scriptura incisa in lapide, aut columnis, plenè probat, ẽt in nõ antiquis, qñ nõ apparet eã factã contra voluntatẽ dñi, quod ẽt voluit Calca. in d. cõs. 90. vbi, ꝙ saltẽ inducit præsumptionẽ, donec probetur cõtrarium. Imò sine dubio vr̃, ꝙ inducat semiplenã probationẽ in antiq. & nõ antiqs. Si enim in antiquis plenè probat: ergo in nõ antiquis vr̃ semiplenè probare. & rõ diuersitatis inter talẽ scripturã priuatã incisam in lapidibus aut columnis & alias scripturas priuatas, est: quia talis scriptura in lapidibus aut columnis, publicè oĩbus apparet, & inducit notoriũ: vt dicunt Bar. & Bald. in d. l. monumentorum. Calca. in d. cõsi. 90. Ob id imputandum vr̃ ei, de cuius præiudicio agitur, cur nõ contradixerit. ¶Et sine dubio † pro-
15 bãt tales literæ incisæ in lapidibus aut colũnis, ẽt in factis recentibus: qñ non agitur de præiudicio tertij: puta, ꝙ ecclesia fuerit consecrata. Inno. in rubr. de consecra. eccl. vel alta. Idẽ, qñ agit̃ de præiudicio tertij, nõ tñ magno, prout in quæstione confinium gloss. in d. c. cum cãm. Geminia. in
16 cõs. 100. ¶Viso† de scriptura priuata, an probet in antiquis, & non

&nõ antiquis: posset dubitari de scriptura omninò non priuata: puta, quia sit scriptura notarij, tamen defectuosa: quia careat aliquibus solennitatibus, an illa probet? Breuiter si sumus in facto recenti, & notarius adhuc viuit, talis scriptura nihil probat: sed imputatur parti producenti, cur non adeat notariũ: & redigi eam faciat in formam legitimam. Si verò notarius mortuus est, tale instrumẽtum defectuosum probat semiplenè. Bar. & docto. in d. l. admonendi. versi. quæro, quid si in instrumento reperitur defectus. sequitur Ant. de Butr. in c. fin. de iureiurand. Alexan. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. versi. non omitto tamen ff. de oper. noui nuntia. in consi. 59. versicu. nec prædictis etiam obstat, si diceretur. lib. ij. & in consi. 187. lib. vij. Ias. in dict. l. admonendi. versi. quartus & vltimus. & in repe. versi. quartò & vltimò quærit Barto. nume. 132. Corne. in consi. 22. lib. iij. Est verùm, quòd Bald. in consi. 179. Instrumentum. in fina. verbis, lib. iij. dicit, quòd tale instrumentum defectuosum, aut minus solenne facit indicium: sed ibi non aperit de vita, vel morte notarij. Ideò quòd dicit de indicio, posset procedere viuente notario: quia eo mortuo nõ solùm facit indicium, sed semiplenè probat: vt etiam suprà dictũ est. nu. 223. ¶ Ex præmissis † videtur inferri, quòd tale instru- 17
mentum minùs solenne, plenè probet in antiquis: si enim, mortuo notario, probat semiplenè etiam in facto de recenti: ergo in antiquis deberet plenè ꝓbare. Quod ipsum vtique concederem, si habeat testes, signũ, & subscriptionem notarij: licèt careat aliqua alia solennitate: puta indictione, loco aut die, quando quæstio non esset in tempore aut loco. Si verò careat signo aut subscriptione notarij, vel testibus, apparet quòd est scriptura omninò priuata, ob id idem dicendum, quòd, in scriptura omninò priuata, sicut † dicitur de scriptura priuilegij antiqui, ꝙ non pro- 18
bat, quando sigillum est corruptũ, aut non benè apparet: aliàs mille fraudes committi possent. c. inter dilectos. de fide instru. Soci. in consi. 258. versic. prætereà & secundò respondetur. lib. ij. & dixi in consil. 46. videtur autem instrumentum minùs solenne sine dubio probare etiam in non antiquis, quando reperitur in archiuo publico. Corne. in consi. 171. versicu. quantum autem ad exemplum. libro j.
¶ Quid † in instrumẽto, cuius originale non inuenitur, sed 19
insertũ reperitur in priuilegio principis, an fidẽ faciat? Dic

quòd non, nisi fuerit insertum de cõsensu partis, aut ea legitimè citata: vt habetur per moder. in c. venerabilis. vbi Deci. de confirma. vtil. vel inut. Cessante autem consensu aut vocatione partis, an probet in antiquis, vel recẽtibus: recurrendũ est ad ea, quæ suprà diximus circa verba enuntiatiua principis & intellectum clem. j. de probat.

ARGVMENTVM.

Fama an fidem faciat in antiquis, vbi agitur de probatione dominij.

SVMMARIVM.

1 *Fama an probet in antiquis, vbi agitur de graui præiudicio. Et an ibi requirantur alia adminicula, & quæ. nu. 2. & 3.*

4 *Dominium an per famam probari possit. & nu. 5.*

6 *Res sacra præscribi non potest, neque etiam possideri.*

VISO in hac prima parte huius tractatus, an verba enuntiatiua, an scriptura priuata probet in antiquis: videndum est † de fama, an in antiquis plenè probet, etiã vbi agitur de graui præiudicio: putà de probatione dominij? Dic quòd sic. Inn. in c. veniens. de verb. sign. Bald. in l. proprietatis. in fin. C. de prob. cum simi. vt Alex. tradit in cons. iiij. versicul. potest alius modus seruari. libr. ij. in consil. 15. in cons. 24. li. v. & in cons. 101. Quarto dubio. li. vij. Aret. in cons. 15. Calcan. in cons. 11. in princ. Corn. in consi. 48. lib. iiij. Dec. in d. c. cùm causam. in ij. not. de proba. in c. j. de appella. in cons. 42. in cons. 126. in cons. 146. in cõs. 174. Ias. in repe. d. l. admonendi. ver. limita tamen singulariter. in d. l. cùm aliquis. versi. confirmo & tertiò. C. de iure deliberand. & in cons. 128. li. j. ¶ Contrarium, quòd † imò sola fama non plenè probet in antiquis, nisi concurrant alia adminicula: tenet Corn. in cons. 304. vers. his tamen non obstãtibus. li. iij. vbi, quòd solùm plenè probat in his, quæ sunt notoria, seu pro notoriis habentur, de antiquo: ita quòd cõmunis omnium opinio sine aliqua contradictione ita habet: post mortẽ Christi redẽptoris humani generis, donationẽ factã ã ecclesiæ per Constantinũ Imperatorem. Vel si præsens status rei, correspondeat dominio de præterito: vt quia de præsenti probatur possessio 10. 20. 30. aut 40. annorum. nã ex ista possessione coadiuuatur possessio, & dominium de præterito. Secùs, si volo simpliciter ꝓbare per famã, quod

talis res

talis res fuit talis, fine alio adminiculo p̄sentis possessiõis, vel cõis oĩm opinionis, q̄ notoriũ inducat. Aliud ẽt adminiculũ cõsiderat Cor. vbi s̄. q̄n appareret de aliqua emptione facta p̄ eũ, de cuius dñij antiqui ꝓbatione agitur, dum respõdet ad gl. in d. l. proprietatis. in verbo, legitimis. ¶ Sed cõtra Cor † dicit cõmunẽ opin. esse Dec. in d. c. j. de appell. 3
Sed aduerte vltrà Dec. nã Cor. non negat, ꝙ si produceret titulus acquisitiõis illius, de cui⁹ dñio agitur, & ꝓbaretur dñiũ eius p̄ famã, ꝙ talis fama cõsentiẽs & correspõdens tali titulo plenè probet, hoc enim vult gl. fi. in d. l. proprietatis. Ergo idẽ si ꝓducat titulus alienationis factæ p̄ eũ, de cuius dñio q̃ritur, siue inter viuos, siue in vltima voluntate. Par enim videtur ratio, & sic semper erit verũ dicere, ꝙ fama coadiuuetur alio adminiculo, nec ferè tractatur de probãdo dominiũ alicuius de antiquo, nisi vt probetur veritas & effectus ei⁹ tituli, siue in acquirẽdo, siue in alienãdo. ¶ Sed quæro † hîc, an ista probatio dñij antiqui p̄ famã 4
sufficiat ad probãdũ dñium ẽt de p̄senti: puta volo probare, ꝙ sum dñs huius dom⁹. nihil probo de possessiõe mea, ꝙ ego possederim p̄ tẽpus sufficiẽs ad p̄scribendũ, saltẽ iũcto tẽpore auctorũ meorũ: sed tantũ probo de dñio auctorũ meorũ p̄ famã in antiquis, an ista ꝓbatio sufficiat? Abb. in c. veniẽs. el j. & in c. licet ex quadã. de testib. tenet ꝙ non cõtra Ant. de But. Ideò dicit Abb. si probo, ꝙ sunt iã mille anni, q̄bus domus tua fuit ecclesię consecrata. hoc nõ sufficit ad domũ tibi auferẽdã, cũ nõ probetur ius ecclesię de p̄senti, sequitur Cor. in cõs 35. lib. j. in cõs. 19. ver. nec obst. ꝙ facta. li. iij. latiùs in cõs. 24. & in cõs. 130. lib. iiij. ¶ Sed cõtra Cor. dicit cõmunẽ op. esse Dec. in d. c. j. de appella. & latiùs tradit idẽ Dec. in cõs. 4 8. & ibi, ꝙ Aret. in d. c. veniẽs. el j. de testibus. respõdet rationibus, quæ in cõtrariũ adducũtur. Ripa aũt in l. rẽ q̄ nobis. ff. de ac. pos. videt cõcordare opin. distinguẽdo, † ꝙ aut p̄sens status repugnat dñio de p̄terito: puta si dicat, ꝙ res prophana olim fuerit cõsecrata ecclesiæ. nã præsens status repugnat: & nõ probetur dñium de p̄senti: sed tm̃ de p̄terito p̄ famã. Aut præsens status nõ repugnat: & tũc probetur etiã dñium de præsenti. sed ista distinctio videtur cõtra doct. cõmuniter. Nam q̄n ꝓbatur de dñio auctorũ meorũ in antiquis, & modò reperitur res apud aduersariũ nõ habẽtẽ causam ab eis, p̄sens status satis videtur antiquo repugnare. & tñ doct. cõiter tenẽt pro- 5

batione dñij de antiquo sufficere, et de psenti, modò præsens meũ dñium pscriptũ nõ sit ab aduersario. ob id illud solũ puto cõsiderãdũ, an cũ ista repugnãtia psentis status cum antiquo, cõcurrat pscriptio vel nõ: quia si concurrat pscriptio, frustra tractatur de antiquo dñio: qd per cãm
6 præscriptionis pditũ dicitur. Quæ tamẽ † cõsideratio cessaret in re ecclesię cõsecrata: quia res sacra possideri nõ põt, ob id ne præscribi quidẽ. §. sed aliquãdo. inst. de vsuc. Ideò si probatur p famã rẽ olim fuisse ecclesiæ consecratã, talis probatio videt sufficere, quò ad ius de psenti: licet aduersarius lõgissimo tẽpore eã, vt prophanã possederit. ¶ Possem in materia famæ (qualiter probari debeat, & de eius effectibus,) quasi volumen infarcire: sed interim non permittit tẽpus. Tum etiã habet eius materia in locis vulgaribus, plura etiã de fama cõsulẽdo scripsimus, tã in cõsiliis iã proditis, q̃ aliis quãdoq; in lucẽ Deo auspice exituris.

ARGVMENTVM.

Testes deponentes de credulitate in antiquis, an probẽt plenè, vel semiplenè. Tũ de auditu, & auditu auditus.

SVMMARIVM.

1 *Testes de credulitate an probent plenè.*
2 *Testimoniũ de auditu, & de auditu audit⁹, an plenè pbet. n. 4.*
3 *Testimonium de auditu, an probet cui famæ inest necessariò.*
5 *Testimonium de auditu, non sufficit, nisi vbi agitur de causa consanguinitatis aut parentelæ.*
6 *Cõsãguinitas vt pbetur p testes de auditu, duodecim sũt reqsita.*
7 *Testimonium de auditu licet non probet in antiquis: an tamen onus probandi transfert in aduersarium. limit. n. 10.*
8 *Præsumptio est contra partem, quæ non produxit eos, qui facti veritatẽ magis intelligunt vbi dicitur multos presentes fuisse.*
9 *Testimonium de auditu, prosternitur, si testes in aliquo deficiãt.*
11 *Testes de auditu vbi admittũtur, est necesse nominare personas, à quibus dici audiuerunt, an sufficiat, quòd à diuersis personis & pluribus dici audiuerint.*
12 *Testes dicẽtes se à diuersis psonis audiuisse, an dicãtur singulares*
13 *Testes domestici, etiam vxoris, admittuntur in antiquis aliȷs probationibus deficientibus.*
14 *Antiquũ dicitur in materia probationis, qd excedit centũ annos.*
15 *Testimoniũ domesticorũ, quo casu, et in nõ antiquis, admittatur.*
16 *Testimonium domestici pro domestico, an admittatur in antiquis. Et quid contra domesticum.*

17 *Vxor an cogi poßit ad deponendum contra maritum. Et quid de marito contra vxorem.*

18 *Testimoniũ domesticorũ cõtra domesticos requiri in subsidium quomodo accipiendum.*

19 *Testis inhabilis: quando admittatur in subsidium.*

20 *Constitutum non probatur, nisi probetur, quòd constituens rem teneret tempore constituti.*

21 *Possessio an probetur ex instrumẽto antiquo, in p̃iudiciũ tertij.*

22 *Fama plenè probat in antiquis, ẽt vbi agitur de graui p̃iudicio.*

23 *Instrumento producto de antiquo, an sit necessaria probatio notariatus.*

24 *Instrumenti qualitas, aut solennitas, faciliùs præsumitur quam substantia.*

25 *Rescripti qualitas probari potest.*

26 *Præsumptio in antiquis plus potest respectu transferendi onus probãdi in aduersarium, quàm semiplena probatio. & nu. 28.*

27 *Præsumptio iuris, est liquidißima probatio.*

29 *Præsumptionem iuris vbi quis habet pro se, & alius semiplenè probat, an locus sit iuramento suppletiuo.*

30 *Probationes leuiores facilioresque sufficiunt in antiquis.*

31 *Probatio præsumptiua & adminiculatiua, item per indicia, sufficit in antiquis.*

32 *Probatio præsumptiua & coniecturalis in antiquis, non admittitur contra eum, de cuius possesionis iustitia apparet. limit. & distingui. n. 33.*

34 *Probationes leuiores non admittũtur, si agatur de non antiquo.*

35 *Probationes p̃ indicia & cõiecturas, non sufficiũt in antiquis, in materia, in qua lex vel statutũ requireret plenã probationẽ.*

36 *Probatio coniecturalis, vbi, & quando repellatur.*

37 *Probatio præsumptiua, in antiquis habetur pro vera, vbi etiam requiritur probatio instrumentalis.*

38 *Probatio præsumptiua, dicitur euidens, quando præsumptiones sunt à iure approbatæ. Et iuris p̃sumptio, habetur p̃ notorio.*

39 *Tẽporis antiquitas, an suppleat fidẽ instrumẽtis, vbi substantialia instrumẽti corrosa, vel deleta sunt ex tẽporis antiquitate.*

40 *Sigilli consumptio aut deletio, ob temporis antiquitatem, instrumenti fidem tollit. Et quid de cæteris solennitatibus.*

41 *Indictionis corruptæ vitio temporis, & antiquitatis iniuria, appositio, an vitiet instrumentum.*

42 *Corneus ad cõsulendũ contra formã instrumenti, procliuis. Ibidẽ consulentium & patronorũ munus. Deque iuris prolatione.*

1 VISO † de fama in antiquis,an , & quomodò
probet:videamus de testibus. In qua re sciē-
dum est, quòd in antiquis admittūtur testes
deponentes de crudelitate,& plenè probant.
c.quoties. in fi.in vers.accepisse à maioribus
suis,& credere.de testibus. Abb.in ca.licet ex quadam.eo.
tit. Alex.in consi.187.lib.ij.Ias.in rub.ff.de iureiur.vers.iiij.
& vltimò.in cons.65.lib.iij.& in cons.166.lib.iiij.¶Similiter
2 † in antiquis testimoniū de auditu & de auditu auditus,
plenè probat.d.cap.licet ex quadā.vbi latè doct.Alex.in d.
cons.187.li.ij.Aret.in con.37.sequēdo ordinem.in secundo
dubio.Soc.in cons.205.vers.iiij.optimè ad propositum.lib.
ij.Ias.in consi.128.lib.j.in d.consi.15.lib.iij.& in d.cons. 166.
3 lib.iiij. ¶Sed aduerte, † circa istud testimonium de auditu
in antiquis , quia non puto quòd plenè probet, vbi agitur
de graui præiudicio , nisi ex tali testimonio inferatur ad
probationē famę,in qua fama necessariò inest testimoniū
de auditu.& ita tenet Abb.post Host.& Io.And. in d.c.licet
ex quadā.quod tamen Aretin.in consi.102.reliquit indeci-
sum.Idem sentit Decius in cons.148.ante fi.ver.nam qn̄ de
tāto tempore dum loquitur copulatiuè de fama & auditu.
bene dicit Dec.ꝙ ad probandū præscriptionem tanti tem
poris,cuius initij memoria nō extat in contrariū,sufficiūt
testes de auditu, sed in præscriptione coadiuuatur proba
tio ex possessione de præsenti per dicta suprà circa proba-
4 tionem per famā.† Et ꝙ solū testimonium de auditu non
sufficiat,etiā in antiquis,probari videtur.sic & doct.cōmu
niter concludunt,ꝙ dominiū in antiquis probatur per so-
lam famā,vt s̄.dictum est. Fama autē debet legitimè pro-
bari secundū doctri.Bar.& doct.in l.de minore.§.plurimū.
ff.de quæs.Ergo infertur necessario,ꝙ testimoniū simplex
de auditu nō sufficeret.nā si sufficeret, nō esset necesse fa-
mā plenè probari,cū (vt dixi)in probatione famæ insit te-
stimoniū de auditu necessariò.Ideò Cor.in cons.331.ver.iu
uatur itaq; cōitas cāpli.li.j.dicit, ꝙ in antiquis admittitur
qn̄q; testimoniū de auditu , quasi dicat non semper. & vbi
sufficeret testimoniū de auditu. simpliciter , sine alia pro-
batione famæ,illud est in iis , quæ de sui natura sunt diffi-
cilis probationis:prout est probatio parētelæ aut consan-
guinitatis in terminis.d.c.licet ex quadā.quo casu videtur
sufficere testimoniū de auditu tātū. sine alio adminiculo.
dummo

dummodò deponãt testes ad formã d.c. licet ex quadam. Cor.in cons.78.vers.his tamen nõ obstãtibus.lib.iij.Secùs, vbi ageretur de probatione dñij aut alterius iuris præiudicialis: cuius probatio de sui natura non est difficilis: quia tunc sine dubio testes de auditu tm̃, nõ sufficerẽt nisi con
curreret probatio famæ, aut aliud adminiculũ. fortiùs † vo 5
luit Pau.de Ca.in cons.56.Super primo quæsito.lib.j. quod tex.in d.c.licet ex quadã.solũ procedat, qñ agitur de probanda parẽtela aut consanguinitate in causa matrimonij, non ẽt si ageretur de consanguinitate ob causam alicuius successionis, aut hereditatis. Et sic Paul.directò contrariatur Cor.in d.cõs.78.lib.iij.vbi Cor.dicit probari cõsanguinitatẽ p testes de auditu: licet agatur de hereditate. quod dictũ videtur cõfirmari ex eo, quod dicitur quasi possessionem filiationis sufficere, ẽt vbi agitur de hereditate obtinenda.Pau.de Ca.in cõ.151.lib.j & in cõs.392.lib.ij. Cor.in cõs.1.lib.iij. Dec.in cons.54.tamen doct.cõueniũt in hoc, ꝙ excepta causa cõsanguinitatis, aut parẽtelæ, testimonium de auditu non sufficit. ¶Sed multa super hoc dici possent: quia Dec.fuit sibi cõtrarius in cõs.321. ¶Et aduertẽdũ, † ꝙ 6
ad hoc, vt ꝓbetur cõsanguinitas p testes de auditu, debẽt cõcurrere duodecim requisita, q̃ enumerãtur in d.c.licet ex quadã.Pau.de Ca.in d.cõ.56.li.j.Soc.in cõs.47.li.iij.Cor. in cõs.146.lib.iij.& circa illud requisitũ, ꝙ testes debẽt deponere se audiuisse dici post litẽ motã. Addo ꝙ si testes deponerẽt se audiuisse dici post litẽ motã, nõ facerẽt ẽt præsumptionem. Dec.in cõs.82. allegat Arch.in c.j.xxxv.q.vj.
vbi vero sumus nõ in antiquis † testimoniũ de auditu, licet 7
non probet.l.testiũ.C.de testibus.c.tã literis. de testibus.c. inquisitionis.de accus.tamẽ trãsfert onus probandi in aduersariũ.Archi in c hoc videtur.xxij.q.v.quod dictum pro mirabili refert & sequitur Rom. in sing 341.Testimonium de auditu.Deci.in cõs.272.& in cõs.595. addo Soci.in consi. 295.versiculo secundo.principaliter.lib.ij.& vltra Socin.& Deci.addo Bal.in cõs.219.Testes.li.iiij. Curtium seniorem cons.70. ¶Sed aduerte: quia non sine causa Roma.in d.singulari.341.reputat hoc dictũ mirabile: quia videtur cõtinere iniquitatẽ, si ita simpliciter intelligatur. Nam pone, ꝙ personæ, à quibus testes audiuerunt dici, agant in humanis, & possint examinari, nónne videtur durum, quòd testes deponentes de auditu, faciant talem præsumptio-

nem

8 nem,quæ onus probandi transferat in † aduersarium,imò isto casu præsumptio,& suspicio videtur contra partẽ producentem testes,cur non eos produxerit,& examinari fecerit,qui verisimiliter facti veritatem magis intelligerent,& à quibus alij audiuerũt dici. Pro hoc quod scribit Aret.in cons.xiij.versi.prætereà,cùm in matrimonio.& in cons.81. versi.nisi fortè obstaret.vbi,ꝙ suspicio est cõtra partẽ,quæ paucos testes sibi magis amicos fecit examinari super eo, in quo dicitur multos fuisse præsentes, ob id istud dictum videtur intelligendum mortuis authoribus testium,id est, personis,à quibus testes audiuerũt,vel eis lõgè adeò absentibus , quòd examinari non possint. Aliâs istud dictum videtur durum & abhorrẽs à iuris ratione & æquitate.¶Nec dicatur istud dictum intelligi per docto.quando testes deponerent de auditu à parte : quia tunc tractaretur de confessione extraiudiciali,quæ pręsente parte plenè probat:ea verò absente,semiplenè:vt habetur in d.l.admonẽdi.¶Vnũ
9 †etiam omittendum non est in hac materia testimonij de auditu,quòd tale testimonium quia fundatur in iure speciali,prosternitur,si testes in aliquo deficiant. Rapha. Cuma.in cons.78.Visis libello.ver.ad quartum.Quod dictum pro notabili refert & sequitur Curtius Iunior in cõsi.17.in prĩc.vbi idẽ dicit in probatione famæ.& allegat in arg.tex in l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.mili.vbi, ꝙ ius speciale faciliùs tollitur,quã ius commune,tanq̃ debilius Addo vltra Curtium Anchar.in cõs.194.In cã & quæstione Ioannis.versic.non est ẽt verisimile. Vbi, ꝙ de facili inueniuntur testes , qui dicant sic & sic audiuisse. & sic sentit Anchar.quòd tale testimoniũ de auditu non solùm sit debile,sed etiã multum suspectum.& hoc dictũ Anchar.optimè videtur facere ad id,quòd suprà proximè dixi:quòd te-
10 stimoniũ † de auditu non videtur inducere pręsumptionẽ, quæ onus probandi transferat in aduersarium, quando ia-
11 persunt personæ à quibus dici audierunt. ¶Quæro † etiam in præmissis,& ad intellectũ pręmissorũ,in casibus,in quibus admittitur testimoniũ de auditu vel ad plenã probationem,vel ad præsumptionem:quo casu necesse est,quod nominentur personæ , à quibus testes dici audiuerunt: vt habetur in d.cap.licet ex quadã. de testibus. an sit necesse quòd testes dici audierint ab eisdẽ personis : aut sufficiat ꝙ à pluribus & diuersis personis dici audierint.Cor.in c.

78.lib.iij.ꝙ nõ nocet diuersitas personarum, à quibus auditum sit. ¶ Sed † contrarium tenet Alex.in consi.82.versic. 12
prætereà s̃m Hosti.libr.j.vbi, ꝙ testes dicuntur singulares, qñ dicunt se audiuisse à diuersis personis, allegat Hosti.& Io.And.in d.c.licèt ex quadam.sequitur Deci.in consi.321.& ista opinio magis placet: maximè: quia (vt dixi) istud testimonium de auditu valdè fundatur in iure speciali. Ideò specialia non sunt multiplicanda.l.j.C.de dotis promiss.& quia aliâs dicit Anch.in d.consi.194.de facili possent inueniri testes, qui dicerent se audiuisse vnus ab vno, alter ab altero.& sic deinceps. ¶ Ampliùs † circa materiã testiũ ĩ an 13
tiquis, sciendũ est, ꝙ admittũtur in antiquis etiam testes domestici, etiam vxoris, aliis deficientibus probationibus.Bald.in c.j.§.vasallus.circa fi.si de feudo fuerit cõtrouersia inter domi.& agnat.in vsib.feu.per tex.in l.ij.C.quã.& quibus quart.pars.lib.x.sequitur Bertachinus in prima parte sui repertorij, in verbo: domesticus.vers.23.cuius dicta ad verbũ transportauit Aufrerius in decis.Tholosa.q.iiij. ¶ Sed aduertẽdum † circa hoc dictũ.nam aut quæritur 14
de testimonio domesticorũ per sensum corporis aliũ, quã auditus: puta, ꝙ ipsi domestici sciãt factũ per visum aut auditum propriũ, si sit quæstio de probãdo aliquã cõfessionem extraiudicialẽ, & istud vr̃ impossibile: quia in materia probationis antiquũ dicitur quod excedit centum annos, vt suprà dictũ est ab initio huius primæ partis tractatus.Ideò oporteret rẽ probari per domesticũ excedentem annos decẽ suprà cẽtũ.quotusquisq; em̃ inueniatur, q per ueniat ad id ætatis. Aut † quæritur de testimonio domesti- 15
corũ per auditũ auditus, & sic per auditum alienũ.in casu quo tale testimoniũ admittitur, & tunc posset ꝓcedere dictum Bal.in iis, quæ in domo tm̃ fieri cõsueuerũt, & quę ꝑ alios sciri non possunt, quo casu testimoniũ domesticorũ admittitur etiã in nõ antiquis, modò deponãt cõcludẽter per sensum corporis, aliter quã per auditũ alienũ.l.cõsensu.C.de repud.vbi Bal.Bar.in l.si qñ.C.vnde vi.Alex.in cõs.24.ver.pro hoc bene facit.lib.ij.Imò in talib. testes domestici præferuntur aliis, tanquã meliùs scientes veritatẽ facti.l.quotiens.vbi Bar.C.de naufra.lib.xij.Are.in consi.13.Viso.versi.venio nunc ad quintũ.sed in aliis, quæ per alios etiã non domesticos sciri possunt, non puto admitti testimonium domesticorum.& sic dictum Bal.videtur restrin-

gendum in iis, quæ nisi per domesticos de facili sciri non possunt, prout in casu, in quo loquitur Bal. ad sciẽdũ an ali
16 qua bona fuerint possessa, tanquã feudalia. ¶ Amplius † cõsidero, ꝙ Bertachi. & Aufrerius malè videntur intellexisse Bal. in d. §. vasallus, quia Bal. ibi nõ dicit, ꝙ admittatur testimonium domestici pro domestico in antiquis. Imò sensus Bal. vr̃, ꝙ in istis antiquis qñ agitur de probãdo bona esse feudalia, poterũt interrogari domestici cõtra domesticũ: vt cogãtur deponere, an talia bona fuerint possessa, tãquã
17 feudalia in subsidiũ. nã † Bald. in specie loquitur de vxore, quæ regulariter cogi nõ põt ad deponẽdũ contra maritũ. l. ij. C. de testib. sed hoc fallit in subsidiũ, propter inopiã probationũ, qñ veritas aliter haberi nõ potest. Ab. in c. in literis. in fi. de testib. Alexã. in consi. ij. in vltimo dubio. lib. vij. Capella Tolos. q. iij. licèt secùs in marito, qui cogitur testificari cõtra vxorẽ, vt ibi habetur per Capellã. & in dec. iij. quia nõ imminet ratio periculi in marito deponẽte cõtra vxorẽ, quæ in vxore deponente cõtra maritũ. ad quod respectum vr̃ habuisse Bald. in d. §. vasallus. vt scilicet in istis antiquis, quorũ probatio est difficilis, vxor cogatur testificari cõtra maritũ. & domesticus cõtra domesticũ, & quod iste fuerit sensus Bal. probatur ex lege quã allegat in d. l. C. quan. & quibus quarta pars. lib. x. vbi gl. in verbo. iurati fide. notat. ꝙ vxor cogitur manifestare bona heredib. mariti per iuramẽtũ, & similiter vasalli feuda. Cõuertẽda est igitur cõclusio, ꝙ in antiquis domestici cogũtur testificari cõtra domesticos. Pro eis autẽ testificari non poterunt
18 nisi vt s. ¶ Istud † autẽ, ꝙ domestici coguntur testificari cõtra domesticos in subsidiũ, vr̃ intelligẽdũ in ijs, quæ de sui natura ab aliis sciri nõ possunt: & sic ab aliis probari non possunt, prout in his, quæ fiunt in domo: per ea, quæ not. Ant. de But. Imo. & doct. in c. tertio loco. de prob. Anto. de
19 But. in cõs. 24. Quæstio hęc. circa fi. vbi testis † inhabilis admittitur in subsidiũ, qñ res per alios verisimiliter probari non põt, nec actu, nec habitu: secùs si habitu, licèt nõ actu: & in terminis coactionis testiũ, ita tradit Alex. in cõsil. 2
20 versi. secũdò rñdeo. lib. j In hac † etiã materia antiquitatis nõ solũ admittitur probatio leuior: verũ etiã ipsa antiquitas probationẽ vr̃ præstare. puta constitutũ non operatur nisi probetur, ꝙ cõstituens rẽ teneret, & possideret tẽpore cõstituti. Ang. & Alex. in l. quãuis. §. si cõductor. ff. de acq. pos.

poſſ.cũ ſimil.vt per Dec.cõſi 400.Iaſ.in l.quoties.C.de rei védic.Iſtud tñ fallit in antiquis,in quib.nõ eſt neceſſe probare poſſeſſionẽ cõſtituẽtis de tẽpore cõſtituti:ſed illa pręſumitur.Soc.in cõſi.187.In cõtrouerſia.ver.ſecũda ratio.li.ij.ſequitur Dec.in cõſi.302.verſi.nõ obſtat,quod nõ apparet,ꝙ poſſeſſio.allegat Pau.de Caſtr.in conſil.81.In cã,quæ vertitur inter reuerẽdũ patrẽ.ver.patet etiã ex inſtrumento.li.ij.vbi ꝙ poſſeſſio probatur per inſtrumẽtũ antiquũ, in quo dr̃ poſſeſſionẽ eſſe apud talẽ.quod Pau.dictũ etiam refert,& ſequitur idẽ Dec.in cõſ.36.ver.j.igitur nõ obſtat. Addo Panor.in ca.cũ nobis.de præſcriptio.quem ſequitur Curtius iunior in conſ.90.vbi,ꝙ in antiquis poſſeſſio põt probari per ſola inſtrumẽta. Addo vltra Dec.& Curt.Soci. in cõſi.106.lib.iij.vbi idẽ voluit,quod in d.conſi.187.ꝙ ſcilicet in antiquis præſumitur poſſeſſio conſtituentis de tp̃e cõſtituti.Sed † aduerte:quia iſtud dictũ,ꝙ probetur poſſeſ- 21
ſio ex inſtrumento antiquo in præiudiciũ tertij,vr̃ dubitabile,qñ talis poſſeſſio adferret graue præiudiciũ,puta: quia ex ea inferretur ad probationem dominij.& iſtud dictũ eo caſu vr̃ contra cõem cõcluſionẽ doct.ſuprà firmatam,ꝙ verba enũtiatiua inſtrumẽti,nõ probãt contra tertiũ,in antiqꝫs,ſiue prolata ſint principaliter & directò propter ſe,ſiue incidẽter propter aliud.Ideò non putarẽ,ꝙ ex ſimplici cõſtituto in antiqꝫs probetur poſſeſſio cõſtituẽtis, qñ per tales cõſtitutũ agitur de probatione dñij cõtra tertium,quò ad plenã probationẽ.ſed ſemiplena tm̃ inducatur probatio,quæ ſuppleatur ex aliis indiciis aut adminiculis:iuxta ea,quæ in præcedẽtib.dicta ſunt de ꝓbatione verborũ enũtiatiuorũ in antiqꝫs,contra tertiũ.Nec obſtat 22
† dictũ Bal.allegatũ per Soc.in dictis cõſiliis.in auth.quas actiones.circa fi.C.de ſac.ſan.eccl.vbi, ꝙ poſſeſſio probatur per inſtrumẽta ſucceſſiuè facta ſuper poſſeſſione,& redditib.per l.Põponius.ff.quib.mod.vſusfr.amitta.quia Bal. loquitur in plurib.inſtrumẽtis quę æquipollent probationi famæ,vt in præcedentibus dictũ eſt.nõ eſt igitur mirũ, ſi ex talibus pluribus inſtrumẽtis fit plena probatio: quia fama in antiqꝫs plenè probat,etiã vbi agitur de graui præiudicio,& de probatione dñij:vt ſuprà vidimus.¶Nõ obſt. etiam Abb.in d.c.cũ nobis.quia Ab.loquitur eo caſu,quo etiam probaretur poſſeſſio in recentibus: puta qñ in ſcriptura cõtinetur, quòd quis miſſus eſt in poſſeſſionem rei,

auctoritate iudicis, ita quod per scripturam notarij apparet, quod missus apprehendit possessionem. vel quando in rei presentia venditor tradidit rem emptori; & de hoc notarius attestatur. & quando Abbas loquitur de constituto, præsupponit habilia aliunde, id est, quod non sit dubium de possessione constituentis: per l. qui testamento. in prin. ff. de testam. ¶ Sed di-
23 cet† aliquis: quando producitur instrumentum de antiquo, nó videtur necessaria probatio notariatus, sed ille præsumitur propter antiquitatem temporis. Bal. in authen. quas actiones. circa fi. & ij. dicemus. ergo eadem ratione idem videtur dicendum in constituto, aut recognitione, quod præsumatur possessio de tempore constituti, aut recognitionis in antiquis. ita, quod agens ex tali constituto, aut recognitione habeat intentioné fundatá, saltém donec probetur de contrario. Respondeo, quod magna inter ista videtur ratio diuersitatis. primò, quia in notariatu nó agitur de præsumenda substátia rei, sed de qualitate aut solénitate tantum requisita ad fidé instru-
24 méti: quæ† qualitas aut solénitas facilius præsumitur, quam substátia. arg. no. per Bar. & doct. in l. certi cōdictio. §. quoniam. ff. si cer. pet. vbi quando aliquid nó potest probari, nisi per instruméntū: eius tamen qualitas probari potest per testes. Simi-
25 liter† licèt rescriptū testib. probari non posset, sed scripturam requirat: Bal. in l. humanū. C. de legib. & in l. nec exemplum. C. de fals. Mod. in rub. extrà, de cōstitutio. qualitas tamen rescripti testib. probari potest. c. auditis. vbi Ab. in i. nota. de resti. in integr. Dec. in c. pastoralis. de rescri. sed quando agitur de probatione dominij, aut possessionis, dicitur agi de probatione substátiæ & ipsius negotij principalis. ¶ Secundò respondeo, quod lex faciliùs præsumit pro instruméto publico, quàm pro adsertionibus priuatorū aliquid asserentium super dominio aut possessione, ex qua inferatur ad probationem
26 dominij. ¶ Sed rursus† instabit aliquis: tu dicis, quod in antiquis probatur possessio cōstituentis aut recognoscentis de tempore cōstituti aut recognitionis semiplenè: ergo fortiùs videntur cōcedere, quā Soc. & Dec. qui dicūt præsumi talé possessionem in antiquis. Probatio enim semiplena plus videtur in se habere, quā presumptio: vt habetur in l. admonédi. ff. de iureiur. Respondeo, quod respectu transferendi onus probandi in aduersarium plus efficaciæ videtur obtinere præsumptio, quā semiplena probatio. Patet: quia iuris præsumptio, trásfert onus probandi in aduersarium. l. fi. in prin. ff. quod me. caus. l. nuptura

ptura.in fi.ff.de iure do.l.si chirographũ.l.verius.& l.ab ea parte.ff.de probatio.l.gñaliter.§.si petitum.ff.de fideic.liber.l.siue possidetis.C.de pba.c.ex insinuatione.de pcur.c.vnic.vt eccl.bñfic.Old.in cõs.261.In vnione.& in cõs.277. Quod Abbas.in fi.Calderi.in consi.v.in fi.in tit.de probat.& tñ non sic videtur in semiplena probatione: quia actor probãs semiplenè,non obtinet,licèt reus nihil probet,nisi sit casus,in quo actori deferatur iuramentũ suppletiuũ.& ꝙ iuris præsumptio efficacior † sit probatione semiplena 27 apparet : qa iuris præsumptio dr̃ probatio liquidissima.l.licet Imperator.vbi gl.& doct.ff.de leg.j.& latiùs in præcedentib.vidimus,ꝙ non æquè dr̃ in probatione semiplena. Quòd † igitur dr̃ præsumptioñ minus esse,quã probationem semiplenã,id vr̃ intelligendũ in præsumptione hoĩs, 28 vel in alia leui iuris præsumptione de qua per gl.& doc.in l.si duo patroni.in prin.ff.de iureiu.vbi,ꝙ ex sentẽtia inter alios lata,sit aliqualis præsümptio iuris , non tñ talis,quæ onus probãdi trãsferat in aduersariũ:sed quæ cæteris parib.faciat obtinere partẽ,pro qua talis p̃sumptio sit. ¶Sed posset † hîc dubitari:pone,ꝙ aliquis habet præsumptionẽ 29 iuris pro se,& alius semiplenè probat,an sit locus iuramẽto suppletiuo?Dic,ꝙ nõ:quia eliditur semiplena probatio ex præsumptione iuris,quæ est cõtra eã.l.j.cũ gl.nota.vbi Bar.C.qui,& aduer.quos.Rom.in consi.91.versi.Item procedit dicta regula.Ias.in repe.l.admonendi,versi.decimusnonus casus.& sic vides fortiorẽ esse præsumptionẽ iuris probatione semiplena.¶Vidimus in specie multos casus, in quibus propter antiquitatẽ tẽporis faciliores,ac leuiores admittuntur probationes:sed nõ erit incõueniẽs post speciali a subijcere clausulã,aut cõclusionẽ generalem, ꝙ regulariter in antiquis probationes leuiores sufficiũt.l.si seruus seruũ.§.inquit lex.ff.ad l.Aquil.Generalis † igitur 30 habetur cõclusio, ꝙ in antiquis probationes leuiores facilioresque sufficiũt : & sufficit probatio per indicia & cõiecturas.l.cẽsus & monumẽta.& quod ibi no.ff.de probat.l.qui ex literis.ff.de bo.pos.sec.tab.c.cũ causam.de proba.c.cùm olim.de cẽsibus.& vtrobiq; no.tradit Pau.de Castr.in cõsi.164.In præsenti causa,quæ vertitur corã maiore.lib.ij.Anch.in cõsi.310.Tres dñi magnifici.ver.& istæ probationes.& dicit idẽ Anch.in consi.vltimo.ꝙ in antiquis sufficit probatio † præsumptiua & adminicularis.& ꝙ in antiquis 31

ſufficiat probatio per indicia, tradit Calca. in cōſil. viij. Idē voluit Iaſ. in conſ. 128. lib. j. vbi, ꝙ in antiquis ſuffici probatio cōiecturalis, licèt neceſſariò non concludat. & varia ac plurima id genus dicta & exēpla lector aſſiduus inuenire poterit apud doct. tam legēdo, quā cōſulēdo. ¶ Limitatur
32 † nūc iſta cōcluſio, ꝙ in antiquis probationes leuiores ſufficiunt, vt nō procedat contra poſſeſſorē, aut eū, de cuius poſſeſſionis iuſtitia apparet: quia probatio, quæ fit ex tpis antiquitate, dicitur præſumptiua, & cōiecturalis: ideò admitti nō debet cōtra veritatē, id eſt, cōtra eū, de cuius poſſeſſionis iuſtitia apparet. ita Soc. in cōſ. 194. lib. ij. vbi qn̄ is, cōtra quē agitur, apparet iuſtus poſſeſſor, actor debet plenè probare, nō obſtāte antiquitate tpis. alleg. Inn. & doct.
33 cōiter in d. c. cū cām. de proba. ¶ Planè aduertendū † eſt circa iſtā limitationē Soci. quia aut reus poſsidēs præſcripſit rem, quā poſsidet, & tunc fruſtra tractamus de probatione actoris. poſito eñ, ꝙ pleniſsimè probet de iure ſuo: talis tñ probatio nō releuat ſiue in antiquis, ſiue in recētib. quia præſens ius rei, extinguit ius actoris antiquū & præſcriptum. Cornæ. in cōſi. 142. ad fi. lib. iij. Aut reus nondum præſcripſit cōtra actorē, & tūc licèt ſit iuſtus poſſeſſor cū titulo, & bona fide: dico ſufficere probationes per indicia, & cōiecturas, in antiquis, nec obſtat, ꝙ actor debet plenè probare de iure ſuo: qa fateor: ſed dico, quod talis proba-
34 tio in antiquis dr̄ plena, & legitima. ¶ Secundò † limitatur dicta cōcluſio, vt procedat, qn̄ agitur de probādo aliquid, quod ſit de antiquo: tunc eñ probationes leuiores ſufficiunt. Secùs, ſi agatur de probādo aliqd, quod nō ſit antiquum: qa tūc illud nō probaretur per inſtr̄m de antiquo: vbi aliâs tale inſtr̄m probaret, ſi res eſſet de antiquo. Ita Dec. in cōſ. 13. ver. ij. dato. ſed aduerte vltra Dec. quia vr̄ impoſsibile, ꝙ res nō antiqua probetur per inſtrumētū antiquum: quia nō potuit fieri inſtrumētum ſuper re, quæ nōdum erat de tēpore ipſius inſtrumēti. Benè fateor, ꝙ inſtrumētum de antiquo, poſſet iuuare probationē rei nō antiquæ, incipiendo ab origine & probādo, ꝙ res præſens habuit originē à re, de qua iuſtrumētum de antiquo loquitur: puta in caſu, in quo Decius loqtur: videlicet in cōſanguinitate de pręſenti, quæ nō probatur per inſtr̄m de antiquo, in quo ſit mētio de priorib. gradibus ipſius cōſanguinitatis. nā tale inſtrumētū ſolū nō ſufficeret: quia pręſens
conſan

consanguinitas pōt aliter probari, incipiēdo ab vlterioribus gradib. tñ si sit quæstio de gradu anteriore, de quo fit mētio in ipso instrō, & ꝙ ego sim de descēdentibus ab illo fortè non procederet dictum Decij: quia tunc vr̄ agi de re antiqua, licèt gradus sequētes nō sint antiqui. ¶ Tertiò † limitatur dicta cōclusio, vt non procedat in materia, in qua lex, vel statutū requireret plenā probationē: nā nō sufficeret probatio per indicia & cōiecturas etiā in antiquis. ita Soc. in d. cōs. 194. ver. sed ad ambo fundamēta. li. ij. & exēplificat Soc. qñ ageretur de retractatione sentētiæ per viā restit. in integ. nā tunc probationes desiderātur luce ipsa clariores. l. fi. in vers. luce clarior. vbi Bal. C. si minor se maior. dixe. isto em̄ casu quo probatio plenè reqritur, nō sufficeret semiplena, etiā cum iuramēto: ergo multò minus sufficiēt indicia & cōiecturæ. ¶ Sed aduertēdū † circa hāc limitationē Soc. nā fateor, ꝙ vbi probatio plena requiritur, nō sufficeret semiplena cū iurō: sed dico, ꝙ in istis antiqs per indicia & præsumptiones fit plena probatio, nō semiplena tm̄. & licèt dicat̃ probatio cōiecturalis: plena tñ est, & sufficit talis probatio, licèt actor tēdat ad aliquid infringēdū, aut impugnādū. Pau. de Cast. in cōs. 281. In cā ista quinq;. ver. nec obst. si dicat̃. & in cōs. seq. 282. ver. & si dicat̃ dictus Albert. li. j vbi ꝙ solū repellit̃ ista probatio cōiecturalis in cā crīali: per l. fi. C. de proba. sed in cā ciuili sufficit, licèt tēdat ad īpugnationē aut rescisionē alicuius actus. Iā † ista limitatio Soc. aperte cōfunditur ꝑ dicta Dec. in rub. ext. de prob. ver. ij. cōclusio. vbi, ꝙ probatio p̄sumptiua hr̄ pro vera probatiōe, ēt vbi requirit̃ probatio instr̄alis. alle. Bal. ī l. j. ver. quæro, quid si statutū. C. de fideicō. & idē Dec. in cōsi. 54. ver. nā solet Dec. Addo Alex. in cōs. 126. ver. fortificātur prædicta. lib. vj. & tradunt Mod. in d. l. licèt Imperator. ff. de leg. j. vbi, ꝙ † probatio pręsumptiua dicitur euidens, quando sunt præsumptiones à iure approbatæ. vbi tñ non allegant cōsilia Pau. de Cast. suprà memorata. Addo etiā Calde. in cōsi. 15. in fi. in tit. de vsur. vbi, ꝙ manifestū quid dicitur ex sola præsumptione, inferens ad vsurarium manifestum: licet hoc dictū de vsurario manifesto, ad præsens nō discutiā. Prætereà, attēta ista limitatione Soci. sequeretur, ꝙ lex præclusam esse voluisset quodāmodò viā probandi in istis antiqs: cū aliter ꝓbari nō possint, quā ꝑ p̄sumptiones, indicia, aut famā. Amplius dr̄, ꝙ p̄sumptio iuris habe-

35 (beside "Tertiò † li-"), 36 (beside "limi-"), 37 (beside "ista li-"), 38 (beside "quan-")

tur pro notorio.c.literas.de pręsumptio.c.clericos.de cohabi.cleri.& mulie.c.tua.iuncta gl.in ver.non ex euidẽtia.eo.ti.gl.in c.Michael.de filiis presby.quæ iura ad hoc citat gl.Pragma.Sanctio.in tit.de cõcubina.§.publici.in verbo,
39 dimit titu.in fin. ¶ Quartò † limitatur præmissa cõclusio,vt non procedat in substantialib. alicuius instrumẽti corrosis vel deletis ex tẽporis antiquitate:putà indictio.licèt appareant anni,ex quibus inferri possit,quæ indictio curreret de illo tẽpore.quia tali casu antiquitas tẽporis nõ supplet fidem instrumẽti.Ita Corn.in cõsi.93.lib.iiij.reprobãdo Bal.in l.vnum ex familia.§.si omissa.ff.de legat.ij. ¶ Sed puto,ꝙ ipse Cornæ.reprehensione egeat,& ꝙ Bald.meliùs loquatur.Nam si ex antiquitate tẽporis pręsumitur notariatus,sine alia probatione,vt suprà dictum est,& inferiùs dicemus,multò fortiùs pręsumi debet pro indictione,quę declarari possit ex ipsa expressione annorũ,licèt indictio ipsa sit deleta ob tẽporis antiquitatẽ. ¶ Secundò,nos videmus,ꝙ instrumẽtũ minùs solenne probat semiplenè mortuo notario,licèt res nõ sit de antiquo.Bar.& docto.in d.l.admonẽdi.& suprà latiùs diximus, quãtò fortiùs dicendũ erit,qñ defectus solennitatis apparet prouenisse nõ ex vitio,aut culpa notarij,sed solũ propter lapsum tẽporis omnia consumentis,& verbũ aliquod substantiale corrodentis?Imò suprà diximus,ꝙ instrumentum minùs solenne,& cuius defectus processit vitio notarij,omittentis aliquam solennitatẽ,puta locum,aut indictionẽ:videtur plenè probare in antiquis,ex quo in nõ antiquis semiplenè probat: quantò fortiùs,qñ apparet,ꝙ instrumẽtum ab initio fuit solenne,sed post ob tẽporis lapsum verbũ aliquod substãtiale oblitũ aut deletũ sit maximè qñ ex præcedentib.aut
40 sequẽtibus sciri potest,quid illud importaret? ¶ Nec † præmissis obstat tex.in c.inter dilectos.de fide instru.allegatus per Corne.in d.consi.93.lib.iiij.quia scriptura ibi tota nitebatur super sigillo,non mirũ,si consumptio, aut deletio sigilli vitiat eius fidẽ.Secùs est in instrumento,in quo plura sunt alia solennia,& in quo solennitas indictionis consumptæ ex tẽporis antiquitate,suppleri põt ex annorũ expressione,cum vel interpretationes ad hoc inuentæ sint,vt actus substineatur,& nõ pereat.l.quoties.ff.de ver.ob.l.iij.ff.de testa.mili.cum simi.Baldi opinionem amplector tanquàm benigniorẽ,& de iure etiã veriorẽ; quicqd in contrarium

trariũ arguat Corn. Præterea, contra Cornæ. adduco Bar. in l. nominatim. ff. de condi. & demon. vbi dicit † quòd ap- 41
positio indictionis corruptæ facta, non vitiat instrumentum: quia ex appositione annorum apparet de qua indictione notarius senserit: & sic apparet omninò de errore notarij in appositione indictionis. sequitur Ias. alia allegās in d. l. admonendi. versi. intellige tamen. ff. de iureiur. & in rep. versi. item attende. dum dicit Bar. si appositio indictionis erronea, non vitiat, quando ex annis de ea potest apparere. multò minus debet vitiare cōsumptio ex antiqqitate temporis, Aut saltem eadem est ratio, nō vitiandi in vtroque. sed magis in terminis contra Corn. adduco Imo. in l. j. ff. de iis, quæ in testamē. delen. vbi, ꝙ si indictio est erronea, & consumpta ex toto, & omninò non apparet, instrumentũ non probat. sequitur Feli. in d. c. inter dilectos. vers. Vnde dicit Imo. de fide instru. & sic Imo. & Feli. non solùm volunt instrumentum probare, quando indictio est consumpta, si ex annis de ea possit apparere: sed etiam si duo concurrant, quòd sit consumpta & erronea. Itaque † faci- 42
lis per nimium fuit Corn. ad consulendum contra fidē instrumenti, & fortè iudex sentētiam dixerit ad formam illius cōsilij. Cor. fraudando partem iure suo optimo, cuius probatio in promptu erat per instrumentum eiusmodi. Equidem non breuis sit consulentium sarcina, pleriq; animo ostentandi, vt plus sapere videantur, opiniones rectas impugnabũt cauillosis quibusdam interpretationibus. & iure nostro hodie abutimur: plurimumque præstitisse arbitramur, quoties clientis causam etiam per iniuriam ad victoriā pertulimus. ita fit, vt cruciatus nobis laboremus, dum gloriæ aut alieno studemus commodo. Non tot, tantæque doctorum varietates in iure forent, si ad veritatem omnes respicerent: sed enim quoties casus cōsulentis propositus sit, illud primum omnium nonnulli quærunt, quomodò veras rectasque opiniones, clientis desiderio minimè commodas liceat effugere: etiam opiniones alias reprobatas, & ab omni ratione æquitateque alienas manibus pedibusque (quod aiunt) pertinaciter suscipiendo, ac tutando.

PRIMÆ PARTIS
FINIS.

SECVNDA PARS TRACTATVS DE ANTIQVITATE TEMPORIS, AYMONIS Crauettæ à Sauiliano.

ARGVMENTVM.

De præsumptione solennitatis extrinsecæ, ob temporis antiquitatē, in actibus iudicialibus. Primò quidē, quid dicatur de antiquo: vt præscriptioni locus sit, litē esse contestatam, partem citatam, & alias solennitates ad sentētiam requisitas, interuenisse. Et an id specificè sit necessum exprimere: an verò sufficiat generaliter complecti. Tum an in vera, fictáve contumacia præsumatur quid antiquum.

SVMMARIVM.

1 *Antiquum quando quid præsumatur in sentētia, vt omnia præsumantur solenniter acta.*

2 *Sententia dicitur de antiquo, quando lata est contra absentē & contumacem vera contumacia.*

3 *Contumax fictus an poßit appellare à sentētia. Et intra quātum tēpus. Et an habeatur pro absente. Et an cōtra eū præsumatur solennitas ex antiquitate tēporis decem aut viginti annorū.*

4 *Sentētia lata præsentib. partibus non præsumitur habere oēs solennitates enuntiatas, nisi post lapsum tēpus ad appellādum.*

5 *Pro sententia, in antiquis, an præsumitur quò ad acta, non facta de eis in ea mentione. & nu. 6. Quid de laudo. Quid de instrumento vnionis, ibidem.*

7 *Pro decreto iudicis, quando sit præsumptio.*

8 *Sententia an præsumatur continere acta requisita non facta de eis specifica mētione disting. Pro qua faciliùs præsumitur quò ad acta, quàm respectu solennitatis.*

9 *Pro sentētia, in qua exprimitur solēnitas in genere, præsumitur.*

10 *Notariorum aut priuatorum actus: non tantam habent præsumptionem, quantam iudicis actus. Et an in eis sufficiat solēnitates in specie enuntiari.*

11 *Iudicis assertioni super solēnitatibus sentētiæ aut decreti quando stetur. Et quid de actu notarij.*

12 *Iudicis assertioni super solennitatibus, quibus nec iudex, nec partes po*

tes potuerunt renuntiare, non creditur.

13 *Iudici asserenti se detulisse iuramentum suppletiuũ causa cognita, non creditur & super quibus prætereà illi non credatur.*

14 *Iudex, item & partes, non possunt renuntiare solennitatibus iudicij substantialibus.*

15 *Sententia, & decretum, quid differant. Et an æquè super eis iudicis assertioni credatur, quantum ad solennia.*

17 *Pro sententia an magis præsumatur, quã pro decreto. dist. nu. 18.*

19 *Sententiæ approbatio præsumitur, ex præsentia & taciturnitate partium.*

20 *Iura pro iudice magis præsumunt, quàm pro priuato: nec tanta in eum cadit suspicio quanta in priuatum.*

21 *Iudici an credatur super causa, sine qua quis actum facere non potest, & quid de his, super quibus potestatem non habet.*

22 *Iudicis assertioni creditur, quando eò cõcurrit verisimilitudo. Et quando illa ipsa verisimilitudo adsit. Et vnde causetur. n. 23.*

24 *Pars an, & quando contra sententiam reclamare poßit.*

25 *Sẽtẽtiæ iudicis reclamans post debitum tempus, tenetur probare aliter esse, quam iudex asseruerit: si ex tali assertione velit agere nullitatem.*

26 *Iudicij solẽnia possunt tacitè remittere partes præsentes, & non contradicentes iudicis assertioni.*

27 *Iudex an dicatur causa cognita procedere, eò quòd partes sunt præsentes, vel contumaciter absentes distin. & nu. 36.*

28 *Præsentia partis, non necessariò infertur ex citatione.*

29 *Iudicij solennitates, quæ potuerunt interuenire sententiæ vel decreti iudicis tempore, præsumantúrne interuenisse. & nu. 30.*

31 *Notarius potest conficere instrumentum, & de eo attestari, quòd gestum est, modò rogatus à partibus.*

32 *Sentẽtia postquam trãsiuit in rẽ iudicatã, solennnitatẽ præsumptionẽ habet quando agitur ad eũ effectũ, ad quẽ iudex pronuntiauit. Et quid si agatur ad alium finem, modo non ex diuersa causa: maximè vbi obstat exceptio rei iudicatæ. nu. 33.*

34 *Notarius, itẽ & partes possũt fateri factũ in specie: nõ in genere.*

35 *Testis debet solum deponere super facto, non super iure. Et quid de notario.*

37 *Sentẽtia, quãdo dicatur de antiquo lata, vt pro ea præsumatur, etiam in ea non facta mentione solennium aut actorum.*

38 *Iudicis arbitrio relinquendũ, quando sententia dicatur antiqua: qui iudex variè arbitrabitur secundum qualitates iudicum, qui pronuntiarint.*

39 Sententia lata de antiquo, an ita pro ea demũ præsumatur, si lata sit contra præsentem, aut contumaciter absentem: an verò etiam si contra absentem non contumacem. disting.

40 Sententiæ notitia, præsumitur propter temporis diuturnitatem, in his casibus, in quibus absens post notitiam habitam tenetur appellare.

41 Sententia an sit de recenti vel de antiquo, vt præsumatur pro ea, distinctione opus: maximè an solẽniũ enũtiatio sit necessaria.

42 Contra tertium non præsumitur pro sententia.

43 Sententia in quibus præiudicat tertio, videtur pariter cõtra tertium præsumi pro sententia.

44 Res inter alios acta, quæ alijs plenè non præiudicat: an saltẽ aliquod aut quale præiudicium pariat.

45 Scriptura priuata inter duos cũ vno teste integro an plenè ꝓbet. Quid de libro æstimi: nũ præsumptionẽ faciat contra tertium?

46 Iuris præsumptio vt probandi onus transferat in aliũ, nûm plena requiratur probatio?

47 Socius criminis, an admittatur contra apprehendentem vel custodientem seipsum. Tum quot, & quales testes requirantur contra legis præsumptionem.

48 Res inter alios acta, quòd præsumptionem aliqualem & leuem faciat contra tertium.

49 Res inter alios acta, in antiquis, contra tertium inducit semiplenam probationem.

50 Pro sententia præsumitur, quæ transiuit in rem iudicatã contra præsentem vel absentem, in his, in quibus non valet sententia ex defectu consensus partium.

51 Sententiam latã sine causæ cognitione, vbi apparet cessat præsumptio quæ cessat in casu claro, vbi aliter de veritate apparet.

52 Pro sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, præsumitur, etiã respectu solennitatis & ordinis iudiciarij.

53 Sententiæ nullitas causatur ex libelli ineptitudine. Et an pro ea sententia poßit præsumi.

54 Acta an probent sententiæ solennitatem non interuenisse.

55 Acta producenti sufficit negare, quòd sint alia acta. Quod si aduersarius plura adseueret, tenetur probare.

56 Actorum pluralitas, non præsumitur.

57 Sententiæ instrumentum, nisi fuerit publicum, & in forma probante, pro ea non præsumitur.

58 Præsumptio non est pro his, quæ non fiunt coram iudice: vt pro mandato facto in absentia iudicis.

Manda

59 *Mandatum an præsumatur ex antiquitate tēporis in vtranque partem acuta dissertatio: maximè affirmatiuam, nu. 60.*

61 *Mandatum videtur probari propter antiquitatem tēporis, vbi in sententia aut instrumento fit mentio de ipso instrumento.*

62 *Verba enuntiatiua alterius instrumenti, an illud non probent, nisi inter ipsos contrahentes.*

63 *Qualitas, faciliùs quàm substantia probari potest. Item & faciliùs inducitur. nu. 64.*

64 *Mandatum an probetur propter antiquitatē temporis, in actu, ad quem quis verisimiliter non accederet sine mandato.*

65 *Mandati ratificatio præsumitur ex antiquitate tēporis, vbi agitur de modico præiudicio.*

66 *Mandatum de custodiendo, præsumitur ex temporis antiquitate: & diuturnitate custodiæ præcedentis.*

67 *Mandatū præsumitur, concurrentibus quasi possessione, & diuturna patientia & quid de mandato vicarij episcopi. nu. 68.*

69 *Mandati extrinseca solennitas præsumitur, concurrentibus aliquibus indicijs aut coniecturis.*

70 *Mandatum præsumitur ex antiquitate, quando agitur de fauore & commodo allegantis mandatum.*

EX præmissis absolutam habemus primam hanc partem tractatus nostri de tēporis antiquitate, circa materiā probatoriā. In qua ipsa prolixior lōgè fui quàm existimarē: sed nō potui breuius scribere, pro difficultatū & casuū onere non breui. Veniamus interim ad secundam partem circa materiā præsumendæ solēnitatis extrinsecæ ob temporis antiquitatem in actis judicialibus, quando quid dicatur de antiquo, vt fiat talis præsumptio. & de quæstionibus oportunè occurrentibus, secundum materiam subiectam.

¶Primò igitur† quæro, in hac secūda parte, qn̄ quid dicatur de antiquo in snīa, vt oīa præsumātur solenniter acta: 1
puta litē fuisse cōtestatā, partē citatā & alias solennitates fuisse adhibitas necessarias ad ipsam sentētiā. Rn̄deo, ꝙ vario modo res dr̄ de antiquo in hac materia. nā qn̄q; sufficit lapsus decē dierū, quod tēpus datur ad appellādū. nā si lapsum sit tēpus appellādi, & solēnitates enūtiētur in snīa & illa feratur præsentibus partib. & nō appellātibus, oīa præsumuntur solēniter acta: prout in sententia enūtiatur. Bar. in l. j. C. de rela. in l. acta. ff. de re iudi. & in l. fi. ff. quando appel. sit Bal. in consi. 217. Citatio. lib. iiij. Abb. in cōsil. 92. lib. j.

& in cõſ.60.li.ij.Veronenſis in cõſ.63.Alex in conſ.42.Viſo proceſſu.circa prin.li.iiij.Dec.in conſ.42.ver.Secundò hoc deducitur.Aufre.in dec.Capel.Toloſ.q.328.habetur in authen.ſi quis in aliquo documento.vbi Iaſ.in fi.cõmenti.C.
2 de eden.¶Idẽ,†ſi lata ſit ſnĩa contra abſentẽ,& contumacẽ vera cõtumacia.Rota deciſ.301.ſi petatur.in nouis.Corn.in cõſ.278.&li.iiij.& opi.ꝙ requiratur vera contumacia:atteſtatur cõiter Aret.in conſ.62.In facto.Addo Gemi.in conſ.
3 53.¶Sed ꝙ†idem ſit in ficto contumace,tenet Fel.in c.qm̃ contra.ver.quarta cõcluſio.de proba.ſed magis placet prima opinio.nã fictus cõtumax poteſt appellare:vt habetur in l.fi.ff.de reſti.in integ.in l.properandum.§.ſin autẽ reus.C.de iudi.& in l.ea,quæ.C.quo.& quan.iud.ergo intelligitur,ꝙ poterit appellare intra decem dies à die notitiæ habitæ de ſententia.auth.hodie.in gl.C.de app.c.cõcertationi.de app.li.vj.quod procedit,licèt ſtatutum dicat,ꝙ tempus appellandi currat à die ſententiæ.Corn.in conſi.17.li.j.& ſic apparet,ꝙ fictè contumax non habetur pro præſente,ſed pro abſente:nec propter contumaciam fictã,cenſetur approbare ſententiã:quia ſi cenſeretur approbare,nõ poſſet appellare.Si nõ cenſetur approbare ſentẽtiam:ergo nec ſolennitates in ea enuntiatas:& ſic quò ad iſtũ caſum fictus contumax habebitur pro abſente:vt ſolẽnitas enuntiatorum in ſnĩa nõ præſumatur contra eum,poſt lapſum decem dierum à tẽpore ſententiæ:ſed computabitur iſtud tp̃s decem dierum à tẽpore notitiæ.Poteſt tñ dici,ꝙ contra fictum contumacẽ præſumatur ſolennitas ex antiquitate tẽporis decem aut viginti annorũ:per id quod ſcribit
4 Gemin.in conſi.53.¶Aduertendum autem†hîc eſt,ꝙ licèt Bar.& doct.plerique in hac materia ſimpliciter loquãtur,ꝙ tales ſolennitates enuntiatæ in ſententia præſumantur,qñ lata eſt ſententia præſentibus partibus:nec diſtinguãt,an lapſum ſit tempus appellandi vel non:tñ neceſſariò debent intelligi poſt lapſum tẽpus ad appellandum.nam qua ratione ante lapſum id tp̃s poſſunt,nõ cenſentur approbare ſententiã:eadem nec enũtiata in ea.& ita intelligũt moder.in d.c.qm̃ contra.vbi Feli.verſi.quarta concluſio.Dec.verſi.ij.prædicta concluſio.de proba.Addo Pau.de Caſt.in conſi.xvj.Si ponderentur.verſ.reſtat nunc rñdere.lib.j.Bal.in d.conſi.217.lib.iiij.Abb.in d.conſi.92.lib.j.vbi Bal.Paul.& Abb.hoc volunt procedere,qñ pars nõ appellauit,& cõſequenter

quenter lapſo tẽpore ad appellãdũ:quia ante eius lapſum dici non poteſt, ꝙ nõ appellauerit, cùm adhuc poſſit appellare. ¶Secundò† quæro in hac ſecũda parte, tu dicis, ꝙ vbi 5
lapſum eſt tẽpus appellandi, ſententia dicitur de antiquo, quò ad hoc, vt præſumantur ſolennitates enuntiatæ in ea, qñ eſt lata contra præſentem vel verè cõtumacem: quæro inquam, an iſtud procedat indiſtinctè etiam ꝙ tales ſolennitates non enuntientur in ipſa ſententia. Paul. de Caſtr. in conſi. 201. In cauſa confinium. lib. j. refert Inno. in c. cùm in iure. de offic. de lega. tenentem ꝙ ſic. Paul. tamen non bene firmat, niſi ſimus in antiquis opi. etiam Inno. ꝙ præſumantur ſolennia ſententiæ poſt decurſa fatalia, & ſic poſtquàm ſententia tranſiuit in rem iudicatam: licèt illa in ſententia non exprimantur, ſaltem in antiquis, tenet Veronenſis in conſi. xxvj In ſecundo dubio. & in conſi. 63. verſic. vltra etiã prædicta, idem videtur tenere Corn. in conſi. 333. libr. j. vbi, ꝙ creditur ſententiæ antiquæ, licèt acta non producãtur, maximè ſi acta refert. ergo idem videtur velle, licèt acta non referat. idem & clarè voluit Gozadi. in conſi. 96. verſic. ſextò adduco. vbi ꝙ præſumitur pro ſententia, quò ad citationem lapſo tempore ad appellandum, licèt de citatione mentio non fiat. idem voluit Felin. in d. c. quoniam contra. verſicu. quinimò eſt vnus caſus, vbi, ꝙ præſumitur pro decreto in antiquis, etiam quò ad ſolennitates in eo non expreſſas. idem voluit Iaſo. in l. iiij §. condemnatum. ff. de re iudic. vbi, quòd præſumitur pro ſententia, à qua nõ fuit appellatũ, reſpectu citationis, licèt de ea in ſententia mentio non fiat. poſt Spe. per eum allega. & quod non requiratur enuntiatio in antiquis, tenet Aret. in conſi 36. verſic. ad ſecundum dico breuiter. Sed† cõtrarium etiã in antiquis, 6
tenet Pau. de Caſt. in conſil. 76. In facto iſto quatuor. libr. ij. vbi, quòd non præſumitur pro ſententia etiam in antiquis quò ad acta, niſi de eis fiat mentio in ſententia. Idẽ voluit Bal. in conſi. 104. Longum thema. verſic. & hæc vera, ſi conſtat, &c. lib iij. Idem videtur velle Alex. in conſil. 123. verſic. præterea prædicta ſententia. libro ſecundo. Pro hoc, quod ſcribit Aret. in conſilio 68. verſicul. præterea poſito, vbi quando iudici creditur atteſtanti de actis, intelligitur quando de eis atteſtatur particulariter. Ad idem quòd ſcribit Paulus de Caſtro. in conſilio 139. Pro declaratione eius, de quo quæritur. ante finem. libro primo. vbi, quòd

laudum, in quo enũtiatur instrumẽtum trãsactionis inter præsentes, ipsam transactionẽ non probat, qñ tenor ipsius transactionis in specie non exprimitur. Ad idẽ quod scribit Old. in cõsi. 262 In quæstione. vers. Sed prædictis obstare videtur, vbi si in instrumẽto vnionis dicatur, ꝙ vnio fuit facta cũ omnium iurium solennitate: talia verba nõ probant solennitates præcessisse, nisi in specie exprimãtur oẽs solennitates ad vnionem necessariæ. Ad idẽ, quod scribit Rota decis. 90. Quo ad reuocationẽ in nouis, vbi, ꝙ non sufficit cõfessio appellati, ꝙ fuerit appellatum, nisi dicatur & probetur in specie, ꝙ fuerit appellatum intra decẽ dies, & per habentem potestatẽ interponendi ipsam appellationem, de quo dixi in consi. 29. & suprà etiam dictum est in
7 prima parte. Addo. Dec in d. c. cũ cõtra. ver. & istud † quod dictum est de decreto. de proba. vbi, quod tunc demũ præsumitur pro decreto iudicis, qñ in eo enuntiantur solẽnitates ad actũ necessariæ. addo Bal. vltra eum. in c. in præsentia, de renun. Soc. in cõsi. 29. vers. secundũ argumentũ, similiter non obstat. lib. j. vbi, ꝙ non præsumitur solennitas extrinseca, de qua non fit mentio in instrumẽto, quãuis potuerit adhiberi de tempore actus: & quãuis partes illi potuerint renũtiare. & in decreto tradit Bal. in cõs. 84. Ad intelligentiã. circa prin. lib. ij. Pau. de Cast. in consi. 174 Contra superiùs cõsulta. ver. Prætereà dicebat Bal. lib. j. ¶ Quid
8 † tenendũ in tanta varietate & difficultate? Breuiter resoluendo distingue: aut loquimur in præsumptione sententiæ respectu actorũ: aut respectu solennitatũ. Si respectu actorũ, quæ pertinẽt ad iustitiã causæ: puta circa testes, instrumẽta aut alias probationes, cõsiderãdũ est, ꝙ faciliùs præsumitur pro sñia quò ad acta, quam respectu solennitatis. Bal. in cõs. 492. In causa vertẽte inter Blasiũ. vers. modò restat rñdere. lib. iij. Soc. in cõsi. 158. vers. sed ego etiam rñdeo clarius. lib. ij. Dec. in c. super eo. ver. quartus & vltimus casus est. de appel. & in cap. consuluit. j. ante fi. eo. tit. Ideò respectu actorum videtur præsumi debere pro sentẽtia, siue referat acta, siue non: quia non est verisimile ꝙ iudex aliquem condemnauerit vel absoluerit, sine probationibus. & ita in probationibus loquitur Alex. in consi. 105. in prin. lib. v. vbi, ꝙ præsumitur iudicẽ pronuntiasse ex causa vera, & iusta: licèt nõ appareat de probationibus, & quò ad acta probatoria. idẽ voluit Bal. in d. cap. præsentia. de renuntia.

Aut† loquimur respectu solẽnitatis, & tunc aut solẽnitas 9
exprimitur in sentẽtia saltẽ in genere, & similiter videtur præsumẽdũ pro sentẽtia. Pau. de Cast. in l. cũ ij. § si prætor. ff. de transact. vbi, ꝙ satis est exprimi in decreto iudicis, ꝙ cã cognita processerit, licet in specie non exprimãtur oẽs solẽnitates requisitæ ad tale decretũ, sequitur Alex. in cõs. 80. li. v. in cõs. 179. vers. & tãtò magis, si in instrumẽto. & in cõs. 213. in fi. li. vij. Dec. in cõs. 341. in fi. in cõs 373. Ias. in consi. 40. vers. tertiò respõdetur. li. iij. addo eundẽ Pau de Cast. in d. consi. 174. Cõtra superiùs cõsulta. vers. præterea dicebat Bal. li. j. si verò tales solẽnitates nõ enũtiãtur in sentẽtia, secùs videtur dicẽdũ. ¶ Sed dicet† aliquis, q̃d respondebitur 10
ad cõtraria suprà adducta, in quibus apparet, ꝙ tales solẽnitates debẽt in specie enũtiari? Respõdeo, ꝙ procedũt in actibus priuatorũ aut notariorũ tantũ, pro quibus nõ ita præsumitur, sicut pro actu iudicis. istã responsionẽ tradit Deci. in d. c. qm̃ cõtra. vers. postremò in casibus. vbi, ꝙ aut verba cõcipiũtur in personã iudicis, & sufficit expressio generalis, ꝙ causa cognita aut solẽnibus adhibitis processerit. Aut cõcipiũtur in personã notarij, & tũc requiritur expressio specifica. & istud dicit colligi ex decisione Io. Fabri in §. fi. insti. de fideius. ¶ Sed aduertẽdũ circa istã respõsionẽ Decij: quia videtur dubitabilis multũ. Nã procederet qñ ageretur de præiudicãdo tertio: quia magis præsumeretur pro actu iudicis, quam notarij, aut vnius priuati: sed qñ agitur de præiudicio ipsarũ partiũ præsentium, & consentiẽtiũ expressè vel tacitè, quare nõ ita sufficere debet generalis expressio ad earũ præiudiciũ, sicut in actu iudicis? Prætereà cõtra istã respõsionẽ arguitur sic. Docto. dicũt, ꝙ ad hoc vt solẽnia sentẽtiæ præsumãtur, requiritur ꝙ partes fuerint præsentes, vel ꝙ habuerint notitiã, & nõ appellauerint, & sic ista præsumptio non fundatur propter personã iudicis: sed in præsentia aut notitia partiũ: quibus imputandũ est, cur nõ appellauerint: sed cõsenserint actui iudicis, tacẽdo & nõ appellãdo, quæ ratio pariter militat in aliis actib⁹ priuatorũ, in quibus partes consenserint expresse vel tacitè. Ob id puto nõ esse differẽtiã, an verba cõspiciãtur in personã iudicis vel notarij, sup̃ enũtiatione solẽnitatũ, qñ actus legitur habitus inter partes præsentes, & quæ sibiipsis potuerũt præiudicare, & ꝙ vtroque casu præsumatur solẽnitas, licet in genere tantùm exprimatur.

Quæ tamẽ conclusio clariùs explicabitur limitationibus, quas statim subiiciã.nã istud intelligo, qñ notarius ita attestaretur in præsentia iudicis:secùs si per ipsum solũ cum ipsius officiũ nõ sit,qualia sint iuris solẽnia,per ea,quæ in-
31 frà dicã de enuntiatione notarij. ¶Limitatur † igitur præmissa cõclusio,ꝙ statur assertioni iudicis super solẽnitatibus sentẽtiæ aut decreti,vt ꝓcedat cõtra ipsas partes præsentes & cõsentiẽtes expresse, vel tacitè:puta nõ appellando,aut cõtra alios causam habẽtes ab ipsis partibꝰ præsentibus:secùs cõtra tertios absentes.ita volũt doct.suprà alleg.in princip.primę quęstionis huius secũdæ partis tract. nostri.vbi expresse põderãt præsentiã partiũ.& idẽ dico in actu notarij eo casu , quo actus geritur inter præsentes & eos,qui sibiipsis poterunt præiudicare,& multo fortiùs in actu notarij procedet hæc limitatio,vt eius enũtiatio non
32 præiudicet tertiis absentibus.¶Secũdò † limitatur,vt non procedat in solẽnitatibus,quibus nec iudex nec partes potuerũt renũtiare.Ideò si iudex interponat decretũ sup̱ alienatione rerũ minoris,vel ecclesiæ , & asserat se adhibuisse plenã causæ cognitionẽ, nõ videtur credẽdũ tali assertioni,per l.si fortè.ff.de castrẽ.pecu.l.si donatione.C.de collationi.vbi latè moder.Ita in specie determinat Pau.de Cast. in cõs.38.Sup̱ eo,quod quęritur.lib.ij.sequitur Deci.in cõs. 556.Hyppo.in sin.399.multi sunt d. Rebuffi sup̱ cõcorda.in titu.de cõclusio Latera.conci.pagi. 251. vers. Tertiò infertur.Idẽ sequi videtur Ias.in l.nec quicquã.§.vbi decretum. vers.no.& secundo diligẽter.ff.de offic. procon. Ad idẽ facit,quod Ias.scribit in l.admonẽdi.vers.quære,an stetur ff.
33 de iureiuran.vbi,ꝙ nõ † creditur iudici asserẽti se detulisse iuramentũ suppletiuũ causa cognita:cũ sine causæ cognitione deferre nõ posset.Ad idẽ facit dictũ Bal.in l.omnem. C.ad Tertullia.vbi ꝙ nõ statur soli assertioni iudicis dicentis se dedisse tutorẽ cum causę cognitione quod dictũ pro notabili refert & sequitur Iason.in consilio 149.libr. ij. Ad idem facit Deci.in c. quæ in ecclesiarum.vers. non obst. ꝙ præsumatur.de cõsti.vbi,ꝙ nõ creditur iudici super causa, sine qua actũ facere nõ potest,in qua fundamẽtũ suæ potestatis cõsistit.Alibi scribit Ang.in cõs. 107. Iacobellus.in fi ꝙ nõ creditur iudici dicẽti se sequestrare possessionẽ timore armorũ,& ratione scãdali euitãdi , sine quo scãdalo talis sequestratio fieri non potest,sequitur Dec.in cõs. 366.

hoc

hoc etiã dictũ Pau.de Cast.in d.cons.38.in specie refert,& sequitur Feli.in c.ecclesia.S.Mariæ.vers.vndecimò pro hac parte.extra de constitu.¶Sed ista limitatio videtur dubitabilis,& ea attẽta,sequi videtur,destructio cõmunis cõclusionis suprà firmatæ in prima quæst.huius secundæ partis, ꝙ vbi sentẽtia fertur cõtra præsentes præsumitur pro eius solẽnitatibus anunriatis in ea.nam nec † iudex nec partes 14
possunt renũtiare solẽnitatibus iudicij substãtialibus: ita ꝙ sentẽtia sine eis lata valeat,vt sententia: vt habetur in l. ius publicũ.ff.de pact.& in l.si cõuenerit.ff.de re iudi. Bal. in cõsi.427.In causa spectabilis.li.j.Guido Papæ.q.216.cum simil.Ergo sequeretur , ꝙ licet tales solennitates omnes in specie enũtientur in sentẽtia,& lapsum sit tẽpus appellãdi: nõ tamẽ pręsumãtur:quia nõ credatur iudici in iis,quibus per eum nec per partes renũtiari nõ poterat.¶Rursus ista limitatio videtur cõtra cõmunẽ cõclusionẽ doct. ꝙ stetur assertioni iudicis in decreto , ꝙ illud interposuit causa cognita , etiã ꝙ in specie nõ exprimãtur solẽnia requisita ad ipsum actũ,super quo decretũ interponitur. & loquuntur Doct.etiã in actu,in quo tales solẽnitates remitti nõ poterãt,vt in alienatione bonorũ ecclesiæ,vel minoris:ita licet videre in casibus & exẽplis,in quibus doct.suprà cõmemorati loquũtur:in d.l.cũ hi.§.si prætor.ff. de trãsact. vbi Bal. & Pau.& in aliis locis suprà relatis.iam cõtra Pau.de Cast. in d.cõsi.38.dicit cõmunẽ opi.esse Soci.in cõs.115. Circa primã quæstionẽ:in primo dubio.li.j.cõtra Pau.etiã in specie tenet Alex.in l.sciẽdũ.ff.de verb.oblig.¶Sed dicit † aliquis: 15
tu cõfundis in hac materia sentẽtiã iudicis , & eius decretũ,ꝙ vtroque casu credatur iudici super solẽnibus, modò sentẽtia trãsierit in rẽ iudicatã: cũ tñ videatur differentia: q̃a magis videtur credẽdũ iudici in decreto, quã in sentẽtia:q̃a decretũ interponitur de plano:extraiudicialiter inter cõsentiẽtes & requirẽtes:sentẽtia verò fertur inter nolẽtes ꝑ viã cõtẽtiosæ iurisdictiõis,ob id solẽnia sententiæ præsumi nõ debẽt,nisi de eis appareat ex actis.ita Bal.in d. l.cũ hi.§.si prætor.in finalibus verbis.ff.de trãsact. in l.non aliter.vers.& no.tñ ꝙ vbi decretum.ff.de adoptio.& in c.in præsentia.de renũtia.sequitur Imol.in cõs.98.Soc.in d.cõs. 115.versi.& ꝙ qñ superior.lib.ij.Corn. in consi. 71. versi. & quòd quãdo superior.lib.iij. Aliã rationẽ diuersitatis assignat Imo.in d.consi.98. quia in decreto potuit iudex se in

formare extraiudicialiter antè, quàm illud interponeret: ideóq; nō est mirū, si in decreto magis pręsumit' pro iudice. Addo Bar. vltra alios in l. ambitiosa. ver. pręterea, in istis extraiudicialib'. ff. de decret. ab ordi. fac. vbi q̃ magis creditur assertioni alicuius: puta decurionū in extraiudicialibus quā in iudicialib'. idē voluit Old. in cōs. 101. Quia cu-
16 iuslibet. Ideò doct. † in hac materia, q̃ præsumatur pro iudice in decreto, nō distinguūt, an res sit de antiquo, vel nō. Ampliùs & fortiùs voluit Alex. in cōs. 80. li. v. q̃ præsumat' pro decreto iudicis, q̃ causa cognita, ꝓcesserit, & solénitatibus adhibitis, licet hoc nō exprimatur in eo: dum dicit, q̃ tātò tutiùs præsumitur, qn̄ id exprimitur: ergo idē vult, si nō exprimatur. idē voluit Soci. in d. cons. 115. lib. j. clariùs
17 Imo. in d. cōs. 98. ¶ Sed cōtra istam † differētiā apertè tenet Alex. in cōs. 105. li. v. vbi, q̃ magis præsumitur pro sentētia, quā pro decreto: q. a sentētia transit in rē iudicatā: secùs in decreto. Addo vltra Alex. q̃ idē tenet Ang. in l. quæcūq;. §. fi. ff. de publicia. vbi vult, q̃ nō præsumatur pro decreto: secùs pro sentētia: qn̄ est lata cōtra præsentē, & nō reclamātē: quò ad omnia enuntiata in ea, etiā q̃ nō potuerint interuenire tēpore actus. satis est enim, q̃ per præsentiā, & taciturnitatē cōfiteatur quis ea interuenisse. Sed vltra authoritatē Alex. & Ang. cōsidero rationē. Nam aut loquimur de præsumptione pro sentētia respectu personæ iudicis, aut respectu partiū præsentiū, & nō reclamātiū. Si respectu iudicis, videtur, q̃ magis præsumi debeat pro eo in foro cōtētioso, quā in foro volūtario. & sic magis in sentētia quæ dicitur fori cōtentiosi, quàm in decreto: quod dicitur fori volūtarij. quia in foro cōtētioso timet vel timere pōt de reuocatione suorū gestorū per appellationē: secùs in decreto, quod interponit partibus postulantibus. Et videmus à
18 cōmuniter accidētibus, q̃ in huiusmodi † decretis, quę interponūtur inter pręsentes, & cōsentiētes, nihil aliud quærit prætor, quā partiū cōcordiā. l. si cōuenerit. ff. de re iudi. & rarò videas decreti interpositionē denegari metu amissionis emolumēti pro decretis constituti, & apud iudices plerosq; inferiores, solū valēt decreta eiusmodi ad cōmodū bursale, nouit Deus, si præter vectigal hoc, aliud iudices eiusmodi quærūt. Videmus etiā à cōiter accidētibus, q̃ maturiùs & deliberatiùs procedūt iudices in iudicialibus, & cōtētiosis, quā in istis extraiudicialibus, ob id plus placet

placet opi.Alex.ꝙ magis præſumatur pro iudice in ſententia,quã in decreto.& ſi præſumitur pro decreto iudicis,à fortiori pro eius ſentẽtia. Similiter ſi cõſideremus perſonas partiũ,eadẽ videtur ratio , præſumẽdi † præſuppoſita 19
earũ præſentia & taciturnitate ex qua re approbatio ſententiæ inducitur. Sit igitur cõcluſio, ꝙ præſumitur pro iudice,quò ad enũtiata ſiue in ſentẽtia,q̃ trãſiuit in rẽ iudicatã,ſiue in decreto,etiã in caſu , in quo ſolẽnitas enuntiata nõ depẽdet à poteſtate iudicis,neq; partiũ,& in ſentẽtia,à qua nõ eſt appellatũ:ꝙ omnia præſumãtur ſolẽniter acta, tenet Alex.in l.ſciendũ.verſ.itẽ fallit in iudice.ff.de verbo. obli.& ibidẽ Alexan.verſ.pro hoc optimè facit. æquiparat iſta duo ſentẽtiã & decretũ. Imò maius dubiũ præſupponit in decreto,quã in ſentẽtia.Et in decreto,ꝙ pro eo non præſumatur,adduco Bal.ſibi cõtrariũ,in conſi.376.q.lib.j.
¶Nec obſtat † argumẽtũ Pau.de Caſt.in d.cõſi.38.lib.ij.fundatum super regula d.l.ſi fortè.ff.de caſtrẽ. pecul. quia illa 20
regula procedit in priuatis,nõ in iudice,pro quo iura prẹſumunt:nec ita cõtra eũ ſuſpicãtur,ſicut cõtra priuatũ.Ita in ſpecie reſpõdet Alex.in d.l.ſciendũ. verſ.& iſtã partem ſimpliciter tenuit.ff.de verb. obli. Eandẽ reſpõſionem ad illud conſi.Pau. de Caſt.& ad d.l.ſi fortè.tradit Iaſ. in l.j. ff. de officio eius. Confirmatur iſta reſponſio ex his , quæ Bar.ſcribit in d.l.ambitioſa. verſ.viſis , & examinatis.iuncto eo,quod dixerat in eadẽ l.ambitioſa.verſ.quæro, vtrũ liceat.vbi dixerat decuriones nõ poſſe donare,niſi ex cauſa remunerationis,ſi remuneretur aliquis benefaciẽs,aut benemeritus de ciuitate,aut vniuerſitate.poſteà in d. verſ. viſis.quærit Bar.an in caſibus,in quibus decuriones quid facere poſſunt ex aliqua cauſa,ſtetur eorum aſſertioni ſuper tali cauſa:puta,ſi in præfatione donationis faciãt mẽtionẽ de benemeritis:& cõcludit Bar.ꝙ ſic , propter qualitatẽ & grauitatẽ perſonarũ ipſorũ decurionũ:per text.in l. j.ff.de offi.præfecti præto.& ſic apertè vult Bar. ꝙ tex.in d. l.ſi fortè.ſolùm procedat in perſonis priuatis:ſecus in perſonis publicè electis:pro quibus iura præſumunt.& illud dictũ Bar.refert & ſequitur Alex.in conſi.34.ante fi.lib.iiij. Dein c.conſi.191.Iaſ.in cõſi.101.lib.iiij. ¶Sed iſtã † reſponſionem impugnat Dec.in c.cum ſit Romana.in tertio not. 21
de appella.vbi vult , quòd iudici non credatur ſuper cauſa, ſine qua actum facere non poteſt, & quòd regula d.l.ſi

fortè.procedit ẽt in iudice.Sed idem Dec.in d.l.j.ff. de offi. eius,vr̃ velle,ꝙ d.l.si fortè.non procedat in iudice, qñ ad eum commodum non pertinet,& iudex interesse propriũ prætendere non põt & fortè opi. Decij in d. c. cùm sit Romana.ꝙ indistinctè non credatur iudici in his, super quibus potestatem non habet,seu quę non dependent ab eius
22 arbitrio,videtur verior.¶Ideò vltra † Alex.& Iaso.aliter & secundò respondeo ad d.l.si fortè.quòd nõ procedit, qñ cũ tali assertione concurrit verisimilitudo,ꝙ ita sit, prout asseritur.Salic.in l.si mater. C.de contrahen.emptio. Alex.in consi.18.li.iij.& latiùs suprà dixi in prima parte, in quinto requisito septimę limitationis.n.64.65.& n.215.& ibi in terminis allegaui dictũ Anch.in cõs.277.qđ est repetitum in cons.439.vbi,ꝙ statur assertioni iudicis,qñ aliàs nõ staretur, vbi illa est ꝟisimilis:sed dico,ꝙ assertiõi iudicis siue in sentẽtia,siue in decreto est plus,quàm verisimilis, postquã partes sunt præsentes,& nõ contradicunt, nec appellant à sententia,eo modo tacitè sententiã approbando. l. j. C.de postulan.l.j.C.si sæpius in integ.restit.postu.c.quod ad cõsultationem.de re iudi.neq; enim verisimile est,ꝙ si assertio iudicis in eius sententia,aut decreto veritatẽ non contineret,pars,de cuius præiudicio agitur,contineret: arg.l. cùm de indebito.ff.de probat. Ideò nõ ab re doct.loquuntur,ꝙ præsumitur pro assertione iudicis cõtra partes præsentes,vel qñ sententia trãsiuit in rẽ iudicatã, & sic nolunt doct.ꝙ simpliciter, & indistinctè præsumatur pro iudice,
¶ Sed † dum fuit cōclusum requiri tēpus triginta annorū, 13
qñ agitur de graui præiudicio, & cessat possessio, seu quasi lōgi tēporis: in contrariū videtur facere, quod scribit Anchar. in cons. 222. Subtiliter. vbi voluit, quòd præsumatur solennitas curatoris per assertionem adultorum pòst lapsum viginti annorum. & tamen in casu Anchar. agebatur de graui p̄iudicio. Solutio in casu Anch. cōcurrebat aliud: q̄a obligatio, sup̄ qua curator liberationē cōcesserat, erat cōtracta cū eodē met curatore, ob id factum illud curatoris, adulti impugnare nō poterāt. Præterea cōcurrebat assertio, aut cōfessio ipsorū adultorū, q̄a facili⁹ præsumitur solēnitas enūtiata, q̄ nō enūtiata, vt sæpiùs dictum est. Sed iterū opponitur cōtra p̄missa ex eo, q̄d scribit Alex. in cōs. 218. vers. præterea Host. lib. vj. vbi voluit necessariū esse tēpus centū annorū, vt præsumatur solēnitas extrinseca. sed puto ꝙ Alex. malè loquatur, cōtrariādo his quæ idē Alex.

dixerat in locis suprà alle.& doct.per eum alle. loquuntur, quando agitur de præsumẽdo titulo aut substãtia actus,nó de eius solennitate.Rursus etiã opponitur contra præmissa,ex iis quæ scribit idẽ Alex.in cõs.79. vers. fortificatur p id.lib.j.& in cõs.9.lib.iij.vbi voluit, ꝙ in ista materia præsumendi solennitatem extrinsecã in contractibus ob temporis antiquitatem, relinquatur arbitrio iudicis, quando tempus dicatur de antiquo. Sed certè nõ puto,quòd iudex possit arbitrari de minori tempore decẽ aut triginta an-
14 norum,secundum casus præmissos. Ex quibus † vides, ꝙ licet plerique multitudinẽ scriptorũ hodie deuoueãt,instar languentis stomachi,cui ciborũ displicet apparatus:nunquã tamẽ declarandi necessitas tanta fuit, quantũ interim videmus.Plerique enim vel iudicũ vel aduocatorũ,vt primum vidẽt decisionẽ aliquem doctoris alicuius maximè celebris nominis,non ab ea sanctũ putant discedere. Sed scribẽtis auctoritas nunquã tanta fuerit,quin rationes iuris procellant:secundũ Senecã relatũ per Fulg.in l.pen.C. de cond.ind.Fieri enim potest, quòd vnus longè minoris scientiæ,& auctoritatis, in aliquo superet plures & maioris auctoritatis & sciẽtiæ.l.j.circa med.C.de vete.iur.enuc. Cor.in cõs.55.lib.iiij.& dicit Dec.in cons.74.in vltimis verbis ꝗ rationes metiri debemus propter seipsas,& non proferetis auctoritate. Relinq; arbitrio iudicis, quãdo tẽpus dicatur de antiquo,cõtinuò iudex præceps rudis & culpatæ consciẽtię pro amico aut priuato suo cõmodo arbitriũ
51 dicat.Sed opponitur † adhuc contra præmissa,& videtur ꝙ nunquàm ex sola antiquitate temporis præsumatur solennitas extrinseca,etiã ex tempore 30.annorũ,nisi cõcurrat aliqua præsumptio alia vltrà tẽporis lapsum: puta possessio,vel quasi.ita Abb.in c. Albericus.de testib. per text.in l. quæcũq;.§.fin.ff.de Publician.& per not.in d.c.peruenit.de empt. & vend.sequitur Alex.in d. cons.12. vers. nec obstat. etiã si dicatur.in d.cons.17.vers. nec obstat.quod notat.Hosti.lib.iiij.& latiùs in cõs.218.lib.vj. Ias. in d.cons. 140.libro iiij.Idem voluit Soc.in consi.29.vers. secundum argumentum. Similiter non obstat.lib. j.vbi, quòd nunquam præsumitur solennitas extrinseca, quæ tempore actus interuenire non potuit:vel cui partes renuntiare non poterant. & loquitur Socin. in alienatione rei ecclesiasticæ. & in solennitate tractatus.& sic Soc.si benè põderetur,voluit fortius

tiùs non præſumi ſolennitatem etiam concurrente poſſeſſione longi tẽporis.ſimiliter Corne.in conſ.181.lib.ij. quòd non eſt omninò tuta illa opinio,quòd propter diuturnitatem temporis omnia præſumãtur ſolenniter acta. Sed iſta opinio poſſet procedere in tẽpore decem annorum,quòd non eſt ſufficiens vt præſumatur ſolennitas extrinſeca nõ concurrente alio adminiculo:puta poſſeſſionis,vel quaſi, quãdo agitur de graui præiudicio. Secus in tẽpore longiſſimo xxx.annorũ.quod ſolũ ſufficit ad inducendũ pręſumptionẽ ſolennitatis extrinſecæ.& hanc opi. ꝙ ex ſola antiquitate tẽporis omnia præſumãtur ſolenniter acta, tenet Signorolus de Homodeis, in ſubſcriptione ad conſilium Zilioli de cauitellis,inter cõſilia Anch.in cõſ.vltimo. Alex. in cõſ.19.verſ.non obſtat etiã,dum obiiciebatur.lib.vj.Soci.in cõſ.15.verſ.confirmatur etiam prædicta concluſio.lib. j.conſ.153.& in cõſ.266.verſ.ex quibus infero.libro ij.Cor. in conſ.144.lib.iiij.vbi dicit hanc eſſe communem opinionem.& idem Cor.in cõſ.284.eodem lib.iiij. Eandem opin. dicit communem Deci.in dict.l.prima.C.qui admi.in conſilio 36. verſiculo ſecundo. reſpondetur. in conſilio 42. in conſilio 135.in principio. in conſilio 329.in conſil. 341.& in conſilio 409.& in dicto conſi.36.dicit Deci.præſumi ſolennitatem extrinſecam ex ſola antiquitate temporis, etiam nulla poſſeſſione ſubſecuta. Eandem opi.tenet Iaſ.ſibi contrarius,in d.l.ſciendum.ff.de verb.obl. & in d.l.qui in aliena.in princ.ff.de acquirenda heredit. Ripa.libro ſecundo. reſponſ.cap.xxij. Quam tamen opin.ego teneo ſecundum diſtinctionẽ ſuprà factã per tres caſus. ¶Et in hac materia non omitto dictum Geminia.in conſilio 87.vbi,quòd magis pręſumitur pro ſolennitate actuum extraiudicialium, quam iudicialium. Sed ego dicerem totum contrarium, quòd magis præſumatur pro factis in iudicio. ¶†Memo- 16
rata concluſio, quòd præſumitur ſolennitas extrinſeca propter antiquitatem temporis ſecundum diſtinctionem, de qua ſuprà, limitatur aliquibus modis.& primò, vt non procedat,quando pars cum qua dicitur actus celebratus, negaret illam ſolennitatẽ interueniſſe:puta ſi Canonici negant interueniſſe cõſenſum capituli in alienatione rei eccleſiaſticæ,ita Alex.in d.conſ.9.verſ.non obſtat, ſi diceretur.& in fi.illius conſilij.libr.iij.ſequitur deciſio Neapoli. deciſione 245.& deciſione 345.verſiculo & ſi diceretur.

¶Sed valdè dubito de hac limitatione. nam si pars non opponit defectum solennitatis, illa præsumitur etiã in actu recenti, cessante antiquitate tẽporis. Cõpostella. in c. cum dilectus. de consuetu. quod dictũ pro multùm notabili citat Matthesila. nota. xij. Nota, ꝙ illa regula. sequitur Soci. in d. cons 270. vers. & hoc maximè, quia longissimo tẽpore, lib. ij. Feli. in d. c. sicut. in secunda fallentia de re iudi. Ias. in d. l. sciendum. in iij limitatione. ff. de verb. obl. Quo autem
17 tempore † debeat fieri oppositio, tradit Geminia. in cõs. 87. vbi, quòd debet opponi ante perfectionẽ actus: secùs post actum perfectum, sed istud posset procedere in solennitate intrinseca. Itaque quum dicunt doct. solennitatem extrinsecã præsumi ob tẽporis antiquitatem, necessariò præsupponunt, ꝙ defectus talis solennitatis fuerit allegatus, & oppositus. ¶Secũdò, considero contra hanc limitationem, & contra hoc dictũ Alex. nam talis solennitas & extrinseca præsumitur, etiã contra tertiũ post lapsum. xxx. annorũ vt suprà dictũ est, & sic tertius defectum talis solennitatis opponere non põt, nisi probet negatiuã: quãtò minus igitur tale defectũ opponere is poterit, quo cũ gesta res sit: cùm difficiliùs cõtraueniat quis facto ꝓprio, quã alieno. l. si post mortem. §. fin. ff. de adoptio. Ideò non possum non mirari de hoc dicto Alex. sed magis admiror, quomodò senatus Neapolitanus dictũ illud secutus fuerit. ¶Secũdò
18 † limitatur memorata cõclusio, vt solũ procedat interueniente scientia, & patiẽtia eius, cuius cõsensus est necessarius ad actũ: quia in istis terminis loquitur d. l. si filius. C. de pet. hered. Ideò si in alienatione, aut cõtractu sit necessaria licẽtia Papæ, illa nõ præsumetur: quia nõ est verisimile, ꝙ habuerit Papa notitiã talis alienationis aut cõtract⁹. ita Alex. in d. cõs. 9. lib. iij. & in d. cons. 17. vers. nec potest dici, ꝙ dictæ omnes solẽnitates. lib. iiij. sequitur decisio Neapoli. decisione 107. vbi propterea infert, quòd allegans præsumptionem solennitatis consensus vel licentiæ superioris, debet probare scientiã ipsius superioris, ꝙ superior sciuerit talem actum factum esse. De quo tamen vide, quæ infrà dicã hac eadẽ parte. numero 29. ¶Sed aduerte: quia
19 † istud non procederet, quando res esset de antiquo per tantũ tempus, cuius initij memoria nõ extat in contrariũ: quia tunc non requiritur scientia superioris, non solum quãdo ageretur de præsumẽda solennitate extrinseca: sed

etiam vbi ageretur de probatione tituli, & substãtiæ act⁹: quia tẽpus tam antiquũ habet vim cõcessionis, & tituli. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. c. super quibusdã. §. prætereà. de verb. sig Nec in tãto tẽpore requiritur scientia superioris, ẽt ꝙ agat le ei⁹ præiudicio: vt ꝑ Alex. in cõs. vj. lib. j. & habetur in l. imperiũ. ff. de iurisd. om. iud. & infrà dicemus in iiij. parte huius tractatus. vbi tamẽ teneo cõtra Alex. & sequaces pro Bart. ¶ Tertiò limitatur,
†vt non procedat in solennitate, quæ est contra ius com- 20
mune: puta in dispẽsatione, quæ non præsumitur ex antiquitate tẽporis. vtpote, tenuit quis longo tẽpore duo beneficia incõpatibilia, vel est minor, aut aliàs incapax ad beneficiũ: sed allegat secũ dispensatũ perdidisse Bellamer. in cons. 10. vers. & si dicas, ꝙ concessio. vbi indistinctè dicit, ꝙ non præsumitur dispẽsatio ex antiquitate tẽporis. ponderando quod in præcedentibus loquitur de eo, qui erat in possessione, seu quasi faciẽdi actus, qui citra dispensationẽ fieri non poterant. ¶ Sed Abb. in c. licet Heli. de simonia. dicit considerandã esse antiquitatẽ tẽporis, qualitatẽ beneficiati, & superiorũ prædecessorũ, qui ipsum beneficiatũ tolerauerunt. nam si verisimilis sit dispẽsatio ex istis qualitatibus, illa præsumetur saltẽ † cum iuramẽto ipsius be- 21
neficiati allegãtis amissionẽ ipsius dispensationis: sicut in simili dicitur de iuramẽto suppletiuo, ꝙ defertur quando præsumptio, & verisimilitudo est pro iurãte: iuxta no. in c. fi. de iureiu. Imò & sine iuramẽto vult Abb. pręsumi dispẽsationẽ in antiquis. quæ tñ præsumptio nõ procedit, secũdũ Abb. qñ ius cõmune esset cõtra beneficiatũ: ita ꝙ superior expresse cõsentire aut dispẽsare nõ posset: q̃ tũc nec ẽt tacitè p̃sumi põt cõsensisse propter antiquitatẽ tẽporis. Quæ dicta Abb. refert, & sequitur gl. prag. sanctiõis in tit. de pacificis possesso. §. ordinarij super gl. in vers. inquirant. & istud videtur ęquius & verius. ¶ Quartò † limitatur, vt so- 22
lum procedat in solẽnitate extrinseca, quæ præsumitur ex antiquitate tẽporis: secùs vbi ageretur de substãtia actus: quia illa nõ p̃sumitur ob tp̃is antiquitatẽ: putà si in instrumẽto fiat mẽtio de aliquo alio cõtractu aut instrumento, illud nõ p̃sumitur ex tp̃is antiquitate Alex. in cons. 50. lib. 5. similiter ex antiqua patiẽtia nõ p̃sumitur titulus aut tituli substãtia. l. nullo. C. de rei vẽ. l. diuturna. C. de lõgo tẽp. p̃scr. Alex. in cõs. 179. li. vj. Similiter ꝑ antiquitatẽ tẽporis aditio

hereditatis nõ pręsumitur: sed pręsupposita substãtia ipsi' aditionis præsumitur pro eius solẽnitate, ꝙ solẽniter facta sit. Deci. in cõs. 442 & generaliter verũ est, ꝙ faciliùs inducitur qualitas rei, quã eius substãtia. gl. fi. in l. talis scriptura. §. fi. ff. de lega. primò. quã gl. pro multũ notabili refert & sequitur Ias. in l. stipulatio ista. §. alteri. in decima limitatione. ff. de verb. obli. & quod dictũ est suprà in secũda parte. ¶Sed ibi cõtrarium videtur facere, quod scribit Bal. in l. post mortẽ. in fi. ff. de adoptio. vbi si filius habitat seorsum à patre, gerẽdo se pro emãcipato, præsumitur emãcipatio, si illa allegetur cũ cursu decẽnij vel viginti annorũ, sequitur Barba. inter cõsilia Alex. in cõsi. vlti. lib. iiij. Similiter in cõtrariũ faciunt not. in l. cũ de in rẽ ver. ff. de vsuris. & in l. si certis annis. C. de pactis. vbi, ꝙ præsumitur titulus, & sic substantia obligationis ex antiquitate tẽporis, qñ quis in annos singulos certũ quid soluit. ¶Solutio. Quando anti-
23 quitas † tẽporis habet admistũ factũ hominis successiuũ: puta solutionẽ, aut præstationẽ annuã, inducitur titulus, si allegetur. Secùs qñ antiquitas tẽporis solùm habet admistã hominis patientiã, nisi esset tẽpus antiquissimum, cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ, ꝙ habet vim tituli: vt
24 suprà dictũ est. ¶Et si dicatur in † præsumptione emancipationis non interuenit factum hominis, sed patris solùm eius patiẽtia: respõdetur dupliciter. Primò, ꝙ ex tali præsumptione emãcipationis nullus inducitur titulus obligationis contra patrẽ: sed solùm acquiritur libertas filio, quæ de facili præsumitur inter patrẽ, & filiũ, cũ ẽt ascẽdẽs præsumatur donare descẽdẽti: vt habetur in l. quæ dotis. ff. soluto matri. Secundò respõdeo, quòd fauor liberationis & libertatis hoc inducit. Tertiò potest respõderi, quòd istud procedit propter qualitatem personæ patris istud patiẽtis. nam cum pater quotidie videat filium seorsum negotiantem, non est verisimile, quòd istud pateretur cessante emãcipatione: sicut dicimus in titulo beneficij ecclesiastici, qđ præsumitur ex possessione x. annorũ: quia cũ Episcopi visitent singulis annis suã diœcesim, nõ est verisimile, quòd tolerarent tanto tẽpore retineri ecclesiam absque canonico titulo Inno. & Hosti. in cap. illud. de præsumptio. & in c. licet Hely. de simo. sequitur Geminia. in cons. 87. ¶Quin-
25 tò † limitatur, vt nõ procedat in eo, qui actũ gerere non potest: quia in eo nõ ꝑsumitur solẽnitas extrinseca ob tẽporis

ris antiquitate. Decius in d. consi. 442. vbi loquitur in additione pupilli, qui hereditatem adire non potest, sine authoritate tutoris. l. pupillus. ff. de acqui. here. §. neque. insti. de auctorita. tutor. ¶ Sed ista limitatio nihil aliud est, quã destructio conclusionis, cũ prælatus & minor non possint alienare bona immobilia, sine debitis solẽnitatib. & idem in aliis personis, quæ contrahere nõ possunt sine certa solennitate. & tñ illa presumitur ob temporis antiquitatem.

¶ Sexto limitatur, † non procedere, qñ instrumentum de antiquo fidem non faceret. Nã cùm principale non probetur, aut de eo legitimè non apparet, frustrà tractatur de eius solennitate. Soci. in consi. ij. in prin. lib. iij. allegat Bal. & clariùs Imo. in l. j. ff. de his, quæ in testam. delen. idẽ tradit Cornæ. in consi. 22. versic. Insuper quam plura. lib. iij. & dixi suprà in ij. parte, in quinta limitatione. 26

¶ Septimò limitatur, † vt non procedat, quando ex inspectione instrumenti de antiquo probaretur de cõtrario, scilicet solennitatem adhibitam non esse. quod intelligo non quando in instrumẽto nihil diceretur de ipsa solennitate: quia adhuc præsumeretur. sed quando in ipso instrumẽto enuntiatur ipsa solennitas, quæ apparet minùs legitima. Pau. de Cast. in consi. 81. In causa, quæ vertitur inter reuerendum patrem. lib. ij. sequitur Feli. in d. c. sicut. versi. vij. & vltimò declara. de re iudi. Deci. in consi. 13. in consi. 36. vers. secundò responderi potest. & in d. c. quoniam contra. vers. successiuè. Abb. de proba. Ias. in d. l. j. in v. limitatione. C. qui admitti. & in consi. 176. libr. ij. Curtius iunior in consi. 130. Gozadinus in consi. 73. Addo Abba. in consi. 61. versic. item antiquitas. lib. j. vbi, † quòd contra præsumptionem antiquitatis admittitur probatio in contrarium. Idẽ dicit Veronensis in consil. 25. ad finem primi dubij. Ad idem facit Bellamera in consi. 10. vbi, ꝙ regula, ꝙ titulus præsumitur ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrariũ, non procedit, quando expresè producitur titulus nullus, & inualidus: quia sumus tunc in casu claro. de quo tamen latiùs dicam in iiij. parte Et ratio huius limitationis est: quia antiquitas tẽporis in hac materia solùm inducit presumptionem: sed cessat præsumptio, vbi de veritate appareat in contrarium. l. continuus. §. cùm ita. ff. de ver. obl. Cedit enim † veritati præsumptio & per contrarias probationes tollitur. l. fi. in prin. ff. quod me. cau. l. nuptura. in fi. ff. de 27 28 29

iure dot.l.ſi chirographum.& l.cùm de indebito.§.j.ff.de
probatio.l.filio,quem pater.ff.de liber.& poſthu.l.vnic.§.ſi
quis filium.ff.ſi tabu.teſtamen.nullæ extab.c.is,qui fidem.
30 de ſponſal.c.quicunque.80.diſtin.¶ Ampliùs † iſta præſum
ptio ſolennitatis procedens ex antiquitate temporis,non
ſolùm tollitur per contrariam probationem,id eſt,quãdo
ex inſpectione inſtrumenti probatur ſolennitatem minùs
legitimè adhibitam eſſe:ſed etiã per aliam preſumptioné,
quæ eſſet in contrariũ. Abb.in d.c.Alberic.de teſtib.refert,
& ſequitur Corn.in cõſi.144.ver.nec videtur opitulari.lib.
iiij.& eſt generaliter verum,ꝙ vna præſumptio alterã tol-
lit.l.diuus.ff.de reſti.in integ.l.non ſolùm.ff.de ritu nuptia.
l.quia autem.§.non ſimpliciter.vbi Ange.ff.ſi quis omiſſa
cau.teſtam.l.j.in fi.C.qui,& aduerſus quos.l.mater.vbi An-
ge.& Sali.C.de calum.l.eum,qui probabilem.vbi Bal.C.de
epiſc.& cler.l.ſi hi,qui.C.de adult.c.trãſmiſſæ.qui filij ſint
legiti.c.literas.de præſump.& c.accedens.de falſis.Et com-
probatur hæc ſeptima limitatio ex dictis s̃.in ij.parte.in
31 iiij.parte limitationis.¶ Sed † aduerte circa hanc ſeptimã
limitationem:quia Dec.in conſi.341.& in cõſil.558.circa fi.
reprobat Pau.de Caſt.in d.conſi.81.intelligendo,ꝙ Pau.vo
luerit non præſumi ſolennitatem cõtractus ex eo ſolùm,
ꝙ producitur inſtrumentũ ipſius contractus, in quo nul-
lit mentio de ipſa ſolennitate,quaſi eo modo probetur ne-
gatiua ſolennitatem adhibitam non fuiſſe.ſed certè Pau-
lus non meruit reprehendi:quia non ita loquitur:prout
Decius refert.ſed dicit Pau.ꝙ ſolennitas citationis & ſen-
tentiæ non præſumitur,quãdo producuntur acta,ex quo-
rum inſpectione apparet de nullitate ſententiæ.quo caſu
bene loquitur Pau,quia tunc defectus citationis clarè,&
verè probatur per inſpectionem actorũ,in quibus deſcri-
buntur omnia ſolennia:vt s̃.diximus in ſecunda parte:&
in quarta limitatione.malè enim dixiſſet Paul.ſi dixiſſet
probari nullitatem ſententiæ per id ſolùm,quod produci-
tur ſententia ſine actis:ex cuius ſententiæ inſpectione ap-
pareat ſolennia non fuiſſe adhibita:cum deſcribantur ſo-
lennia in actis,non in ipſa ſentẽtia, niſi enunciatiuè quan-
doque.Similiter malè locutus eſſet Paul.ſi dixiſſet,quod
ex ſola productione inſtrumenti cõtractus, in quo nõ ap-
pareat de eius ſolennitate,probetur ipſius cõtractus nul-
litas,& ſolennitatis omiſſio:cùm aliundè potuerit adhibe-

ta &

ri,& de ea apparere per aliam scripturã. Sed prociuiores interim simus ad supercilium. Imò Decius seipsum reprehendere debuerat: quia in consi.445. intellexit Paul. prout suprà retuli, eum intellexisse. & tamen eum sequitur. & idẽ Decius in consi.564. ¶Non procederet tamẽ hæc septima limitatio, data scientia, & patientia longi tẽporis eius qui titulum inualidum concessisset, vel superioris, qui actum confirmare poterat: quia tunc censetur confirmatus titulus, per ea, quæ infrà dicam hac parte.iij. Hîc accõmodari possent multę ex limitationibus suprà traditis in ij. parte, circa solennia sententiæ: sed idẽ sæpiùs nõ repetemus. Planè lector diligens animum ad omnia facilè admouebit.

ARGVMENTVM.

Solennitas extrinseca ex temporis diuturnitate, in actibus extraiudicialibus, vnde præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Generalia sunt faciliora: particularia verò veriora.*

2 *Notariatus qualitas præsumitur in antiquis: & probandi onus trãsfert in aduersariũ & negantem. Negatiuam vide nu.3.*

4 *Notariatus qualitas, faciliùs præsumitur ex antiquitate tẽporis in scriptura publica, quam priuata.*

5 *Notariatus an probetur in antiquis, quando producuntur plura instrumenta eiusdem tanquam notarij. & nu.9.*

6 *Instrumẽta duo ab omnibus recepta sine contradictione, ad probandam quasi possessionẽ notariatus, an sufficiant. Et an sufficiat fama. nu.7. Quid de antiquitate temporis. nu.8.*

10 *Notariatus qualitas, vt præsumatur, nõ sufficit tẽpus xxx. annorum: sed tempus antiquissimum, ad minùs centum annorum.*

11 *Solennitas extrinseca, & notariatus qualitas, quid differant in probandi modo & ratione.*

12 *Solennitas extrinseca, ex antiquitate temporis, in exemplatione instrumenti, an præsumatur.*

13 *Instrumẽti registratio facta in literis papæ an præsumatur facta parte citata propter tẽporis antiquitatẽ, ita vt fidem faciat.*

14 *Instrumenti exemplatio, vt dicatur facta de antiquo, quantum tempus requiratur. & nu.16.*

15 *Instrumenti exemplandi solennitas, quò tendat.*

17 *Solennitas exemplationis instrumenti, quantum requiratur, vt præsumatur interuenisse.*

18 *Instrumẽti exẽplatio vt p̃sumptionẽ pariat, an necesse sit exprimi, & enũtiari ipsas solẽnitates necessarias in tali exẽplatiõe.*

factum hominis.

41 *Vniuersitas præsumitur legitimè congregata, ob temporis antiquitatem.*

42 *Bonorũ possessio secundũ tabulas petita infra annũ præsumitur.*

VIDIMVS in genere, qd dicatur de antiquo in materia præsumẽdæ solennitatis extrinsecæ in actibus extraiudicialibus. Rursus vidimus limitationes, in quib. talis præsumptio solennitatis cessat. Sed quia † sermones circa 1 generalia sunt faciliores, circa particularia verò veriores, s̃m Philosophũ, quẽ Aret. refert in cõsi. 13. ver. circa primũ. in consi. 29. versi. his breuiter præmissis. & verba generalia non sunt appicicatoria nec concludunt viris subtilibus, sed solùm grossis: ait Areti. in consi. 106. In præsenti dubitatione. descẽdamus ad aliqua particularia, & ad casus speciales, in quibus solennitas extrinseca præsumitur ex temporis antiquitate, in actib. extraiudicialibus. ¶ Primò, † præ- 2 sumitur qualitas notariatus, in antiquis. nã in factis recentibus, qñ is, contra quẽ producitur instrumẽtum, opponit & negat illũ qui instrumentũ recepit, fuisse notariũ, tenetur producens probare notariatum, qñ adhuc non est notorium illũ esse notarium: quia qualitas notariatus nõ inest à natura, cùm notarius nascatur nemo. Spe. in tit. de instru. editio. §. Restat videre. ver. & scias, ꝙ tabellionatus officiũ. & versi. illud autẽ notandum est, ꝙ licet in aliquo instrumento. Old. in cõsi. 227. De toto themate. vers. iiij. obiicit. Anch. in cõsi. 213. Pro isto patre. Alex. in consi. 166. versi. & est de iure. lib. ij. Soci. in consi. 198. lib. vij. Soci. in consi. 33. Prosequendo. versi. secunda cõclusio. lib. j. Ias. in l. Barbarius. de offic. prætor. nec creditur in hoc eius adsertioni, ꝙ sit notarius: vt habetur in d. locis maximè per Socin. in d. consil. 33. tamen qñ sumus in antiquis, non est necessaria probatio notariatus: sed præsumitur propter antiquitatẽ temporis. Inn. in c. veniens. de verb. sig. Bal. in authen. quas actiones. circa fi. C. de sacrosan. ecc. & in l. comparationes. C. de fide instru. Ancha. in d. consi. 213. Soci. in consi. 187. ver. ad secundum respondeo. lib. ij. vbi etiam allegat Fulg. in l. fi. C. de edic. diui Adria. tollẽ. Idem tenet Alex. in consi. 101. lib. vij. Corne. in consil. 35. in consil. 171. lib. j. & in consil. 247. lib. ij. Dec. in c. j. versic. quicquid tamen sit. de fide instru. in consi. 36. & in consi. 42. Ias. in d. l. Barbarius. versicu. Tertiò

notabiliter limita.ff.de offi.Præto.Guido Papæ q.357.Et in statuto, si quis per literas.in verbo, propria manu signatas.versi.sed an in literis antiquis.decisio Neapoli.decisio. 245.& decisio.251.ad fi.Aufrerius in decisio.Capel.Tolosa.
3 q.330.in fi.Contrarium, ꝙ † ex sola antiquitate tẽporis non præsumatur notariatus,nisi cõcurrat aliud adminiculum, putà fama, ꝙ haberetur pro publico notario, vel nisi producantur plura instrumenta eiusdẽ notarij,reperta in archiuo publico,vel nisi producatur matricula eius notariatus.tenet Cor.sibi contrarius,in consi.142.ver.non etiá apparet de notariatibus.in consi.304.ver.quod & secũdò videtur posse dici.lib.iij.& latiùs in consil.24.libr.iiij.allegat Inno.in d.c.veniens.de verb.signi.Bald.in d.l.Barbarius.ff. de offi.Præto.& in l.data opera.C.qui accusar.non pos.debuit allegare in l.non ignorat.C.eo.titu.versi.vnde ex quo Gomes.idem tenet in additio.ad Bald.in d.l.cõparationes. in verbo,cautela.allegat Anton.de Butr.in d.c.j.de fide in-
4 stru.¶Sed † considera, ꝙ qua ratione in sententia faciliùs præsumitur solennitas extrinseca, propter auctoritatem iudicis, pro quo ius præsumit, ex antiquitate temporis, quàm in contractibus priuatorum, in quibus longius tempus requiritur ad inducendum talem præsumptionem, vt suprà visum est, eadem ratione videtur, ꝙ in scriptura publica faciliùs præsumatur ista qualitas notariatus ex tem-
5 poris antiquitate.¶Secundò † considera, dum Corn.voluit præsumi qualitatem notariatus, quãdo reperirentur plura instrumenta eiusdem, tanquàm notarij in archiuo publico, ꝙ in hoc nihil speciale esset in publico instruméto: quia etiam in scriptura priuata nulla habens solennia, reperta in archiuo publico, fidem plenam facit: vt s̃.abunde vidimus in prima parte.Similiter dum dicit Corn.probari notariatum in antiquis, qñ producerẽtur plura instrumenta eiusdem tanquàm notarij, illud videtur sine dubio: quia plura instrumenta habent vim probationis famæ: vt per Bal.& doct.in l.cùm aliquis.C.de iure delib.& suprà dictũ
6 est in prima parte.¶Aduerte † tamen, ꝙ vbi agitur de probando quasi possessionẽ notariatus per instrumenta, non sufficerent duo instrumenta ab omnibus recepta sine contradictione.Inn.& Ant.de But.in c.j.de fide instr.sequitur Areti.consi.132.In causa, quæ vertitur inter homines.versi. sed tamen his non obstantibus.Ias.in d.l.Barbarius.versic.

aduer

aduerte, ꝙ Inno. Quid tenẽdum? doctores tenentes, quòd notariatus præsumitur ex antiquitate temporis. allegant Inno. in d. c. veniens. de verb. signi. vbi Innoc. loquitur concurrẽte communi opinione, aut fama. & ita eum refert, & intelligit Bal. in d. l. Barbarius. versi. qualiter autem probetur. & in d. l. non ignorat. famam etiam requirit Anton. de But. in d. c. j. de fide instru. quem sequitur additio ad Bal. in d. l. comparationes. in verbo, cautela. Idem voluit Paul. de Cast. (si bene ponderetur,) in consi. 202. In causa confiniũ. versi. breuiter, si bene inspiciantur. lib. j. Ant. etiam de But. in d. c. j. sequitur Dec. in d. consi. 36. & in d. consi. 42. Rursus, si sola antiquitas sufficiat ad præsumendum notariatum citra aliud adminiculum, de facili poterit quis confingere vnum instrumẽtum, quod videatur de antiquo sub nomine alicuius priuati, tanquam notarij, & falsum fabricare, videns necessariam non esse probationem notariatus. & si dicatur, etiam, ꝙ sit † necessaria probatio per famã, æquè 7
poterit cõmitti falsitas sub nomine vnius verè notarij, cuius qualitas per famam probari possit, respondeo, ꝙ si necessaria sit probatio per famã, ꝙ is verè esset notarius. faciliùs denudari poterit falsitas per comparationem literarum, & instrumentorũ illius notarij. Vix enim fieri potest, vt probetur quem fuisse notarium per famã, quin aliqua inueniantur eius instrumenta. Quòd autem † sola antiqui- 8
tas temporis sufficiat ad præsumptionem notariatus, citra aliud adminiculum, voluit Bal. in d. authen. quas actiones. circa fi. & in d. l. comparationes. quem doct. magis cõmuniter videtur sequi. Sed considera, ꝙ Bal. loquitur in factis antiquissimis, in superlatiuo gradu in. d. auth. quas actiones. & ita ponderat Alex. in d. cõsi. 101. li. vij. Similiter in d. l. comparationes. loquitur Bal. in factis non antiquis simpliciter, sed multũ antiquis. & sic videtur Bal. hoc dictũ intelligere, qñ res esset ita de antiquo, ꝙ impossibilis videatur probatio per famã, aut cõmunem opi. tunc ne pereat fides instrumenti tam antiqui, voluit præsumi notariatũ ob tẽporis antiquitaté. Sequitur Ias. in d. l. Barbarius. in iij. limitatione. Sed adhuc isto casu vr̃ dubitabile hoc dictũ Bald. propter periculũ falsitatis. & q̃a vix fieri põt aliquẽ fuisse no ariũ, vtcunq; de antiquo res sit, quin saltẽ aliqua eius alia inueniãtur instrumenta, saltẽ in loco vbi ageret, ob id imputandum videtur producenti, quãdo videt negari no-

9 tariatum, cur non curet † producere alia instrumēta eiusdem personæ. quā productionē instrumētorū vr̃ Ias. requirere, in d.l. Barbarius. in iij. limitatione post Bal. Vel posset procedere dictum Bal. qñ nulla suspicio verisimilis considerari posset contra producentē, considerata qualitate, & legalitate eius personæ, & cōsiderata qualitate scripturæ vix enim cōfici poterit scriptura recens, vt videatur multū de antiquo, quin signa aliqua suspicionis appareant. ¶Ex
10 præmissis † apparet, ꝙ in præsumēda qualitate notariatus, non sufficeret tēpus xxx. annorū. quod regulariter sufficit, vt præsumatur solennitas extrinseca in actibus extraiudicialibus: vt suprà visum est. sed tēpus requiritur antiquissimum, aut multū antiquū, & sic ad minus annorū centum. quod nō obscurè voluit decisio Neapo. in d. decisio. 245. in decis. 251. idē præsupponit Guido Papę in d. decis. 357. dū in principio loquitur de annis centū. Idē præsupponūt Doc. tenentes hāc opinionē, ꝙ ex sola antiquitate tēporis præ-
11 sumatur qualitas notariatus. Et † ratio diuersitatis inter solennitatē extrinsecā, & hāc qualitatē notariatus, videtur: quia in notariatu agitur de materia probationis, vt probetur ipsa res, super qua cōficitur instrumentū, & tēdit notariatus ad fidē instrumēti. sed qñ sumus in materia probationis, res de antiquo dr̃, quæ excedit metā centum annorū: sed solennitas extrinseca nō respicit probationē actus, sed eius validitatē. Imò qñ tractatur de solennitate actus præsupponitur, ꝙ de ipso actu legitimè appareat: q̃a aliàs frustrà quæritur, an sit solenniter factus vel nō: si de eo nō constat, vt suprà vidimus in hac tertia parte, in sexta limitatione, & ratio est; quia non entis nullæ sunt qualitates vulg. iurib. & sic cū agatur de probatione actus, magis dicitur tractari de substantia, non de qualitate, seu solēnitate.
12 ¶Secundò † præsumitur solennitas extrinseca ex antiquitate tēporis, in exemplatione instrumenti: quia si exēplatio sit de antiquo, præsumitur solenniter facta. & sic parte citata. Hosti. Io. And. Ant. de But. & Doct. in d.c. Alberic. de testibus. Bal. in consi. 40. Super primo puncto. lib. iiij. Aret. in consi. 36. ver. ad secundum dico breuiter. Soci. in consil. 194. versi.ættereà. & ij. li. ij. Corce. in cōsi. 247. ver. ita ergo dicamus. lib. ij. & in consi. 144. lib. iiij. Dec. in consi. 36. versi. non obstat, ꝙ in ista exemplatione. in consi. 445. versic. his præmissis. & in authen. si quis in aliquo documento. in vij.

fallen

fallentia.C.de edend.& ibi Iaſ.in nona fallentia. & idem Iaſ.in l.publicati.ver.nota tamen diligenter.C.de teſtamẽ. Guido Papæ q.118.& q.404.¶Sed contra hoc dictum adduco Corn.in conſi.22.verſi.nec obſtat gl.in d.c.nonnulli.
libro iij.vbi,quòd regiſtratio†inſtrumenti facta in literis 13
Papæ,non præſumitur facta parte vocata,propter antiquitatem temporis,ita quòd faciat plenam fidẽ,quando agitur de graui præiudicio.Solutio in caſu Cor.cõcurrebant duo contra fidem inſtrumenti regiſtrati. Primum, quòd contra tenorẽ illius inſtrumenti ſic regiſtrati diutiùs fuerat obſeruatum.Secundum, quòd tale inſtrumentum ſic regiſtratum continebat non veriſimilia. ¶Sed hîc quæro
†quantum tempus requiratur:vt iſta exemplatio dicatur 14
facta de antiquo:& an ſufficiat tempus requiſitum in præſumptione ſolennitatis extrinſecæ:de quo ſuprà dictũ eſt, per diſtinctionem trium caſuum? Aret.in d.conſi.36.refert tres opi.vnam Hoſt.in d.c.in præſentia.de renuntia.ꝙ poſt biẽniũ.& hãc ſeqtur Guido Papę in d.q.118.Secũdã opi.refert,ꝙ poſt xx.annos.Tertiã ꝙ relinqtur in arbitrio iudicis.¶Sed aduerte:quia doct.allega.per Aret.loquuntur in ſolennitate ſententiæ,pro qua magis & faciliùs præſumitur,quàm pro actu notarij exẽplantis vnũ inſtrumentum.
¶Secundò aduerte:†ꝙ iſta ſolennitas exemplationis ten- 15
dit ad iuuandum fidem inſtrumenti,ſeu vt inſtrumento fides detur nõ ad validitatẽ actus contenti in ipſo inſtrumento,præſuppoſita eius fide.& ſic ſimus in materia pro-
batoria;quo caſu requiritur tempus†antiquiſſimũ,prout 16
ſuprà dictum eſt circa præſumptionem notariatus. Quòd autem requiratur tempus valdè antiquum; ita quòd probatio ſolennitatis eſſet difficilis, vel penè impoſſibilis, voluerunt Hoſti.Io.And.& But.in d.cap.Albericus.de teſtib. prout refert Aret.in d.conſi.36.ſequitur Corn.in conſilio 181.verſi.Soci.poſtea.libr.ij.Soci.in conſi.46.libr.iiij.Iaſ.in d.authen.ſi quis in aliquo documento.verſi.iij.principaliter.in nona fallentia.C.de edend.addo Paul.de Caſtr.in d. conſi.202.In cauſa confinium.verſi:ſecundus caſus fallen-
tiæ.lib.j.¶Sed hîc quęro,†an requiratur iſtud tempus val- 17
dè antiquum in præſumenda ſolennitate exemplationis inſtrumenti,licèt ſecundũ tenorem talis exempli res fuerit obſeruata ſeu obſeruantia ſecuta.Paul.de Caſt.in dict. conſil.202.voluit,ꝙ ſic,quando ageretur de graui præiu-

dicio. Sed puto contrarium, data ſcientia & patientia patris, de cuius intereſſe agitur: quia patiendo rem ſuam poſſideri per longum tempus in vim inſtrumenti ſic exemplati, cenſetur approbaſſe inſtrumẽtum & dare fidem ipſi inſtrumento, modò ſciuerit de ipſo inſtrumento ſic exẽplato, & de poſſeſſione ſecuta: per ea quæ ſuprà dixi in prima parte de inſtr̃o minùs ſolenni, ꝙ eius fides vr̃ ſuppleri ex obſeruãtia ſubſecuta ad formã talis inſtr̃i. & faciunt quæ ſcripſi s̃. in hac in iij. parte, in primo caſu. ¶ Rurſus quæro
18 circa hoc dictũ & ad eius declarationẽ, an ſit neceſſe in exẽplatione ipſius inſtr̃i exprimi, & enũtiari ipſas ſolẽnitates neceſſarias in tali exemplatione? Aretin. in d. cõſ. 36. tenet, ꝙ nõ. cuius opinio cõfirmari põt ex latè ſupra traditis in ſecunda parte huius tractatus, in ſecũda quæſtione, nu. 4. & ſuprà hac eadem iij. parte. ¶ Cõtrarium, ſcilicet quòd imò requiratur expreſſio, & enunciatio talium ſolennitatum, tenet Pau. de Caſt. in d. conſil. 202. libr. j. Guido etiam Papæ in d. q. 118. ponderat aſſertionem notarij dicentis ſe groſſaſſe de commiſſione iudicis. Rurſus clarè hoc voluit Dec. in d. authen. ſi quis in aliquo documento. in ſeptima fallentia. C. de eden. & ibi reſpondet Decius ad ea, quæ in contrarium adducuntur: quòd procedant in ſententia, pro qua magis præſumitur, quã pro actu vnius notarij. ¶ Ego puto, quòd talis enunciatio non ſit neceſſaria concurrẽte poſſeſſione longi, vel longiſſimi tẽporis, ſciente, & patiente parte, & etiam concurrente ſcientia partis de tali exemplo: quia non eſt veriſimile quòd tanto tempore tacuiſſet. Ceſſante autem tali poſſeſſione, & ſcientia ac patiẽtia, adhuc puto idem, ſcilicet enunciationem non eſſe neceſſariam, quando lapſum eſſet tempus antiquiſſimum cẽtum annorum: nec iſto caſu tantùm præſumitur pro notario, quãtùm pro iudice, cùm in actu iudicis ſufficiat, vel quòd ſententia tranſierit in rem iudicatam, vel ad ſummũ tempus xx. annorum: vel ſaltem relinquatur arbitrio iudicis, vt vidimus in ſecunda parte. Nec iſto caſu videtur obſtare ratio Decij, in dicta authen. ſi quis in aliquo documento. quòd notarij ſunt faciles ad leuanda & exemplanda inſtrumenta: nec aliter curant de ſolennitatibus: quia conſiderandum eſt, quòd pars, quæ exemplationem curat, præſumitur ſcire iura. l. leges. C. de legibus. ob id veriſimile eſt, quòd voluerit actum validum facere. l. iij. ff. de teſtamen.

mili

milita.sed valida esse non poterat exemplatio sine partis vocatione, vt habetur in dicta authentic. si quis in aliquo documento. ergo &c. In patria tamen † Delphinatus cessat ista difficultas, quò ad solennitatem citationis: quia valent instrumēta exemplata per commissarium generalem deputatum ad leuanda, aut grossanda instrumenta notarij defuncti, sine partis vocatione, de consuetudine generali totius Delphinatus: vt Guido Papæ attestatur. q. ij. 19

¶Sed † quæro adhuc circa istud dictum quòd exemplatio instrumenti præsumitur solenniter facta propter antiquitatem temporis, an procedat, licèt sint plures defectus: putà omissio citationis, commissionis iudicis, quod vtrūque instrumentum fuerit auscultatum, aut debitè collationatum, vt aiunt, quod exemplator fuerit tabellio, quòd committens exēplationem fuerit iudex. Corne. in consil. 304. ver. quod & secundò videtur posse dici. lib. iij. & in cōsi. 24. versi. vidi etiam. lib. iiij. dicit, quòd nō: & quòd ista antiquitas non est tantæ potentiæ: vt suppleat omnes defectus. 20

¶Sed aduerte: † quòd vbi disputatur de solennitate exemplationis, præsupponitur, quòd aliundè omnia sint habilia: sicut quando disputatur, an legatarius possit esse testis in testamento, præsupponitur quòd excepto eo, quòd est legatarius, aliundè sit habilis ad testimoniū, si enim aliunde esset inhabilis: vt quia infans, mulier, aut furiosus, aut alias legibus intestabilis: frustra tractaretur, an prohibeatur esse testis, eò quòd sit legatarius. l. qui testamento. in princip. ff. de testamen. l. furiosum. C. qui testamen. facer. poss. ad idem textus in cap. j. ibi, si aliud non obstat. de ætate & qualit. capit. quia diligentia. de electio. de qua regula sæpius fellinum Decius facit in l. si. versi. secundò respondetur etiam. C. de institu. & substitu. in cap. cùm omnes. & in cap. quæ in ecclesiarum. in prin. de consti. in cap. j. de iudi. & in cap. tertio loco. de probat. & in capit. cùm cessante. in septimo notab. de appella. In proposito, quando quæritur an exēplatio præsumatur legitimè facta ex temporis antiquitate, præsupponitur quod aliundè omnia sint habilia, id est quod instrumentum habeat sua solennia, quòd non reuocetur in dubium qualitas notariatus: ita quòd solùm sit dubium de solennitate requisita ad actum exemplationis. In † qua re puto, quòd in casibus, in quibus exēplatio præsumitur facta ob tēporis antiquitatē, intelligatur quò ad oīa, vt omnia præsumantur solēniter acta: quia doctor. 21 22

generaliter,& indistinctè loquũtur,& profectò nescio videre rationem,cur magis præsumi debeat vna solennitas; quàm alia.& aliter dicere,esset attribuere legi actum imperfectum,id est,ꝙ partem tãtùm solennium requisitorũ
23 præsumere voluerit.quod non est dicendum,cùm † imperfectum,& nihil,æquiparentur.l.cùm Sillanianum.in fi.C. de his quib.vt indig.¶ Prçtereà,considero contra Corn.ꝙ
24 aut producitur actus ipsarum † solennitatum,id est,in quo solennia exemplationis dicuntur adhibita:& tunc si appareat omnia solennia non fuisse adhibita,dico ꝙ nõ prçsumetur pro ipsis solennibus:quia tunc sumus in casu claro, quo constat solennia adhibita non esse per inspectionem actus pertinentis ad ipsa solennia, vt suprà dictum est in hac tertia parte:in septima limitatione.Aut nullus producitur actus talium solennitatum:& tunc si quæstio est de præsumendis solennitatibus,aut omnia præsumi debent, aut nihil:quia si pars tantum præsumeretur,perinde est, ac si nihil præsumptum sit.d.l.cùm Sillanianum.in fin.
25 ¶ Tertiò † præsumitur solennitas extrinseca ob antiquitatem temporis,in alienatione rei ecclesiasticæ:putà tractatus,& consensus capituli.c.ea nascitur.de ijs, quæ fiunt à prælat.sine consensu capi.c.peruenit.cũ gl.de emp.& vend. Alex.in consi.79.lib.j.in consi. 45.lib.iij.& in consi.92.libr. vj.Soci.in consi.15.versic.confirmatur etiam prædicta conclusio.lib.j.in consi.208.versi.respondetur & secundò.& in consi.266.versic.ex quibus infero.libr.ij.Dec.in d.l.j.C.qui admit.in consi.36.versic.vltimò non obstat.in consil.329.in consi.341.in consil. 409.& in consil.558.Ias.in d.l.sciendum.
26 ¶ Et † non solùm prçsumitur solennitas extrinseca in alienatione rei ecclesiasticæ,propter antiquitatem temporis: sed etiam præsumitur versum pretium in vtilitatem ecclesiæ propter antiquitatem temporis. Dec.in d.consi.36.versicul.tertiò aduertendum. Addo Anchar.in consil.vltimo, versic.prætereà,cùm à tempore.ponderando, quòd ibi disputatur,an præsumatur cõuersum pretium in vtilitatem ecclesiæ:vt apparet ex præcedentibus:licèt illud nõ sit consilium Ancha.sed alterius doct.& quæ dicta sunt in alienatione rei ecclesiasticæ,intellige etiam procedere in alienatione bonorum minoris,eadem ratione.
27 ¶ Quartò, † qñ Episcopus exemptionem cõcedere nõ potest sine cõfirmatione Papæ, illa præsumitur ex temporis
diuturn

diuturnitate. Deci. in consi. 152. Ripa lib. ij. de rescr. cap. vij. ¶ Quintò, † ex antiqui temporis patientia inducitur con- 28 firmatio tituli inualidi: puta, si filius minùs solenniter emancipatus sit, confirmatur emancipatio ex patientia patris diuturna. l. si post mortem. ff. de adoptio. Similiter titulus exemptionis ab oneribus, minùs solennis, confirmatur ex patientia longi, aut longissimi tẽporis, quando eximens passus est exemptum vti, & gaudere exemptione per tantum tempus. Paul. de Cast. in consil. 313. Postremò. lib. j. Secùs in patientia alterius non eximentis, & ignorantis ipsam exemptionem per dicta hac parte. rursus dicta hîc intelligo de patientia eius, qui titulum inualidum poterat validare, ne aliâs plus operetur tacitum, quàm expressum. l. qui ad certum. ff. locati. ¶ Sed † hîc quæro, quando præsu- 29 mitur confirmatio Papæ aut superioris ex antiquitate tẽporis, an sit necessaria scientia ipsius superioris, quòd sciuerit actum, de cuius confirmatione agitur. Alex. in consi. ix. li. iij. tenet, quòd sic, & idem Alex. in cons. xvij. versic. nec potest dici, quòd dictæ omnes solennitates. li. iiij. sequitur decisi. Neapoli. decisi. 107. & dixi suprà hac eadem parte in secunda limitatione. Ego puto, quòd si actus inferioris sit præiudicialis Papæ, quòd requiratur eius scientia, & patientia. Si verò agatur de præiudicio ipsius inferioris tantùm, licèt actum facere non posset sine confirmatione superioris, tunc superioris scientia non videatur necessaria. Nisi dicas, quòd satis dicatur interesse superioris ex eo solùm, quòd eius licentia aut cõfirmatio sit necessaria. Ista tamen scientia nõ videtur necessaria, quando lapsum esset tempus, cuius initij memoria non extat in contrariũ: per ea, quæ not. Alex. in cons. vj. lib. j. & quæ habentur in l. imperiũ. ff. de iurisdic. omnium iudi. quòd in præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, non est necessaria scientia superioris. De quo tamẽ dic. vt infrà in iiij. parte. ¶ Sextò, † in reseruatione census 30 facta patrono ecclesiæ aut capellæ, præsumitur interuenisse consensus Episcopi ob temporis diuturnitatem. Deci. in consi. 174. versi. & licèt census. ¶ Septimò, † licentia 31 Papæ præsumitur interuenisse in testamento Cardinalis, propter diuturnitatem temporis. Aret. in dict. consi. xxxvj. sequitur Deci. in dict. consi. 409. Ias. in d. l. sciendum. versi. contrarium. in hoc vltimo. ¶ Octauò, † præsumitur pro-

motio ad ordines sacros, quando quis diu seruit in beneficio, tanquàm promotus. Rota decisio. 84. Nota, quòd vbi contra aliquē. in antiq. Similiter, quando quis longo tempore stetit in possessione, seu quasi clericatus in beneficio etiam curato, præsumitur clericus: & habet intentionem suam fundatam. Deci. in c. j. versicu. finaliter tamen de fid. instrumen. & in consi. 118. allegat Hosti. Anto. de But. & Abba. in c. illud. de præsumptio. Bal. in l. siue possideris. in quarta oppositione. C. de probatio. Addo Rotam decis. 264. nota
33 ꝙ talis in antiq. ¶ Sed aduerte † circa istud dictum, quòd non videtur ita generaliter intelligendum: quia solū procedit in possessore beneficij, vt absoluatur à petitione actoris, vel vt manu teneatur in possessione: licèt nō doceat de clericatu per scripturam, aut testes: secus in actore, vt sibi adiudicetur beneficium: quia tunc oportet cōstare de clericatu per scripturam, aut testes: aliâs beneficium sibi vt capaci adiudicari non poterit. ita Rota decisi. 312. Nota, quòd clericus. & decis 343 Nota, quod non præsumitur. in antiq. Bertachi. in verbo, clericus agit. versic. vij. Rebufi in tract. nomi. in xxij. & xxiij. q. princ. pagi. 154. nu. 13. vbi allegat Bald. in cap. dudum. j. de electio.
34 ¶ Sed † an sola possessio, aut quasi clericatus, sufficiat vt qs gaudeat priuilegio clericali respectu fori. Aufrer. in decisio Capellæ Tolosa. q. 117. quòd sic. vt remittatur, non vt puniatur, nisi laicus simpliciter talem remitteret, non reseruato iure vendicandi.
35 ¶ Nonò, † propter antiquitatem temporis præsumitur solennitas decreti, quòd decretum in actu interuenerit in quo erat necessarium. Calca. in consi. xj. Deci. in d. l. j. C. qui admitti. vbi tamen Calca. non allegat. Intellige hoc procedere, interueniēte sciētia superioris cuius decretum erat necessarium in actu, quòd sciuerit actum sic gestum. decisio Neapol. in dicta decisio. 107. allegat Alex. in d. consil. ix. lib. iij. Addo Alex. in terminis decreti, in consi. 218. versicu. prætereà in d. l. qui in aliena. libro. vj. & quæ dixi suprà hac eadem parte nume. 10. & nume. 29.
36 ¶ Decimò, † qn̄ quis longissimo tēpore stetit in possessione bonorum feudalium, præsumitur inuestitura domini, scilicet ꝙ à domino fuerit inuestitus. Gozadinus in consi. iiij. Sed aduerte: quia videtur sufficere longum tēpus decē annorum, qn̄ quis tanto tempore tenuit, & possedit bona tanquam

tanquàm feudalia, domino sciente, & patiente: per dicta suprà in prin. huius tertiæ partis, & in primo casu, sicut dicimus, quod vbi emit quis bona emphyteutica, & illa possedit longo tempore tanquàm emphyteuta dño sciẽte & patiente, præsumitur consensus domini, quod alienationi consenserit. Alex. in consi. 113. libr. iiij. sequitur Deci. in consi. 185. Ias. in d. l. sciendum. ver. vj. facit. ff. de verb. oblig. & ibidem Ias. voluit sufficere longum tempus, etiam in præsumptione inuestituræ, pro bonis feudalibus.

¶Vndecimò, † ex antiquitate temporis præsumitur solennitas tutelæ, qñ quis diu se gessit pro tutore. nã præsumitur quod legitimè fuerit constitutus. Soci. in cõsil. 153. lib. ij. Similiter, quando quis vendidit rẽ tanquàm executor, præsumitur quod fuerit talis, ob temporis antiquitatẽ. Calca. in consi. viij. loquitur tamen Calca. quando probatio executoris esset aliâs impossibilis. & sic tẽpus requirit multum antiquum. & præmissa videntur coadiuuare opinionem, quòd mandatum pręsumatur ob temporis antiquitatem: sicut hîc præsumitur potestas tutoris & executoris. 37

¶Duodecimò, † propter antiquitatem temporis creditur referenti, licèt non constet de relato: puta præsumitur pro mandato enuntiato in aliquo instrumento, licèt de ipso mandato aliter nõ appareat: vt dictum est suprà in secunda parte. in versi. secundò sublimita. Sed istud pertinet ad materiam probationis, non solennitatis: nisi dicas quòd à fortiori præsumetur pro solennitate enuntiata in aliquo actu: licèt de ea aliter non appareat. 38

¶Decimotertiò, † in antiquis præsumitur pro solennibus abbreuiaturæ, licèt de eis nõ appareat, ob id abbreuiatura in antiquis fidẽ facit: licèt solennibus careat. Alex. in cons. 10. allegat Roma. in consi. 303. Hæc scriptura. 39

¶Sed Roma. ibi de hoc nihil dicit. Præterea, instrumẽtum minus solenne, mortuo notario, solùm videtur semiplenè probare: vt s. dictum est in prima parte. Est verũ, quod si scriptura omninò priuata semiplenè probat, vt vidimus in prima parte, videtur, quod instrumentum, quod constat receptũ esse per notariũ habens testes, licèt careat aliquib. aliis solẽnitatibus, videtur plenè probare: sed hoc pertinet potiùs ad materiam primæ partis, in qua dictum est.

¶Decimoquartò, † præsumitur scriptura ex antiquitate temporis, puta emphyteusis debet probari per scripturam: 40

tamen si quis longo tempore soluit pensionem tanquàm emphyteuta, præsumitur emphyteusis: licèt de alia scriptura non appareat. Bal. in consi. 116. Columbinus. libr. j. & in consi. xxiiij. Subtiliter. versi. & notandum est. libr. iiij. Similiter licèt vnio, & ordo subdiaconatus requirãt scripturam: tamen si quis longo tempore fuit in possessione virtute vnionis vel longo tempore seruiuit tanquam subdiaconus, presumitur scriptura. Alex. in consi. 29. ver. Item non obstat alia responsio. libr. vj. Sed aduerte hîc, quòd in casibus, in quibus requiritur scriptura, illa non præsumitur ex sola antiquitate temporis, nisi etiam interueniat factum hominis: puta solutio census aut pensionis, ꝙ quis seruierit tãquàm subdiaconus, vel duas ecclesias possederit tanquàm vnitas. Ripa in l. j. nu. 104. ff. sol. matri.

41 ¶ Decimoquintò, † vniuersitas præsumitur, quòd fuerit legitimè congregata ob temporis antiquitatem. Deci. in consi. 199. ante finem.

42 ¶ Decimosextò bonorum possessio secundũ tabulas, præsumitur † petita intra annum: iuxta. l. fin. C. qui admit. propter antiquitatem temporis. gloss. & doct. in l. j. in ver. ratam. C. qui admitti. Pau. de Castr. in consi. 365. Ne sub æquiuoco. versicu. dicet aliquis. libro primo. Cornæ. in consilio 94. libro secundo.

TERTIÆ PARTIS FINIS.

QVAR

QVARTA PARS TRACTATVS DE ANTIQVITATE temporis, Aymonis Crauettæ à Sauiliano.

ARGVMENTVM.

Antiquũ quid dicatur in materia præscriptionis, aut cõsuetudinis. Primũ, qs cõsuetudo, & eius vsus, & vis. Proximè, q̃d præscriptio, & eius natura. Deinde quid inter se discrepãt. Tũ quatenùs extẽdatur rõne publicæ vtilitatis, honestatis, correlatiõis, & iuris realis. Itẽ, ĩ pœnalib. nõ fit extẽsio de similib⁹ ad similia, per idẽtitatẽ rationis. Quando odiũ est rationabile, aut irrationabile, distinctiõe est opus.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo & præscriptio, quid differant. & nu. 3.*

2 *Præscriptio datur etiam in habẽtibus causam aut possessionem discontinuam.*

4 *Per consuetudinem etiam agitur de derogando iuri alterius.*

6 *Præscribere quid de futuro, & nõdũ in esse ꝑductũ, an qs possit.*

7 *Præscriptio maius tempus requirit, quã cõsuetudo. Et quantum tempus consuetudo requirat: & quantum præscriptio.*

8 *Consuetudo, quando quadraginta annos non requirat.*

9 *Consuetudo inducitur decennio contra populum, qui semper præsens dicitur.*

10 *Consuetudo decennio super eo induci non potest super quo populus expreßè statuere non posset: sed requiritur tempus sufficiens ad præscribendum.*

11 *Consuetudo non inducitur decẽnio, vbi agitur de præscribẽdo reseruata principi, & quantum tempus ad id requiratur.*

12 *Consuetudo præscripta vbi requiritur, an semper requirantur, 40. an. Et quid si agatur contra ius canonicum.*

13 *Cõsuetudinẽ an inducere nõ poßit, qui legẽ cõdere nõ põt, & ecõtrà: ita vt nõ poßit induci per populũ nõ habẽtẽ iurisdictionẽ.*

14 *Cõsuetudo an induci poßit ĩ præiudiciũ vnius singularis ꝑsonæ.*

15 *Consuetudo quando adsumat naturam præscriptionis.*

16 *Consuetudo an requirit titulum & bonam fidem, sicut præscriptio. distin. nu. 17.*

18 *Præscriptionem impedit mala fides, in fauorem vniuersitatis, quandiu superest vnius de vniuersitate habens fidem, & scientiam rei alienæ.*

19 *Præscribentis bona fides requiritur, in præscriptione iuris seruitutis, in qua non agitur, vt res ab alio auferatur: sed vt tantum ius seruitutis competat.*

20 *Rē suā alicui auferre legitimè an liceat, causa vtilitatis publicæ.*

21 *Consuetudo facit ius publicū, quò ad omnes, quos tāgit negotiū. Et quid de præscriptione, quæ inducit ius cōtra priuatum inter præscribentem, & eum, contra quem præscribitur.*

22 *Præscriptio dicatúrne, an cōsuetudo potiùs, si vnus particularis præscribat contra vnam vniuersitatem, ad exactionem aut (præstationem annuam.*

23 *Alexandri lapsus.*

24 *Domini, cui acquiritur, animus, continuè poßidet ciuiliter: licet quod acquiritur, causam habeat discontinuam.*

25 *Præscriptio dicitur, non consuetudo, vbi datur poßeßionis continuatio.*

26 *Domini non poßunt grauare subditos vltrà quam teneantur ex pacto, aut præscriptione. Item nec princeps potest eos grauare sine licentia superioris.*

27 *Tempus non est modus inducendæ obligationis.*

28 *Consuetudo an sit, an præscriptio, si vna vniuersitas acquirat ius contra aliam vniuersitatem.*

29 *Consuetudo, est generalis, respectu rerum & personarū: præscriptio verò particularis.*

30 *Præscriptio dicitur, quando litigatur cum eo, contra quē præscriptum est: Consuetudo verò, quando litigatur cum tertio.*

31 *Præscriptio dicitur, quando vni acquiritur, & alteri aufertur: consuetudo autem vni acquirit, alteri tamen non aufert.*

32 *Præscriptio an debeat esse obtenta in contradictorio iudicio. & quid de consuetudine. negatiuam vide nu. 33. limi. nu. 34.*

35 *Consuetudo iudicialis induci debet, licet in contradictorio iudicio nihil fuerit pronuntiatum aut obtentum.*

36 *Stylus à quo induci poßit & an, & quādo cōtra ius admittatur.*

37 *Ius quæsitum cōsuetudine, an sit debilius quæsito præscriptione.*

38 *Princeps nō pōt tollere ius quæsitū mediāte iure ciuili sine cā: pōt tamē tollere ius positiuū. Et qd de iure quæsito cōsuetudine. n. 39*

39 *Præscriptionem tollere potest princeps, de plenitudine potestatis.*

40 *Cōsuetudo an sit potentior iure ciuili: & an ea princeps ligetur.*

41 *Consuetudo an sit fauorabilis, & extendatur: præscriptio verò odiosa, & restringenda.*

42 *Consuetudo quatenus extendenda. & nu. 44. & 46.*

43 *Consuetudo contra legem, an valeat.*

45 *Præscriptio an recipiat extensionem personarum, vel actuum.*

Con-

71 *Consuetudo disponens super vno correlatiuorum, extenditur ad alterum: respectu eiusdem actus. Secus, si diuersi. nu. 72.*

73 *Consuetudo æqua, laudabilis & rationabilis, in vtroque ex correlatiuis extenditur.*

74 *Consuetudo laudabilis, non onerosa, non contra ius, sed præter ius, extenditur ad casus similes eiusdem rationis.*

75 *Consuetudo exorbitans an extendatur ex identitate rationis.*

76 *Dispositio expressa, à iure cōi exorbitans, an extēdatur ex identitate rōnis. Et quid de cōsuetudine, quæ dicitur ius tacitum.*

77 *Consensus tacitus restringitur ad actus præteritos, in quib. quis consensit: expressus autem, etiam ad futuros.*

78 *Consuetudo exorbitans à iure communi, extenditur, quādo materia est fauorabilis.*

79 *Dispensatio an & quando extendatur. Et quid de concernentibus fauorem publicum aut vtilitatem.*

80 *Consuetudo extenditur, quando vnus casus comprehenditur sub alio, secundum communem vsum loquendi.*

81 *Consuetudo extēditur, quādo casus, ad quē fit extēsio, cōprehenditur sub casu expresso, saltē ex lata vocabuli significatione.*

82 *Extensio vt fiat in correctorijs, de vno ad alium casum, quæ, & quot sint necessaria.*

83 *Ratio vbi vna tantùm potest adsignari, illa habetur pro expressa: & extendi potest.*

84 *Rochi lapsus.*

85 *Dispositio correctoria & pænalis simul, non extenditur ad casum, qui de larga significatione vocabuli, compræhendi posset sub expresso, etiam ex identitate rationis.*

86 *Rōne ex p̄ssa in materia correctoria, an simpliciter fiet extēsio ad aliū casum: an verò ita demū si alius casus cōpræhendi possit sub expresso, de lata vocabuli significatione. & nu. 88.*

87 *Falcidiæ appellatione, venit trebellianica, largò sūpto vocabulo.*

89 *Saltem, dictio est implicatiua, implicans etiam alium, qui non comprehenderetur sub casu expresso, de lata significatione.*

90 *Extēsio quare in correctoriis licita est, quādo ratio est expressa.*

91 *Lex dicitur omne, quod in ratione consistit. Et ratio, lex est cōmunis ad omnes casus.*

92 *Extēsio an dicatur fieri, quādo rō est ex p̄ssa in lege, vel dispōne*

93 *Ratio expressa, vel vnica tantùm, paria sunt.*

94 *Ratio expressa, quid differat à tacita.*

95 *Ratio coniecturanda est in statuto, quæ potuerit mouere Principem, ad sic disponendum.*

Ratio

96 *Rō naturalis, certa est & indubia, & habetur pro lege & aequitate scripta ad quam animum suum componere debet iudex.*

97 *Extensio nō fit in correctorijs & odiosis, licet ratio sit expressa, quando dispositio taxatiuè loquitur.*

98 *Consuetudo extēditur, quādo duo aequiparātur à legē antiqua, & nu.100. Et quid in poenalibus & correctorijs. nu. 99.*

101 *Extensio vt fiat in poenalibus, propter aequiparationē duorum casuum, qualis illa debeat esse aequiparatio.*

102 *Argumentum à simili, vt procedat, sufficit similitudinē esse in casu, de quo agitur: nec illa requiritur, quò ad omnia.*

103 *Dispō auth. quas actiones. correctoria loquēs in ecclesia, an trahatur ad ciuitatem. Et illius authen. intellectus, & nu.106.*

104 *Ecclesia & ciuitas, similes sunt in praescriptione: sed alia atque alia ratione.*

105 *Ius publicum, versatur in religione. & quiuis de populo ad causam piam potest agere.*

107 *Ius nouū Authen. correctorium iuris Codic. quò ad praescriptionem centenariam in ecclesia, quare extensum fuit ad ciuitates habentes iura fiscalia, & aequiparatas eccle.*

108 *Extensio fit etiam in consuetudine aut lege noua correctoria in his quae per legem antiquam sunt aequiparata de vno ad alterum, licet lex & consuetudo de altero tantùm loquatur. Limita. nu.109. & 110. & infrà per discursum.*

111 *Verba taxatiua habent in se implicitam negatiuam, quòd aliter fieri non possit.*

112 *Dictio taxatiua apposita circa id, quod aliàs erat dispositum, nihil operatur, nec impedit extensionem.*

113 *Dictio taxatiua non impedit extensionem, quādo aliàs induceretur correctio iuris.*

114 *Argumentū à contrario sensu, & ad correctionē iuris cōmunis, an sumatur, quando aliàs in sensu directo nihil operaretur.*

115 *Verba disponentis, intelligi debent secundum dispositionē iuris communis, vbi non apparet, quòd disponens voluerit recedere à iure communi.*

116 *Dispositio taxatiua extenditur ad alterū ex purificatis in materia non correctoria.*

117 *Dictio taxatiua non impedit extensionem, in his, quae sunt de natura actus, quae nunquam censentur exclusa.*

118 *Dictio taxatiua non impedit extensionem, quando inde resultaret absonus intellectus.*

119 *Dictio taxatiua non tollit ea, quae sunt de consuetudine.*

120 *Dictio taxatiua non impedit extensionem ad similia, ex identitate rationis, in fauorabilibus.*

121 *Dictio taxatiua nõ excludit ea, quæ sũt de accessorijs, seu appẽdicijs.*

122 *Dictio taxatiua non impedit extensionem, vbi aliter apparet de mente disponentis.*

123 *Dictio taxatiua non impedit extensionem eorum, quæ sunt n[illegible] gni præiudicij.*

124 *Dictio taxatiua non impedit extensionem in his, quæ essent maiora expreßis.*

125 *Dictio taxatiua non excludit id, quod censetur vnum & idem per repræsentationem.*

126 *Promittens de suo facto tantùm, an teneatur de facto hæredis. Et quid de facto defuncti, cuius est hæres. nu. 127.*

128 *Dictio taxatiua nõ excludit ea, quæ æquipollẽter idẽ importãt.*

129 *Dictio taxatiua non excludit id, quod expreßè excludi, prohiberíve non poterat.*

130 *Dictio taxatiua an ius accrescendi tacitè vel expreßè prohibere poßit in institutione. dist. & nu. 132. & 133.*

131 *Renuntiatio hæreditatis, aut pactum de non succedendo, firmatum iuramento, non nocet, deficiente persona cuius contẽplatione talis renuntiatio facta est.*

134 *Consuetudo vel dispositio correctoria iuris communis, disponẽs super vno ex æquiparatis non extenditur ad alterũ, quando nova correctio fieret per idem ius, quod acquiratur.*

135 *Dispositio correctoria super vno ex æquiparatis, extenditur ad aliud solùm, quando æquiparantur duo per legem antiquam per modum regulæ: & generaliter quò ad omnia.*

136 *Consuetudo introducta ad obuiandum fraudibus, extenditur.*

137 *Consuetudo extenditur, vbi aliàs resultaret absurdum.*

138 *Cõsuetudo disponẽs super vno, extẽditur ad aliud, qđ in eius locũ subrogatur. Idẽ iudiciũ de casu ad casum: & de re ad rem.*

139 *Consuetudo disponens super vno, extenditur ad aliud, quando illa effectum aliàs habere non poßet.*

140 *Cõsuetudo seu statutũ extẽditur, quãdo casus sup quo disponitur nõ est diuersus in substãtia: sed in aliquib. accidẽtib. tantum.*

141 *Statuto disponẽte, q mater teneatur relinquere certas partes bonorũ suorũ filijs: filij illas partes cõsequũtur nõ tãquã hæredes matris, sed tanquam vniuersales successores ex forma statuti.*

142 *Matris an intersit, hæredes relinquere.*

143 *Filijs lucrum delatum ex priuilegio statuti, an trãsmittatur ad hæredes filiorum.*

Nullus

144 *Nullum, & inutile, æquiparantur.*
145 *Consuetudo seu alia dispositio etiã correctoria, extenditur, vbi sunt duo, quorum vnum commensuratur ad alterum.*
146 *Extensio fit de casu ad casum in pœnalib. ex idẽtitate ratiõis.*
147 *Dispositio l. fi. C. de iur. emph. quæ punit emphyteutam alienantem sine domini consensu, vt cadat à iure suo: habet etiã locum in conductore ad longum tempus.*
148 *Pœna priuationis, locum non habet, nisi lex expresse dicat.*
149 *Statu. pœnale loquẽs, de psona vera, nõ extẽditur ad repsẽtatã.*
150 *Cõstitutio, quæ aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquã extenditur respectu pœnæ. Tũ, q. testatoris dispositio, non trahitur de casu ad casum. Negatiuam pete. nu. 151.*
152 *Res vbi reuertitur ad dominum, & ad naturam suam, ibi non agitur de mera pæna. Et priuare vasallum feudo & vtili dominio, dicitur pæna. quo quidem feudo sine culpa priuare non potest. Et omnis priuatio, pæna dicitur.*
153 *Statutum pænale dicitur, eò etiam, quòd patrimonium alicuius minuit. Et quid pæna dicatur.*
154 *Quid, dictio, verificatur in qualibet re, etiam minima.*
155 *Vasallus feudo priuatur, quando quid agit contra iustitiam fidelitatis & vasalli.*
156 *Dispositio generalis generaliter debet intelligi, quatenus verborũ ppriet as patitur, in materia pænali & odiosa: qñ vasallus, id quod iustum est, domino non præstat ex forma fidelitatis.*
157 *Extensio in pænalib. per identitatem rationis, non fit maximè, quando constitutio pænalis contineret odium irrationabile.*
158 *Extẽsio ĩ pænalib. fit p idẽtitatẽ rõnis, quãdo odiũ est rõnabile.*
159 *Masculinum concipit fæmininum in pænalibus, quando odium est rationabile.*
160 *Argumentum vbi est odium rationabile, masculinum concipit fæmininum: ergo etiam fit extensio ad aliam personam, aut alium casum, non valet.*
161 *Constitutio pænalis non extenditur per identitatem rationis, quando aliquid de facto fit.*

TRANSEO nunc ad quartã partẽ huiusce operis, & tractatus: qñ quid dicatur de antiquo in materia præscriptionis aut consuetudinis. Et ne pcedamus sub æquiuoco, prius vidẽdũ est, quę dicatur differẽtia inter consuetudinẽ & præscriptionẽ. In hac difficultate variè doc. loquũtur. ex quorũ dictis plurimæ vidẽtur differẽtiæ inter cõsuetudinẽ & præscriptionẽ.

1 ¶Prima† datur dr̃ia, ꝙ cõsuetudo cõsideratur circa ea, in quib. nõ cadit possessio seu quasi cõtinua: quia cõsuetudo nõ req̃rit cõtinuationẽ, sed actus successiuos cõsuetudinẽ inducentes. l. de quib. §. inueterata. ff. de legib. Præscriptio autẽ, est cõtinuatio possessiõis. l. iij. ff. de vsuc. ita Bal. in cõs. 370. de rescripti. li. iij. & in l. imperiũ. ver. circa octauũ. ff. de iur. om. iu. in j. lect. eãdem differẽtiã sentit Bellame. in cõs. 10. ver. tertia differẽtia. Sed ista differentia nõ vr̃ bona: q̃a
2 etiã in habentibus† cãm aut possessionẽ discõtinuã, datur præscriptio, licet maius tp̃s req̃ratur: vt per gl. & doct. in l. seruitutes. la grãde. ff. de serui. Prætereà etiã in his, in quibus cadit possessio cõtinua, vel cã perpetua, cõsideratur cõsuetudo. tex. est iũcta gl. in ver. quãdiu. in l. j. §. fi. ff. de aqua
3 plu. arc. ¶Secunda† datur differẽtia: q̃a præscriptio est vsurpatio rei alienæ seu iuris alieni in esse producti: sed cõsuetudo est quædã forma introducta ex cõsensu populi sine vsurpatione iuris alieni. Bald. in cõs. 401. Casus talis adseri-
4 tur. li. v. Sed ista differẽtia† non vr̃ gñalis: quia etiã per cõsuetudinẽ agitur de derogando iuri alterius, vt in l. venditor. §. si cõstat. ff. cõ. præd. vbi habetur de consuetudine fodiendi lapides in agro alieno. Idẽ in cõsuetudine, ꝙ q̃s cogatur alterj vẽdere rẽ suã. de qua in c. cõstitutus. de relig.
5 do. ¶Tertia† differentia: quia consuetudo obuiat futuris: præscriptio autem pręteritis seu præterita tollit. Corne. in cons. 22. nu. 30. li. iij. eandem differentiam sentit Bellamera in cons. 10. vers. tertia differẽtia: dum dicit præscriptionem esse ius dispositũ: consuetudinẽ verò ius disponẽs, ꝙ habet vim legis. Sed aduerte: quia etiã ista differentia nõ est ge-
6 neralis: nec semper procedit: quia† potest quis præscribere ius de futuro, & nondum in esse deductum: puta ꝙ teneatur quis soluere certũ quid annuũ: vt habetur in l. cùm de in rem verso. ff. de vsur. & in l. si certis annis. C. de pactis. Similiter potest quis præscribere seruitutem, quæ non est in esse deducta. & declarat Bar. in repe. d. l. de quibus. ver. iux-
7 ta prædicta quęro. ibi: tu dic, &c. & ibi Ias. ¶Quarta† datur differẽtia respectu tẽporis: quia maius tempus requiritur in præscriptione, quàm in consuetudine. Patet: quia in cõsuetudine inducẽda regulariter sufficit decẽniũ. l. diutina. ff. de legib. & C. quæ sit longa cõsuetudo in rubro & nigro longum autẽ tẽpus dicitur decẽ annorũ. l. si cùm fideicommissaria. §. Aristo. ff. qui & à quibus. tradit Bartol. in d. l. de

quibus.

quibus.in ij.q.prin.ver.tertiò videamus.ff.de legib.in ij.lectu.vbi,ꝙ hoc procedit,licet consuetudo sit contra ius ciuile.sequitur Ias.ibi.ver.secunda est opinio gl.vera & communis.Curtius Iuni.in cons.42.Secùs,q̃n consuetudo esset contra ius canonicum:quia requiritur tempus 40 .annorum:vt habetur in c.fi.de consue.Bar.& mod.in d.l.de quibus.Alex.in consi.v.lib.v.Aret.in consi.44.post prin.ver.secunda conclusio.Quod tñ intellige,vt per Cornæũ in cõs. 155.lib.iiij.vbi,ꝙ hoc procedit in vniuersitate ecclesiastica, quæ non potest statuere contra ius canonicũ,vel cõtra populum laicũ subditum ecclesiæ,qui non potest statuere in bonis ecclesiasticis, contra ius canonicũ:secus, si populus subditus ecclesiæ vellet inducere consuetudinẽ contra ius canonicum,circa bona tẽporalia:quia tunc sufficit cõsuetudo decem annorũ:cùm talis populus, quò ad tẽporalia, possit etiam statuere cõtra ius canonicum.Idẽ sentit Curtius Iunior in secunda parte tractatus feudorum.q.ij.ver. allegata autẽ,per Laud.vbi,ꝙ in præscriptione contra ius canonicum requiruntur 40.anni,q̃n agitur de præiudicio ecclesiæ.Imò isto casu q̃n agitur de pręiudicio alicuius ecclesię particularis,requirũtur 40.anni:licet cõsuetudo nõ sit cõtra ius canonicũ,sed præter.Ab.in d.c.fi.de cõsue. gl. pragma.sanct.in tit.de causis.§.statuit.in vers. præscripta. Addo † aliã limitationẽ,in qua non requirũtur 40.anni in 8
consuetudine,quæ sit cõtra ius canonicum,q̃n scilicet inducitur talis cõsuetudo sciente,& patiente superiore.Ant. de But.in d.c.fi.de consue.& in c.quia circa.de cõsan.& affi.sequitur Gozad.in cons.101.idem voluit Corn.in d.cons. 293.lib.j.licet I. s.contra in d.l.de quibus.sed Ant.de Butr. sequitur Deci.in cons.134.ver.accedit scientia.Similiter in consuetudine,in qua de iure † ciuili sufficit decennium,nõ 9
fit distinctio,an inducatur consuetudo inter præsentes vel absentes, quæ fit in præscriptione, sed indistinctè sufficit tempus decem annorum.nam inducitur consuetudo contra populum,qui semper præsens dicitur.ita Bar.in repe.d. l.de quibus.vers.iij.videamus.Corn.in cons.293.libr.j.& in cons.268.vers.nec requiritur scientia.libro iiij.quæ tamen distinctio fit in præscriptione.l.super longi.& l.final.C. de præscri.lon.temp.insti.de vsuc.in prin.Similiter circa tempus consuetudinis non fit distinctio,an habeat cõsuetudo causam perpetuam,vel continuam, aut discontinuam:sed

ſemper ſufficit tempus x. annorum in conſuetudine, licet habeat cauſam diſcontinuam. Bar. in repe. d. l. de quibus. & ibi Iaſ. Cor. in d. conſ. 155. & in conſi 268. verſi. & hinc eſt, ꝙ procedit cõſuetudo. lib. iiij. quicquid aliter, & malè voluerit Alex. in conſil. 136. verſi. præterea dictus Iacobus. lib. ij. Quæ tamẽ diſtinctio fit in præſcriptione: quia ſi habet cauſam diſcontinuam, requiritur tempus antiquũ, cuius initij memoria non extat in contrarium. vt habetur in d. l. ſeruitutes. la grande, ff. de ſerui. Iſta concluſio, † ꝙ in conſuetudine ſufficit decennium, licet ſit cõtra ius ciuile: aut etiã contra ius canonicum, quando inducitur ſine præiudicio eccleſię, quò ad bona temporalia, etiam per populum ſubiectum Romanæ eccleſiæ, ſequendo Cor. in d. cõſil. 155. lib. iiij. limitatur non procedere, quando induceretur conſuetudo ſuper eo, ſuper quo populus expreſsè ſtatuere non poſſet: quia tunc vt valeat cõſuetudo, requiritur ꝙ ſit præſcripta per tempus 40. annorum. ita Aret. in conſi. 23. verſi. ſed quando vniuerſitas. dicens quòd ita diſtinguit notabiliter Bal. ſi rectè inſpiciatur, in rub. C. quæ ſit longa cõſue. ſed vltra Aret. confirmatur hoc ex ijs, quæ infrà dicam, in quinta differentia: vbi plures voluerunt non eſſe cõſuetudinem, ſed pręſcriptionẽ, qñ inducitur ſuper eo, ſuper quo expreſsè ſtatui non poteſt. & ſic apertè volũt tenentes hãc opinionem requiri tempus ſufficiens ad præſcribendum. de quo vide ſ. proximè. nu. 5. Secũdò, nõ procedit iſta † concluſio, qñ ageretur de præſcribendis reſeruatis princip: quia tunc non ſolùm non ſufficeret tẽpus decem annorũ, imò nec quadraginta: ſed tempus antiquũ requiritur, cuius initij memoria non extat in contrariũ. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de ver. ſig. Ant. Imo. & doct. in c. fi. de conſue. Iaſ. in d. l. de quibus. verſ. primam tamen cõcluſionem. ff. de legib. de quo latiùs dicemus inferiùs. Sed hic quæro: † Aret. in d. conſi. 33. voluit, ꝙ vbi inducitur conſuetudo ſuper eo, ſuper quo populus expreſsè ſtatuere non poteſt. quod illa debet eſſe præſcripta ſpatio 40. annorũ, an iſtud indiſtinctè procedat, ꝙ vbi requiritur conſuetudo præſcripta, requirantur quadraginta anni? Aret. vt vides, dicit, ꝙ ſic. Sed contrarium videtur veriùs, ꝙ imò ſufficiat tempus xxx. annorum. gl. fi. in l. domini prædiorum. C. de agrico. & cẽſi. li. 11. Bal. in c. j. in prin. qual. olim feud. poterat alie. Spe. in tit. de præſcrip. §. j. verſ. de conſuetudine. Pau. de Caſt. in l. de

l.de quibus.refert,& sequitur Ias.in d.l.de quibus.versi.secundo limita.Curt.Iun.in consi.60.& in consil.61.Istud tamen intellige secundum præmissa:quia si sit contra ius canonicum,requiruntur 40.anni, & si agatur de reseruatis principi,requiritur tempus antiquum,cuius initij memoria non extat in contrarium.& sic vario modo intelligi potest cõsuetudo præscripta secũdum subiectam materiam.

¶Quinta differentia:quia consuetudo consideratur in his 13
tantùm, super quibus populus inducens consuetudinem posset expresè disponere, & statuere, aliàs autem dicitur præscriptio.ita Bar.in consi.136.Capitaneus.in fin.& quod scribit Alex.in consi.173.ver.vltra prædicta,lib.vj.vbi,quòd consuetudo est altera lex iurisdictionis.& ꝙ nõ potest introduci per populum nõ habentem iurisdictionem,& sic, qui legem aut statutum condere non posset.allegat Bald. post gl.in l.ij.in prima & tertia oppositio.C.quæ sit longa consuetu.idem tradit Ias.in l.fi.C.de testamen.Addo Freder.de Senis in consilio 91.Quod pater.vbi,†quòd qui le- 14
gem condere non potest,non potest etiam cõsuetudinem inducere.Sed istud dictum reprobat Aret.in dict.consil.23. licet de Barto.mentionem non faciat.Nam dicit Aret.statutum non potest fieri pro commodo vnius particularis personæ, nec ad præiudicium vnius particularis: sed debet esse generale instar legis ad communem omnium vtilitatem:& tamen valet consuetudo in præiudiciũ vnius personæ singularis.d.l.venditor.§.j.ff. commun. prædior. vbi Iurisconsultus,qui vocabulis non abutitur,dicit Aret. appellat illam consuetudinem.Addo vltra Aretin. text.in dict.l.j.§.fin.ff.de aqua plu.arcend. vbi Iurisconsultus appellat consuetudinem in materia seruitutis inter particulares personas.Sed aduerte:quòd ista†disputatio videtur 15
verbalis potiùs,quã realis.& quicquid sit de nomine, quò ad effectum realem,Bartol.benè loquitur: quia pro tanto voluit Bar.dici præscriptionem non consuetudinem:quia in ea requiritur tempus sufficiens ad præscriptionẽ,quando inducitur consuetudo super eò,super quo populus expresè disponere aut statuere non posset.& hoc idẽ voluit Aret.in d.consil.23.vt suprà vidimus,in quarta differentia. ver.ista conclusio.& tradit idem Aret.in consil.132.In causa,quæ vertitur inter homines.ver.ij.respondeo.vbi, quando vniuersitas vult aliquid ex cõsuetudine inducere con-

tra priuatum.contra quem non posset hoc facere statuendo,ista cõsuetudo adsumit naturam præscriptionis,& potiùs dicitur præscriptio quã consuetudo.¶Sexta differen-
16 tia,†quia in cõsuetudine non requiritur titulus nec bona fides:quæ sunt necessaria in præscriptione.Angel. in d.l.de quibus.vers.probatur hoc per rationem.& ibi Ias.vers.itē dum supradixi.Addo Calde.in consi.vlti.in tit.de consuet. Bellame.in cons.vij.in cons.31.in fin.& in cons.41.vbi,quòd pro titulo consuetudinis,sufficit legis auctoritas eam approbantis,dum est rationabilis & præscripta.tradit etiam Alex.in consi.124.ver.alia ratione principali.lib.iiij.vbi, ꝙ titulus non requiritur in consuetudine. sequitur Deci.in
17 cons.134. Sed aduerte,(†ne decipiaris)circa hanc sextam differentiam:quia non videtur ita generaliter intelligenda,sed solùm videtur procedere in ijs,super quibus populus expressè posset statuere & disponere.& sic quando esset consuetudo generalis inducta pro omnibus vniuersaliter,& contra omnes,ita quòd non sit necessarium tēpus requisitum ad præscriptionem:quia tunc non est necessarius titulus,cùm tacitè,& ex quo aut simul omnes cõsentiant.Similiter non potest tunc cõsiderari mala fides propter mutuum omnium consensum.Secùs in cõsuetudine, in qua requiritur præscriptio:quia,quando inducitur cõsuetudo contra particularem personam:quia tunc videtur
18 necessaria bona fides:cũ†etiam mala fides impediat præscriptionem in fauorem vniuersitatis:saltem quandiu superest vnus de vniuersitate,habens malam fidem,& scientiam rei alienæ.Inn.in c.cura.de iur.patro.sequitur Bar.in l.potest pluribus.in fi.ff.de vsuc.Soc.in cõs.187.ver.præterea vltra famam.li.ij.Cor.in cons.22.li.iij.Rursus,si requiritur, ꝙ cõsuetudo sit præscripta:ergo præsupponitur,quòd interueniant omnia necessaria requisita ad præscriptionem.l.qui testamento.in prin.ff.de testa.& in terminis, ꝙ vbi requiritur cõsuetudo præscripta,sit necessarius titulus & bona fides:prout in præscriptione:tradit Anch.in c.non est de cõsue.lib.vj.quæ opi.saltē procedere debet, quando agitur de acquirendo obligationem.Allegationem etiã tituli in cõsuetudine requirit Alex.in cõs.136.ver.itē requirebatur.li.ij.Nec dicatur requiri bonam fidem,qñ agitur de auferendo aut extinguendo totaliter ius alterius : secus in de acquisitione alicuius iuris tm̃ re existente apud alium:

quia

quia † etiã in præſcriptione iuris ſeruitutis, in qua nõ agitur, vt res ab alio auferatur, ſed ius tantùm ſeruitutis competat, requiritur bona fides preſcribentis. l. fi. ff. quẽadmo. ſerui. amit. l. j. §. ſed ſi iure. vbi gl. ff. de aqua quoti. & æſti. l. fi. ff. de itinere, actuq; priuat. l. j. vbi Bal. C. de ſerui. & aqua. Bar. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de itinere, actuq; priua. Imò iſto caſu bona fides nõ præſumitur: cum naturaliter quælibet res præſumatur libera: & ſic præſumptio iuris ſit cõtra ſcribentem. Bar. in d. §. hoc interdicto. Bal. in d. l. j. C. de ſerui. Are. in conſil. 30. Viſo themate. in ij. dubio. Bartho. de Vulpis, inter cõſ. Calca. in conſ. 53. Et ſi dicatur, quid rñdetur ad d. l. venditor. §. j. ff. commu. prædio. vbi competit ius ex conſuetudine fodiendi lapides in agro alieno: & tamẽ non videtur conſiderabilis bona fides in re aliena? Rñdeo cùm dicatur ibi valere conſuetudinem, præſupponitur, ꝙ procedant omnia habilia & neceſſaria ad ipſam conſuetudinem præſcriptam d. l. qui teſtamento. in prin. ff. de teſta. l. furioſum. in fi. C. qui teſt. fac. poſ. c. j. de ætate & qualit. cũ ſimi. & ſic intelligi debet ille tex. ꝙ inducta fuerit conſuetudo præſcripta cum bona fide. Secundò † reſpõdeo, quòd 20
in d. l. venditor. §. j. agebatur de vtilitate publica, vt haberentur lapides ad vſum totius populi & ædificiorũ, in quibus dicitur verſari publica vtilitas, vt ciuitas reddatur amplior & elegantior. l. ſenatus. ff. de contrah. emp. l. cætera. §. fi. ff. de lega. j. l. ij. C. de ædifi. priua. Ideò propter vtilitatem publicam licitum eſt alicui auferre rem ſuam. l. itẽ ſi verberatum § j. ff. de rei vẽdic. l. Lucius. ff. de euictio. latè moder. in l. fi. C. ſi contra ius, vel vtili. pub. & in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & ita illum tex. d. l. venditor. §. j. intelligit Bar. in procemio Digeſtorum. ¶ Septima † differentia, quia 21
per præſcriptionem acquiritur ius in particulari & priuato, & agitur de fauore vel præiudicio particulariũ, & certarum perſonarum, quibus acquiritur ex præſcriptione, & contra quas acquiritur ex præſcriptione: ſed cõſuetudine acquiritur ius in communi omnibus, & contra omnes de populo, & agitur de fauore & præiudicio incertarũ perſonarum: conſuetudo enim facit ius publicũ quò ad omnes, quos negotiũ tangit. d. l de quibus. §. ex nõ ſcripto. Inſti. de iure nat. gen. & ciuili. c. cõſuetudo. j. præſcriptio verò inducit ius priuat[illegible] inter præſcribẽtẽ, & cũ contra quẽ præſcribitur. Ita diffe[illegible]ntiã conſiderat Abb. poſt alios in d. c. fi. [illegible]e

consue.& ibi Card.Flor.q.viij.refert,& sequitur Cor.in consi.268.ver.sed prout aliâs legendo.lib.iiij.Addo Bellameram,in cons.x.ver.secunda differentia est Bal.in d.l.imperium.ver.circa.octauum.ff.de iuris.om.iud. Geminia.in consi.123.Abb.in consi.xviij.lib.ij.Alex.in consil.vj.ver.Ad idem inducit.libr.j.Decisio.in consi.134.Abb.in consi.94.
22 lib.j.¶Sed quæro † circa hanc septimam differentiam,pone quòd ex vna parte sit persona particularis, ab alia parte vniuersitas:putà si vnus particularis præscribat contra vnam vniuersitatem : putà aliquam exactionem aut præstationem annuam,an dicetur præscriptio vel consuetudo.Bald.in cons.439.Amplius.lib.iij.q, vbi præscribitur iurisdictio,respectu subditorũ,dicitur consuetudo:quia respicit vniuersos:sed respectu domini,dicitur præscriptio. Sed istud dictũ non placet:quia vna & eadẽ res non debet diuerso iure cẽseri.l.eum,qui ædes.ff.de vsuc.l.si fine.ff.de condi.& demon.c.cũ in tua.de decimis.cle.j.de elect.c.cognouimus.xij.q.ij.Alex.autẽ in d.cons.124.ver.alia ratione principali.li.iiij q, dicitur simpliciter cõsuetudo.& loqtur Alex.qñ dominus præscribit contra subditos aliquã exa-
23 ctionem.Ex hoc † infert Alex.non esse tunc titulum necessarium,nec eius allegationẽ : eadẽ ratione dicere poterat non esse necessariam bonã fidem:vt s̃.diximus in sexta differentia.Deũ immortalem potuit tantus vir dictũ tam impudens & damnosúm pronuntiare.Cõmodissima videlicet sententia ad cupiditatẽ dominorum contra subditos si tã facilè cõtra eos cõsuetudinẽ exactiuã onerũ possint inducere.Duo hic cõsidero contra Alex.Primũ,q, consuetudo cùm respiciat ius publicũ,& personas incertas, vt s̃.dixi, ex parte dñi præscribentis non potest dici cõsuetudo,sed præscriptio:prout dicit Bal.in d.consi.439.lib.iij.maximè,
24 † quia hìc datur possessio seu quasi continua propter animum personæ dñi,cui acquiritur ius.qui animus cõtinuè possidet ciuiliter,licet id quod acquiritur,causam habeat discontinuã.Bar.in l.iusto.§.non mutat.ff.de vsuca.Pau.de Cast.in cõsi.444.in causa,quæ vertitur inter cõmunitatẽ.lib.j.in cõsi.iij.in causa,quæ vertitur coram domino vicario potestatis.Pergami.& in consil.xij.Super primo videtur dicendum dictam sententiam.lib.ij.Aret.in consil.153.Consultatio.ver.ij.præmittendum.Corn.in dicto consilio 268.versicu.Nec obstat secunda ratio.libro iiij.& vbi datur
† cont.

†cõtinuatio possessionis, dicitur præscriptio potiùs quàm 25
consuetudo, per ea, quę suprà diximus in prima differẽtia, & in principio huius quartæ partis. Secundum quod cõsidero cõtra Alex. est, posito & non concesso, q vbi dñs præscribit contra subditos, & sic contra vniuersitatem, diceretur consuetudo non præscriptio: tamen talis consuetudo debet esse præscripta spatio xl. annorum, cum agatur contra vniuersitatem, l. fi. C. de sac. sanct. eccle. & cùm ista consuetudo cadat super eo, super quo dominus inducens consuetudinem expresè statuere non posset, quo casu etiam, q consuetudo dici possit: tamen in ea tẽpus requiritur necessarium ad præscriptionem: vt suprà vidimus in quarta differentia. ver. Ista conclusio & in quinta differentia. Certum est † autem, q domini non possunt grauare subditos 26
vltra, quàm teneantur ex pacto, aut præscriptione. Ideò nõ potest dominus imponere subditis collectas aut angarias. Bald. in l. cum multa. in fi. C. de bonis, quæ lib. per text. in l. domini prædiorum. C. de agri. & cẽsi. lib. xj. & in l. j. ff. qui, & à quibus Alex. in consi. xxxv. in prin. lib. ij. vbi solùm fundat ius domini in istis oneribus, super consuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. & clarè hoc idem tenet Alexand. in consilio 124. Super primo quæsito. versic. quo autem ad ea onera. libro quarto & in consi. 145. in princ. libro secundo, & quòd dominus non possit subditis onera imponere, tenet Calderin. in consilio quinto in titul. de censibus. Brunus Astensis in cõsil. xxxij. & licet Boerius in decision. suis quæstion. 162. aliud velit in certis casibus: tamen doctor. per eum allega. loquuntur in vasallo, qui fortiùs teneatur subuenire domino, quam ratione feudi, quod tenet à domino, quam simplex subditus, nullum habens feudum. ideo nõ debebat Boerius ista confundere in terminis subditorum. Vt obligentur ergo dominis ad aliqua onera, cessante titulo, quòd requiratur præscriptio seu tempus præscriptum, voluit Alexan. in dicto consilio 35. in prin. lib. ij. Guido Papæ. quæstio. 407. Imò etiam princeps inferior non potest subditos suos collectare sine licentia superioris. Ripa in l. iiij. in princip. ff. de re iudi. Iam vbi † lapsum esset tempus sufficiens ad præscri- 27
bendum aliqua onera cõtra subditos, non sufficeret solus lapsus temporis ad inducendam obligationem: quia tempus non est modus inducẽdæ obligationis: sed esset neces

ſaria allegatio tituli,& ad eius fidẽ,probare antiquitatem temporis.Alex.in conſ.114.lib.j.in conſ.108.in fi.lib.ij.& in conſil.75.libr.iiij.Guido Papæ,q.408.vbi,ꝙ debet allegari cauſa in ſpecie,quæ ſit idonea & ſufficiens.Ex quibus patet,ꝙ Alex.in hac materia non debebat conſtituere differentiam inter conſuetudinem & præſcriptionẽ: quia effectualiter conſiderando idem iuris eſt in vtraque, tã circa tempus,quàm circa titulum,aut eius allegationẽ. ¶Secun
28 dò † quæro,circa hanc ſeptimam differentiam.pone,ꝙ vna vniuerſitas acquirat ius contra aliam vniuerſitatẽ: an dicetur conſuetudo vel præſcriptio? videtur, ꝙ conſuetudo: quia acquiritur ius in vniuerſo,ex vtraq; parte tã præſcribente,quam ea,contra quam præſcribitur:putà, ſi agatur de iure paſcendi animalia aut incidẽdi ligna in territorio, paſcuis aut nemore alterius vniuerſitatis.ſed ex præmiſſis apparet,ꝙ licet conſuetudo nomine dici poſſit: tñ quò ad effectum idem iuris eſt,ꝙ in præſcriptione:quia cũ vniuerſitas non poſſit ſtatuere contra aliã vniuerſitatẽ ſibi nõ ſubditam:nõ poterit etiã inducere conſuetudinẽ,niſi præſcriptam.& ſic requirẽtur in tali cõſuetudine ea, quæ ſunt neceſſaria ĩ pura & ſimplici præſcriptione,per ſuprà dicta.
29 ¶Octaua † differentia:quia conſuetudo eſt generalis non ſolum reſpectu perſonarum,de quarum fauore & præiudicio agitur:ſed etiam reſpectu rerum:quia nõ reſtringitur conſuetudo ad vnam rem. Puta ſi ſit conſuetudo, ꝙ maſculi excludant fœminas:nam talis conſuetudo eſt generalis in omnibus hereditatibus & ſucceſſionibus:ſecus in præſcriptione, quæ dicitur particularis tàm reſpectu rerũ, quàm perſonarum.Iſtam differentiam ponit Bellamera in
30 d.conſi.x.verſi.quarta differentia. ¶Nona † differẽtia:quia præſcriptio dicitur,qñ litigatur cũ eo, cõtra quẽ præſcriptũ eſt:cõſuetudo verò,qñ litigatur cum tertio. Io. Andr. in ca.non eſt.in fin.de conſuetu.libr.vj.ſequitur Bellamera in d.conſi.10.verſicu.prima ergo differentia.Ex qua differentia videtur inferri,quòd ſi præſcribens litigat cum tertio, contra quem præſcriptum non eſt,non ſit neceſſaria probatio eorum,quæ ſunt requiſita in præſcriptione: ſed ſatis ſit probare conſuetudinem,ſine titulo aut bona fide: ſecus,vbi agitur cum eo,contra quem pręſcriptum ſit. Sed certè ſi agens fundet ius ſuum in tempore,videtur teneri, vt probet oĩa neceſſaria ad pręſcriptionẽ: quia alias actore non

re non probante, reus absoluitur. l. qui accusare. C. de edẽ. ¶Decima † differẽtia: quia præscriptio dicitur, quãdo vni 31
acquiritur, & alteri aufertur: per consuetudinem verò vni acquiritur, sed alteri non aufertur: puta, si quis præscribat iurisdictionem in mari: per hoc enim vsus maris alteri nõ aufertur. Bal. in rubri. ff. de rerum diuisio. ver. in contrariũ videtur. refert & sequitur Ripa in l. quominùs. ff. de flumi. Addo Ange. Aret. in §. flumina. super glo. in verb. omnibus. institu. de rerum diuisio. vbi si quis solus piscatus fuerit in flumine publico, & alios volentes piscari prohibuerit, dicitur consuetudo, non præscriptio: quia per eam nihil proprium ab alio aufertur: cum in flumine publico ius proprium nemo prætendat. & sic pondera Bal. Ange. & Ripam velle, quòd dicatur consuetudo etiam in vna persona priuata, & particulari, dummodò agatur de acquisitione iuris publici. Sed ego istud intelligo, dummodò talis consuetudo sit præscripta per tempus sufficiens ad præscriptionem huiusmodi iuris publici: cùm vnus priuatus super tali iure nihil expresse posset disponere, aut statuere, per supradicta. ¶Vndecima † differentia: quia in præscri 32
ptione non requiritur, quòd sit obtenta in contradictorio iudicio: secùs videtur in consuetudine. glo. in §. ex nõ scripto. institu. de iure natura. gen. & ciui. & in rubr. C. quæ sit longa consuetudo. sequitur Alexand. in consi. 132. ad finem primi dubij. lib. j. & in consi. 136. versi. item oportebat probari. lib. ij. idem Alexand. in consi. 173. libr. vj. quòd requiritur, vt sit obtenta in contradictorio iudicio: vel saltem, q; quis tali vsui aut consuetudini aliquando contradixerit. & quòd non obstante tali contradictione sic fuerit obseruatum. Et quòd requiratur ad validitatem consuetudinis, quòd fuerit obtenta in contradictorio iudicio, quando est contra legem, tenet Franciscus de ramponibus, inter consilia Calderi. in consi. vj. in titu. de censibus. Anchar. in consil. 178. Visis, & diligenter inspectis. versicu. non obstat ista ratio de consuetudine. Angel. in consilio 367. In quæstione vertente inter illustres. versic. non obstat allegata antiqua consuetudo. Curtius iunior in tractatu feud. in iiij. parte, quæstio. xxx. † Sed contrarium, quòd non requiratur con- 33
suetudinem esse obtentam in contradictorio iudicio: tenet Barto. in dict. l. de quibus. versicul. quæro nunquid. & in repetitio. illius legis. versicu. ij. videamus. ff. de legibus.

ſequitur Iaſ.ibi, verſicul.in ij.parte gloſſ.vij.Eandem opinionem tenet Bald.in conſi.210.Caſus talis eſt,quidam A. lib.j.Socin.in conſilio 99.verſicul.& licet illa conſuetudo. lib.j.vbi dicit hanc eſſe communem opinionem.Hanc etiã opinionem dicit communem Cornæ.in conſi.293.verſicu. non enim obſtat,quòd non fuit obtenta.lib.j.in cõſil.179. verſicul.facit ad prædicta.libr.iij.& in conſilio 155.libr.iiij. Eandem opinionem ſequitur Abb.in conſi.73.in tertio dubio.libr.ij.Veronenſis.in conſil.31.in fin.Iaſ.in conſilio 46. libro primo.dixi in conſilio 55.Ex quibus patet hanc opi-
34 nionem eſſe magis communem. Limitatur † modò hæc opinio, vt ſolùm procedat, in actibus extraiudicialibus: ſecùs in iudicialibus,in quibus requiritur,quòd ſit obtenta in contradictorio iudicio.Ita Baldus in dicto conſilio 210.libro primo.Idem tenet Angelus,Aretinus, in dicto §. ex non ſcripto.Inſtit.de iure natura.gen.& ciui.vbi tamen de Bald.mentionem non facit,ſolùm allegat Salice.in d.l. de quibus.Sed aduerte,quòd qua ratione valet conſuetu-
35 do in actibus † extraiudicialibus, licèt non ſit obtenta in contradictorio iudicio:eadem & fortiori debet valere in actibus iudicialibus.nam ideò nõ requiritur, quòd ſit obtenta in contradictorio iudicio in extraiudicialibus: quia ſatis eſt, ꝙ illi actus extraiudiciales deuenerint in notitiam populi:licet in iudicium deducti non ſint.ita Bartol. in d.l.de quibus.in prima & ſecunda lectura.Sed iſta ratio magis,& fortiùs militat in actibus,qui fiunt in iudicio,& ſic palàm & publicè.Ideò dicit Bart.quòd ex actibus iudicialibus faciliùs inducitur conſuetudo, propter eorũ notorietatem,ob id ſi longo tempore,quid in iudicio obſeruatum ſit,quare conſuetudo iudicialis induci debet: licet in contradictorio iudicio nihil fuerit pronuntiatũ aut ob-
36 tentum.Secundò conſidero, † contra hanc limitationem quòd in actibus iudicialibus propriè non dicitur conſuetudo,ſed ſtylus:cùm non inducatur à toto populo,aut maiori eius parte:ſed ſolũ à iudice aliquo maiore, qui habet poteſtatem legis condendæ.Bart.in repetit.d.l.de quibus. Ideò magiſtratus non habens poteſtatẽ cõdendæ legis nõ poſſet ſtylum inducere contrarium iuri.Alex.in conſil.36. in fi.lib.ij.ſequitur Deci.in rub.extra de conſue.& in cõſil. 677.in fin.Quod intellige procedere, niſi talis ſtylus eſſet præſcriptus:quia valeret,licet contra ius.Rochus de curte.
ind.

in d.rub.de consue.q.iiij.Secundò intellige,nisi talis stylus venisset in notitiam populi aut maioris eius partis: quia tunc valeret in vim consuetudinis,Alex.in d.consi.36.in fi. lib.ij.Tertiò intellige,nisi talis stylus solùm cõcernat modum,& ordinem procedendi:quia tũc videtur valere,licet sit contra ius Alex.in consi.65.ante fi.lib.j.vbi,ꝙ stylus potest derogare solennitati citationis:tradit idem Alexan.in consi.140.lib.vj.& ratio est:quia vbi stylus respicit processum,seu modum,& ordinẽ procedendi,dicitur agi de modico præiudicio.Soci.in consi.36.& in consil.39.libr.iiij.& in tali stylo etiam non requiritur, ꝙ sit obtentus in contradictorio iudicio:licet si obtentus sit, hoc magnum adminiculum præstet ad eius validitatẽ.ita Cornæus in consil.73.lib.ij.¶ Duodecima † differentia:quia ius quæsitum 37
consuetudine,videtur debiliùs,quàm ius quæsitũ per præscriptionem.patet: quia superior potest tollere ius quæsitum per consuetudinem,cùm possit cõsuetudinem reprobare.l.fin.C.de testa.secùs in iure quæsito per præscriptionem,quòd à principe tolli non potest:vt in auth.vt ecclesi. Roma.cent.ann.gaude.præ.in prin.Istam differentiam ponit Bal.in d.l.imperium.versicu.circa octauum.ff.de iurisdict.om.iudi.Sed † aduerte circa hanc differentiam: quia 38
non videtur verum,quòd superior possit tollere ius quæsitum per consuetudinem, nec est bonum argumentum Bal.superior potest tollere aut reprobare consuetudinem: ergo etiam ius quæsitum consuetudine.nam superior aut princeps potest tollere ius positiuum.l.princeps.ff.de legibus.l.digna vox.C.eo.titu.c.j de transactio.c.proposuit.de concessio præben.c.j.de constitu.lib.vj.c.statutum.& c.fin. de rescri.eo.lib.& potest princeps constitutionem à se factam habere pro infecta,quò ad iuris effectum c.j.iuncta glo.in versicu.pro infectis.de immuni.eccle.in clem.Abb. in consi.84 & in consi.99.lib.j.& tamen nõ potest princeps tollere ius quæsitum mediante iure ciuili, sine causa: puta ius quæsitum per aditionem hereditatis,aut per sententiam:vt habetur in l.Gallus.§.& qui l si tantùm.ff.de lib.& posthu.in l.fi.C.si contra ius vel vtili.pub.& in c.quæ in ecclesiarum.de constit.& latè dictum fuit suprà nu.17.in prima parte huius tracta.& de iure quæsito consuetudine, ꝙ tolli non possit,tradit Bar.in l.priuilegia.in fin.C.de sacrosanct.ecclesi.Decius in consi.335.post principium.

39 Secundò, considero † contra Bal. & eius differentiam. nam ideò ius quæsitum consuetudine tolli potest: ẜm Bal. quia princeps potest tollere cõsuetudinẽ. Dum ergo dicit Bal. non posse tolli ius quæsitum præscriptione, præsupponit illam à superiore tolli nõ posse, quod est falsum: quia præscriptio fuit introducta de iure ciuili, & posset princeps, si vellet, eam tollere, de plenitudine potestatis. Ideò nõ videtur ratio diuersitatis inter ius quæsitum præscriptione, & consuetudine. fortiùs voluit idem Bal. in cõs. 300. Ad euidẽtiam præmitto. lib. v. ꝙ iurisdictio acquisita præscriptione à principe, tolli potest: quia non dicitur præscriptũ contra eum, sed cõtra subditos: licet dicat, ꝙ malè facit princeps, si eam tollat, nisi præscribens abutatur. quod tñ Bald. dictũ
40 affirmare non ausim. Tertiò † considero contra Bal. ꝙ potentiùs videtur ius consuetudinis, quàm iuris ciuilis: quia consuetudo ligat etiam ipsum principem. Soc. in cõsi. 58. in prin. lib. iij. allegat Bal. in c. j. de natu. feu. & in auth. omnes peregri. ante fi. C. cõ. de suc. & tamen princeps non ligatur iure ciuili. Sed hæc tertia cõsideratio non videtur efficax: quia Bal. & Soc. loquuntur in consuetudine feudorũ, quæ ligat principem propter contractum resultantem ex concessione feudi. Ideò princeps non potest sine causa priuare vasallum feudo: vt habetur in d. locis, & tradit idem Bal. in cons. 323. Proponitur, ꝙ dominus. lib. ij. vbi, ꝙ consuetudo generalis feudorũ, maior est quolibet principe singulari: & eũ sic ligat, vt nequeat contraire: per tex. in d. c. j. de nat. feu. Secus in alia consuetudine, in qua nullus cõsideretur contractus principis: quia illa nõ ligatur princeps: sed tollere eam potest, cùm sit in potestate ipsius principis. Bal. in consi. 388. Si princeps. in consi. 401. Super eo. & in consi. 430. Circa primũ punctum. in fi. li. iiij. Rochus de Curte, in repe. c. fin. q. ix. de consuet. ¶ Decimatertia differentia: † quia
41 cõsuetudo respectu præscriptionis videtur fauorabilis, cũ respiciat ius publicum: ideò extenditur: præscriptio verò dicitur odiosa, & restringitur. Ant. de But. post Inn. in c. dilecto. de offi. Archid. Cardi. in clemen. j. in vj. q. de supplen. negli. prælat. refert & sequitur Dec. in c. translato. de cõsti. in prima lectu. & in secunda lectu. ad fi. commenti. in d. rubri. extrà de consue. Addo Ancha. in consi. 237. Quia in primo quæsito. versic. non obstat, quòd ista consuetudo. vbi, ꝙ extenditur consuetudo ad causam habentem similem

ratio

rationem.¶Sed† aduerte circa istam differẽtiam: quia non 42
videtur ita simpliciter verũ, ꝙ consuetudo dicatur fauorabilis, ob id, ꝙ debeat extẽdi. nam si consuetudo sit contra ius, illa vr̃ odiosa & restringenda. Bar. in auth. qui rẽ. circa fi. C. de sac. san. eccl. vbi, ꝙ consuetudo infeudandi aut cõcedendi in emphyteusin perpetuã bona ecclesiæ, nõ seruata formá iuris, non extenditur vltra id quod agitur. sequitur Ias. ibi. ver. quid tenendum. Alex. in cõsi. ix. lib. iij. Dec. in c. j. ver. cõfirmatur hoc, quia cõsuetudo. de proba. in cõs. 142. ver. & dato, ꝙ consuetudo. Alibi scribit Alex. in cõs. 173. ver. vlterius etiam dico. li. vj. ꝙ consuetudo, vt vicinus nõ possit vẽdere alteri rem suam, vicino irrequisito, dicitur odiosa, & strictissimè debet intelligi in casu suo. ideò si nõ dicat, ꝙ res vẽdita cõtra formam ipsius cõsuetudinis possit ab emptore auferri, nec nos id dicere debemus. Alibi scribit Bal. in cons. 175. Quod pro regula. circa fi. li. ij. ꝙ in cõsuetudine, quæ est contra ius cõmune, nihil debet suppleri præter solitam obseruantiam. & ꝙ si cõsuetudo de aliquo, nõ disponit, nec nos debemus disponere. Alibi scribit idẽ Bald. in l. fi. vers. vnum aliud quæritur. C. cõ. vtrius. iudi. ꝙ cõsuetudo restringitur per actus, ex quibus inducitur, sicut præscriptio, nec proprios facti terminos excedit. & loquitur ibi Bal. in cõsuetudine cõtinente ius singulare, etiam ꝙ in alio casu militet eadem ratio, qñ illa ratio non est redacta in scriptis. Alibi scribit idem Bald. in c. j. in prin. ante fi. qui feu. dare pos. ꝙ† consuetudo, quæ est præter legem, tãtum 43
habet de potentia, quantũ habet de actu, & nõ plus. & si sit cõtra legem prohibẽtem ipsam cõsuetudinem, non valet. refert, & sequitur Ias. in d. l. de quib. ver. nota tu diligenter. ff. de legib. & in d. auth. qui rẽ. ver. quid tenẽdum. C. de sac. san. ecc. Alibi† scribit Are. in cõs. 44. in prin. ꝙ consuetudo, 44
quæ est contra ius, non extẽditur ad alium casum, neq; ad alium locum. Alibi scribit idem Aret. in cõsil. 132. In causa, quæ vertitur inter homines. ver. nõ obstat secũda ratio, ꝙ vbi consuetudo est contra ius cõmune, nõ debet extẽdi de persona ad personam, de loco ad locũ, nec de re ad rẽ. Idẽ in cõsuetudine exorbitãti, ꝙ non extenditur de loco ad locum. Aret. in consil. 15. Clarissime. & dicit Bal. in consil. 257. Quæstio vertẽs. libr. ij. ꝙ consuetudo, & præscriptio† cùm 45
sint facti, nõ recipiũt extẽsionem personarũ, nec actuum. Imò Deci. in consil. 389. versicu. non obstat, quòd text. sim-

pliciter dicit, ꝙ consuetudo restringitur ad loca, in quibus viget. nec distinguit an sit contra ius, vel præter ius, aut exorbitans. Similiter idem Dec. in consi. viij. versi. sed talis consuetudo. & in consi. 72. ver. & ista cõclusio. maximè videtur procedere simpliciter, dum dicit, ꝙ consuetudo solùm habet locum in casibus, in quibus secũdum eam fuit
46 obseruatum. ¶ Alibi & fortius † voluit Pau. de Cast. in cõsi. 340. Quia suprà. ante fin. lib. ij. ꝙ stante statuto excludente cognatos, propter agnatos, si aliqua consuetudo in contrarium fuerit obseruata, per quam fœminæ simul cũ masculis successerint: talis consuetudo dicitur stricti iuris, & non extenditur vltra casum, in quo viguit obseruantia, sicut dicitur in præscriptione. & tamen in casu Pau. consuetudo non erat contra ius commune: imò reducebatur per eam res ad causam iuris cõmunis, ob id videbatur extendenda, tanquam fauorabilis: iuxta gl. in c. statutum. in ver. numerandum. de præbẽ. li. vj. habetur in l. si vnus. §. pactus, ne peteret. ff. de pact. & in consuetudine contra ius cómune, ꝙ non extendatur ad alium locum, etiam vicinũ, tradit Pau. de Cast. in consi. 310. In instrumento. & in cõsi. 471. in fi. lib. j. vbi etiam, ꝙ non extenditur ad aliam rem. In qua tñ re Pau. fuit sibi contrarius, in consil. 372. lib. j. vbi consuluit totum contrarium eius, quod tenuit in d. consi. 310. ad quá etiam contrarietatem aduertit, & idẽ quod Pau. in d. cõsil. 310. tenet Fulgo. in cõsi. 66. Guarnerius, quem refert, & sequitur Rochus de Curte, in repe. c. fi. chart. 33. Ex præmissis
47 † apparet hanc decimã tertiam differentiam non videri de iure verã, & ꝙ conclusio in contrariũ firmari potest: videlicet, ꝙ cõsuetudo, & præscriptio æquiparãtur, quò ad materiam extensionis: vt neutra extendatur, sed restringatur ad suos actus. Quæ tñ cõclusio nonnullas limitationes vi
48 recipere. In quibus fiat extensio in cõsuetudine. ¶ † Primo itaq; limitatur, vt ne procedat in consuetudine fauorabili reipublicæ. Calderi. in consil. 4. in vltimis verbis in tit. de censib. allegat no. in c. fi. in tit. de censib. faciunt quæ infrà scribo in vndecima limitatione, in fi. & tradit Alex. in cõsi. 190. ver. prætereà dictum statutũ emanauit &c. libr. ij. & in consi. 34. lib. v. Imò isto casu, qñ agitur de fauore reipublicæ, fit extẽsio etiam in pœnalibus: vt per Ias. in l. si quis id, quod. ff. de iuris. om. iud. in l. si filius familiás. ff. si cert. peta. & in l. fratris. C. de inofficio. testamen. Aduerte tamen: quia

non vi

non videtur procedere hæc limitatio, quãdo ageretur de magno alterius præiudicio.Soci.in consi.275.versi.postremò etiam nos habemus.lib.ij. ¶Secundò † limitatur,non 49
procedere quando solùm ageretur de interpretatione aut declaratione alicuius actus: quia tunc actus, qui fiunt in vno loco,recipiunt interpretationem,& declarationem à cõsuetudine aliorum locorum vicinorum.c.ex parte.cum gl.de censibus.vbi quando aliqui longo tempore nõ soluerunt frumentum,licet olim soluerint pro votis persoluendis,si non appareat ad quam mensuram antiquitùs soluerint,recurritur ad cõsuetudinem vicinorum,ad quã mensuram vicini soluere cõsueuerint.Similiter voluntas disponentis dubia declaratur ex consuetudine vicinorũ.Pau.de Cast.in consi.437.Super dictis quæsitis.in secũdo dubio.li. ij.Similiter,qñ aliqui viuũt iure Francorũ,si dubitetur in quibus bonis id procedat,inspicitur cõsuetudo vicinorũ, qui & ipsi viuunt tali iure.decisio Neapoli.decis.248.Putarem tamen, ꝙ vbi consuetudo vicinorum esset contraria iuri communi,ꝙ voluntas disponẽtis potiùs declarari debeat secundum ius commune,quàm secundum cõsuetudinem vicinorũ,nisi esset talis dispositio quæ concerneret materiam consuetudinis vicinorum. ¶Tertiò † limitatur 50
non procedere in pluribus locis existentibus sub ditione, & dominio vnius personæ:quia cõsuetudo aliquorũ locorum , respiciens fauorem ipsius domini, debet obseruari etiã in aliis locis:puta Episcopus in sua prouincia & diœcesi habet plures ecclesias,in quarum aliquibus extat consuetudo certa circa causam procurationis præstandæ ipsi Episcopo visitanti ecclesias ipsas,certè talis cõsuetudo seruari debet etiã in aliis ecclesiis suæ diœcesis & prouinciæ. capitulo ecclesiis.& capitulo sopitæ.de cẽsib.Sed † aduerte 51
circa hanc tertiã limitationem,ꝙ cõsuetudo circa procuratoris debitum,est cõformis iure cõmuni:quo iure visitationi annexa est procuratio.c.cõquerente.de offi.ord.c.cũ venerabilis.& c.procurationes.de censib.nimirũ si consuetudo aliquarũ ecclesiarum vnius Episcopi,extẽditur ad alias ecclesias suæ diœcesis:quia etiã cessante cõsuetudine, de iure cõmuni tenentur aliæ ecclesiæ ad procurationem, cùm Episcopus talem procurationem expresè remittere non possit,pro tempore futuro.Abb.in cap.cùm ex officij. versiculo venio ad secũdum.de præscriptio.Aufreri.in de-

cisio. Capel. Tolosa. q. 332. & sic in dictis iuribus cõsuetudo est confirmatiua iuris cõis, & illud adiuuans, & tantũ potest considerari consuetudo aliarum ecclesiarũ circa taxationem & declarationem ipsius procurationis: in qua declaratione verum est attendi debere consuetudinẽ vicinorum: vt dictum est in secunda limitatione: secùs putaré, si consuetudo esset iuri contraria: quia non extenderetur ad alia loca, etiam eiusdem dominij aut prouinciæ, quæ non essent accessoria ad ea loca, in quib. vigeret cõsuetudo. Vi-
52 demus enim, † ꝙ consuetudo ecclesiæ Romanæ nõ extenditur ad alias ecclesias, nisi expressè mandetur seruari. gl. in c. quis nesciat. & in c. nolite errare. xj. dist. Ro. in cõs. 367. Circa primum. in fine quarti dubij. licet aliud videtur voluisse idem Roma. in consi. 123. in fine primi dubij. & tñ nõ est dubium omnes ecclesias esse sub potestate, & dominio ecclesiæ Romanæ, cũ sit mater, caput, & primatus omniũ ecclesiarum: cuius præcepta omnes aliæ ecclesiæ tenẽtur implere. c. j. & ij. xij. dist. c. dudum. iij. q. vj. & oẽs ecclesię totius orbis Romanæ subsunt ecclesiæ: & in eas plenitudinẽ habet potestatis. c. qui scit. ij. q. vj. & c. nunc verò. iij. q. iiij. Old. in consi. 244. Ad obiectus. & ꝙ consuetudo contra ius commune, non extendatur ad alia loca similis cõditionis, aut eiusdem dominij: apertè voluit Inn. in d. c. sopitæ. dum ponderat, ꝙ consuetudo ibi non erat contra ius cõmune. Quod tamen dictum est cõsuetudinem ecclesiæ Romanæ non extendi ad alias ecclesias, non procederet in ijs, quæ pertinent ad fidem. gl. in c. j. de summa Trini. Calca. in con
53 sil. 58. ¶ Quartò limitatur, † non procedere in loco alio accessorio ad locum, vbi viget cõsuetudo: puta in comitatu accessorio ad ciuitatem. Ideò consuetudo ciuitatis seruari debet in comitatu. gl. fi. in l. ex ea. ff. de postuland. Decius in consi. 389. versi. & ad hoc facit: quia ducatus. fortiùs voluit Romanus in consi. 123. quòd cõsuetudo ciuitatis, quæ est caput prouinciæ, debet seruari in tota prouincia, ne
54 membra separentur à capite. Quod tamen † intellige, nisi in comitatu esset propria consuetudo contraria consuetudini ciuitatis, eo casu quo comitatus consuetudinẽ posset inducere. Socinus in consi. vij. versi. prætereà etiam respon deri potest. lib. j. Aretinus in consil. 132. In causa, quæ vertitur inter homines. versic. prætereà in casu nostro. Rochus de Curte, in repetitio. d. c. fi. versi. quintò limitatur. de consue. Ad

ſue.Addo etiam Roma.in conſi.61.Licet.in fi.¶Quintò†li- 55
mitatur non procedere in loco vnito,& adiuncto alteri lo
co,in quo viget conſuetudo:quia extenditur conſuetudo
etiam ad locum vnitũ.Cy.poſt Richar.Malum.in l.etiam.
de iure dotium.ſequitur Pau.de Caſt.in d.conſi.372.quan
tum ad illam partem.libr.j.Sed aduerte circa hanc quintã
limitationem:quia non procedit ſic generaliter,prout Pau
lus refert.Imò intelligi debet,quando vnus locus vniretur
alteri per modum acceſſorij : ſecùs, ſi æquè principaliter:
quia tunc locus æquè principaliter vnitus, non ſubiicitur
conſuetudini neque legibus loci,cui vnitur:putà Delphi-
natus fuit vnitus coronæ Franciæ:tamẽ retinet adhuc no-
men ſuũ,& appellatur Delphinatus,& quando†Rex Fran 56
ciæ reſcribit in patria Delphinatus appellat ſe Delphinũ
poſt titulum Regis.Idem quãdo reſcribit in patria Prouin
ciæ:quia poſt titulum Regis appellat ſe comitem Prouin-
ciæ.Ex quibus apparet, quòd iſtæ patriæ Delphinatus &
Prouinciæ non fuerunt vnitæ regno Franciæ per modum
acceſſorij:ſed ęquè principaliter retinendo antiquum no-
men, & priſtinas leges : nec viuitur iure conſuetudinario,
prout in patria Franciæ.& ita in ſpecie declarat Bart.in l.ſi
conuenerit.§.ſi nuda.ff.de pign.actio.vbi exemplificat in
comitatu Toloſæ vnito coronæ Franciæ,æquè principali-
ter,& iſto caſu Rex dicitur repræſentare duas perſonas,id
eſt Regis & Comitis.Anchar.in conſi.114.Pro impetrante.
ver.ſed his non obſtãtibus.Eandem declarationem voluit
Ang.in conſi.247.Punctus.Papa vniuit.Feli.in c.tranſlato.
de conſti.Iaſo.in l.ſi eadem.in prin.ff.de offi. aſſeſſor.Ripa
lib.j.reſponſorum.de legib.c.j.Addo Alex.in conſi.151.verſ.
præſuppoſito ergo.lib.ij.¶Sextò†limitatur in conſuetudi 57
ne vniuerſali totius territorij:quia extẽditur etiam ad lo-
ca eiuſdem territorij:in quibus nunquàm fuit obſeruata.
Puta:eſt conſuetudo in ciuitate,& toto eius territorio, ꝙ
licitum ſit lapides cædere in agro alieno,iuxta text.in d.l.
venditor.§.ſi conſtat. ff. commu. præd. Pone, quòd domi-
nus agri nolit pati lapides cædi in ſuo agro,dicendo nun-
quam fuiſſe cæſos in agro ſuo,eo inuito:nunquid poterit
contradicere?certè non:quia conſuetudo ex quo eſt vni-
uerſalis in toto territorio:oẽs ligat.ita Oldra.in conſi.267.
Quòd dño Epiſcopo.circa fi.& ꝙ vbi ſumus in iure vniuer
ſali,cõſuetudo aut pręſcriptio extẽdatur etiã ad ea,in qui-

bus nihil fuit obseruatū, modò in illis alius nō reperiatur in possessione. Videtur probari in c.tua.de deci.secundum vnum intellectū.vbi probatur, ꝙ si quis præscripsit ius decimandi in certa terra, percipiendo decimam de omnibus fructibus prouenientibus ex illa terra, exceptis aliquibus fructibus, decima illorum fructuum, de quibus solutū nihil fuit, debetur præscribenti, nō ecclesiæ parœciali: modò ecclesia parœcialis nō fuerit in possessione percipiēdi decimam de illis fructibus: quia præscribens percipiēdo decimam aliquorum fructuum in vno agro, nemine percipiente aliorum fructuum decimā, videtur ius decimandi in totū acquisiuisse. Non enim videtur habuisse animum acquirendi partem, sed totum, propter vnitatē subiecti. & ita per illum tex. in iure vniuersali tenet Abb. in consi. 71. lib. ij. vbi etiam ad hoc allegat Inno. in c. dilectus. de relig.
58 domib. vbi ꝙ exercens † vnum actū iurisdictionalem, animo acquirendi vniuersalem iurisdictionem in loco, videtur iurisdictionem in totū acquirere, dummodò alius nō sit in possessione generali. nam tunc tantùm acquirit respectu actuum, quos exercuit. & hoc modo procedit dictum Bar. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de itine. actuq; priuat. Idē voluit Abb. in consi. vj. ver. quinimò non prodesset. lib. ij. Addo, ꝙ idem voluit Old. in cōsi. 172. Quia omnes. ver. deinde opponitur, quia non datur, quem actum correctionis &c. & in consi. 254. Quia tota. ver. Quintò opponitur. Roma. in consi. 368. Præsens. Soci. in consi. vij. in consil. 74 versi. vnde dicit non Inno. in consi. 111. vers. accedit ad hoc, ꝙ istud ius. lib. j. & latiùs in c. cùm contingat. in vj. q. de fo. compe. Ias.
59 in l. iij. versi. suprà dicta procedunt. ff. de acqui. poss. ¶ † Sed aduerte vltra præmissos patres, & pro ratione præmissorū, ꝙ in iure vniuersali: puta decimarū aut iurisdictionis, non solùm fit extensio ratione vniuersitatis: sed etiam quia in talibus agitur de iure reali: quod ius reale ad omnes extenditur. Ideò qui præscripsit iurisdictionem in aliquo loco, potest punire aduenas ibi delinquentes: licet quò ad eos nunquàm fuerit vsus iurisdictione. Ita Bald. in l. si quis diuturno. per illum tex ff. si seruit. vindi. refert & sequitur Berta. in iij. parte sui reper. in verb. præscriptio extenditur. versi. iij. Ias. in dicta l. iij. in princip. ff. de acquir. poss. Quod Bal. dictum fortiter facit pro illustri, & celebratissimo milite domino Guigone Guyfredi, domino de Botticres,

contra Bartholomæum Girodi in cã, super qua consului: vt patet in consi.meo 55.in qua cã fuit iudicatum pro ipso dño de Bottieres,in curia Graysiuodani.& nunc pẽdet appellatio ab aduersario interposita apud curiam parlamẽti Gratianopolis.Sublimitatur † nunc ista sexta limitatio, ꝙ 60
cõsuetudo aut præscriptio iuris vniuersalis extenditur ad alios actus:vt procedat in aliis actib.qui tñ sunt de eadem specie actuũ,quos qs exercuit:putà iurisdictio habet plures species,id est merũ imperiũ, mistũ & simplicẽ iurisdictionẽ.Si quis exerceat vnũ actũ simplicis iurisdictionis, vr̃ acquirere,seu pręscribere ius iurisdictionis,quò ad oẽs alios actus,qui sunt de illa specie inferioris iurisdictionis tm̃:sed virtute talis præscriptionis non poterit exercere actus ad merũ & mistũ imperiũ pertinẽtes.Similiter,si quis exercuerit vnũ actũ misti imperij,& illũ præscripserit, extendetur illa pręscriptio ad oẽs actus eiusdẽ speciei,s.misti imperij:sed nõ ad actus meri imperij.Ita Alex.in cõsil.68. ver.non obstat, ꝙ quò ad onera.lib.ij.Soc.in d.c.cũ contingat.q.vj.de fo.cõpe.& in d.cõsi.111. ver.sed est diligẽter aduertẽdum.li.j.tradunt moder.in l.imperiũ.vbi Ias.versi.iij. circa prædicta.& Purpu.pater,& socer meus.ff.de iur.om. iud.Addo Bal.in d.l.si quis diuturno.ff.si serui.vendi.vbi, ꝙ
† non fit extẽsio ad diuersam speciem iurisdictionis.Ideò 61
si quis præscripsit iurisdictionem in causis ciuilibus,non poterit ea vti in causis criminalibus.Quod maximè procedit in reseruatis principi:in quibus cõsuetudo,aut præscriptio restringitur:& præscriptio super aliquibus,nõ extenditur ad alia.Abb.in c.quod ad translationẽ.in vltimo not. per illũ tex.de offi.delegat.sequitur Soc.in cõs.275.li.ij.Sed
contra † hanc sublimitationem videtur facere,quod Deci. 62
scribit in c.referẽte.in primo not.de præb.vbi licet præscribens potestatẽ instituẽdi in beneficio,non censeatur præscribere ius destituendi.Host.Abb.& alij in ca.cũ ex iniuncto.de hæret.Istud tñ non procedit,qñ Episcopus aut ordinarius non esset in possessione destituendi:qa tunc præscriptio in casu instituẽdi,extẽditur ad casum destituendi. idem tradit Aufreri.in decis.Capel. Tolo.q.323.& tñ videntur diuersa instituere,& destituere.Solutio dici põt, ꝙ ista nõ sunt diuersa in specie:imò vidẽtur correlatiua instituere,& destituere:sicut dr̃ de absolutione,& cõdemnatione, ꝙ qui potest vnum,potest,& alterum,l.iij.cum ibi no.ff.de

re iudi.licet autem maior ratio videatur in instituendo, quia agitur de fauore, quàm in destituendo, vbi agitur de odio: non tamen videtur diuersitas aut maioritas in potentia. sicut dicitur de gradib. meri aut misti imperij. Nam aliqui gradus meri, aut misti imperij, videntur maiores aliis, & tñ fit extensio ad oẽs gradus, qui sunt sub eadẽ specie: puta sub mero aut misto imperio: vt statim diximus.

63 ¶Septimò limitatur, †vt non procedat in iis, quæ veniunt per modum antecedentis necessarij: quia ad illud extẽditur consuetudo. Roma. in consi. 243. ad prædictorum. infi. Confirmatur istud dictum. Nam etiam dispensatio dicitur strictissimi iuris. c. j. & ij. de fil. presbi. lib. vj. & adeò est iuris strictissimi dispensatio, ꝙ in ea non veniunt non solùm specificè non concessa: sed etiam ea, quæ ex proprio verborũ significato comprehendi possunt. Abb. in cõsil. 57. li. j. quod tamen dictum non affirmo pro nunc: quia etiam in materia odiosa verba intelligi debent generaliter, quatenùs eorum proprietas patitur. l. cum lege. vbi Aret. ff. de testa. glo. in c. contra Christianos. de hæret. lib. vj. bonus text. in ca. si quando. de sen. excom. quem ad hoc citat Dec. in c. non liceat. de præb. tradit Alex. in auth. ex testamento. C. de collat. Calde. in consi. 24. in tit. de præb. Vtcunq; sit, nõ est dubium quin dispẽsatio sit stricti, imò strictissimi iuris, & tñ extenditur ad omnia, quæ veniũt per modum antecedentis necessarij. gl. in c. quia in tãtum. de præb. Dec. in c. v. vers. sed ista rñsio non satisfacit. de iudiciis. Similiter sententia

64 †dicitur stricti iuris. l. j. & ij. C. si plur. vna sen. fue. condemnati. in l. Iulianus verũ debitorem. ff. de cõdi. inde. & verè sentẽtiæ sunt strictè intelligenda ad intellectũ, quẽ stricte habere possunt: nec trahuntur ad intellectum quem possunt habere ex lata significatione vocabuli. c. dilectus. vers. Abb. in ij. no. de offi. or. Barto. in l. si expressim. ff. de appel. Sed nec in sentẽtia habet locũ fictio trãslatiua de re ad rẽ vel de persona ad personam, qñ aliter valere potest. Ang. in cõs. 235. Punctus est, Albertus. nec sentẽtia absolutoria lata pro principali, prodest fideiussori: vt ei pariat exceptionẽ rei iudicatæ: quia potuit absolui reus, eo ꝙ actor nõ probauerit. Secùs, si esset absolutus: quia nõ deberet. & sic sententia lata cõtra reum ad eũ restringitur: nec extẽditur ad personam fideiussoris. Pau. de Cast. in cõs. 87. In causa, q. vertitur corã domino potestate castri. libr. j. & intelligi debet ie:

bet sententia strictè, prout iacet, nec interpretationem à iure recipit. l. Paulus. ff. de re iud. d. l. j. C. si plur. vna sent. Ob id sententia † restitutionis in integrũ, super principali, non 65
trahitur ad fructus, qui accessoriè veniunt. l. fi. §. fi. ff. de cõdi. inde. & tamen restitutio fieri debet, etiã quò ad fructus. l. si minor. §. restitutio. ff. de minor. ita Socin. in consilio 18. libro tertio. tradit idem Socin. in consilio 134. versicul.ettereà: dato libro primo. nec ex verbis sentẽtiæ aliquid inferri potest, nisi quatenus ex vi verborum de necessitate inferatur. Bar. in dict. l. Iulianus verum debitorem. Deci. in consi. 322. in prin. & tamen † extẽditur sententia ad ea, quæ 66
veniunt per modum antecedentis, vel consequentis necessarij, ob id si iudex declarat, quem prodigum, in consequentiam cẽsetur ei interdicere administrationem bonorum. Bal. in l. j. ff. de cura. furio. Imo. & Are. in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. Aufre. in decisio. Tolo. quæstio. 362. in fin. & sententia lata super vno, extenditur ad aliud, sine quo illud, super quo lata est, esset nullius effectus. Ange. in cons. 257. versic. super est autem videre. per tex. in l. aduersus. & l. si duo. ff. de arbitris. l. si quis ita stipulatus fuerit. ff. de verb. obligatio. l. fi. C. de vsur. rei iudi. & quòd sententia iudicis trahatur seu extendatur ad antecedens necessarium, tradit Barto. in l. & ex diuerso. §. j. ff. de rei vendi. vbi si in iudicio rei vendicationis iudex condemnat reum ad restituẽdum rem petitam, in necessarium antecedens censetur declarare actorem dominum illius rei. tradit Paul. de Castr. in consilio 232. In causa, quæ vertitur Pisis inter dominam Bicem. libr. j. Areti. in consi. 155. Diligenter visis. versi. ergo dantur intelligi. Socin. in dicto consi. 124. libro primo.

¶ Octauò † limitatur, vt non procedat in accessoriis: quia 67
ad illa trahitur consuetudo seu præscriptio. Ideò præscribens fundum, censetur etiam præscribere seruitutem fundo competentem. Barto. in dicta l. de quibus. ff. de legibus per l. si alienas. §. j. ff. de vsucapio. tradit Bald. in consil. 439. Amplius. versicul. & ideò puto. libr. iij. & in consuetudine, tradit Iaso. in consi. 185. libro secundo. Rochus de Curte, in repe. dicto capit. fi. versi. iiij. limitatur. In dispositione tamẽ hominis, pactum † super principali, non semper extendi- 68
tur ad accessoria. l. in ijs. §. mancipia. vbi Bald. ff. soluto matrimo. Idem in eo, quod conceditur de iure speciali, putà restitutio in integrum: quia non trahitur ad accessoria. l.

fina.§.Lucius vbi docto.ff.de condiction.indebi. Similiter
69 †destructo principali per viam præscriptionis, censetur destructum, & accessorium. Bald.in l.eos.in primo not.C. de vsur.Deci.in l.ij.ff.de iurisdict.omnium iudicum.

70 ¶Nono, †limitatur, vt procedat in ijs, quæ sunt de natura actus: quia ad illa extenditur consuetudo vel præscriptio. Ideò si quis præscripsit feudum, in eo succedūt illi, qui secundum naturam feudi possunt succedere. Bal.in l.liberti. ver.quæritur de eo.ff.de oper.liber.cum simil.vt Alex.tradit in cons.15.lib.v.Deci.in cōsi.269.ver.& prædicta bene procedunt.& quod scribit Ias.in l.sed & si possessori.§ item si iurauero.ff.de iureiurand.vbi, quòd emphyteusis ecclesiæ censetur præscripta vsque in tertiam generationē: emphyteusis verò priuati in perpetuum, secundum naturam suam. Alibi scribit Bal.in consil.24.Subtiliter.lib.iiij.quòd emphyteusis præsumitur præscripta secundum id, quod in regione frequentatur per maiorem partem.

¶Decimò limitatur non procedere in correlatiuis: quia
71 consuetudo †disponens super vno correlatiuorum, extenditur ad alterum. Ideò consuetudo disponens, quòd, si maritus relinquat vxorem suam dominam, massariam, & vsufructuariam bonorum suorum, existentibus liberis, censeatur tantum reliquisse alimenta: iuxta no.in authen.hoc locum.C.si secun.nupser.mul.habet locū & extenditur talis consuetudo.& econtrà, quòd si vxor relinquat maritum dominum, massarium & vsufructuarium omnium bonorū suorum, censeatur ei tantùm reliquisse alimenta.Bal.in d. authen.hoc locum.in fi.quod dictum pro singulari refert, & sequitur Ias.in l.fi.ver.sexto: facit.C.de indicta vidui.tollen.& in consi.112.lib.j.Rochus de Curte, in repet.d.c.fina. char.34.Curt.senior in consil.xj. Confirmari potest hæc limitatio ex eo, quod scribit Curtius senior in d.consil.11. Statuto Parmensi.vbi statutum, ꝙ maritus nō possit relinquere vxori vltra centum, habet etiam locum in vxore, ꝙ non possit relinquere marito vltra centum.sequitur Ias.in d.cons.112.lib.j.Crotus in l.omnes populi.versi.nona conclusio.ff.de iustit.& iure.Ripa.in rubric.ff.de acquirenda possessio. Quod tamen dictū videtur dubitabile.& in contrarium adduco Socin.in consilio 74.libro tertio. vbi re-
72 spondet ad fundamentum correlationis. † quod procedit respectu eiusdem actus, non diuersi: putà si statutum prohibet

hibet maritum relinquere vxori vltra centum, censetur etiam vxor accipere vltra illa centum, sed dicere, quòd etiam vxor censeatur prohibita relinquere vltra centum marito, ista videntur omninò diuersa. Eandem responsionem, & declarationem tacito Socin. voluit Curtius iunior in consi. vj. ¶ Rursus contra hanc limitationem adduco dictum Bal. in c. j. qualit. domi. proprie. feu. priue. vbi, si emptor renunciat remedio. l. ij. C. de rescin. vendi. non tamen censetur venditor illi renuntiare per l. si vnus. §. in summa. ff. de pact. & l. iubemus. C. ad Velleia. & sic vult Bal. ꝙ in materia stricti iuris, prout est contractus, dispositio facta in vno ex correlatiuis, non trahitur ad alterum, quando possunt separari, quod dictum pro singulari refert & sequitur Deci. in consi. 213. versi. & ad hoc facit. & in ca. translato. de constitutio. in secunda lectur. Tertiò in specie huius dicti Bald. in dicta authentic. hoc locum. in fin. quòd non procedat, adduco Curtium iuniorem in consi. vj. ver. non obstat aliud. vbi, ꝙ istud dict. Bal. potest reprobari. Planè hæc decima † limitatio videtur satis rationabilis, & æqua, quãdo 73
consuetudo non esset contra ius, & esset laudabilis, & rationabilis, & eadem videretur ratio in vtroque ex correlatiuis: prout in d. Bal. in d. auth. hoc locũ. quia illa consuetudo non est contra ius, sed interpretatiua iuris. rursus est laudabilis, & rationabilis, introducta fauore liberorum, & eadem videtur ratio in vtroque ex correlatiuis. Confirmo hoc d. Bal. ex eo quod scribit Ang. in consil. 109. Quidã patronus Vannis. vbi, ꝙ consuetudo, de qua in d. authen. hoc locum. habet locũ etiam in matre testatoris: quia si filius relinquit matrem suam dominã, massariam, & vsufructuariam bonorum suorũ, existentibus liberis testatoris. mater solùm habebit alimenta. Idem voluerunt Bald. & Imo. in l. Titia. §. fi. ff. de lega. ij. Ias. in consi. 44. lib. j. vbi Ias. idem voluit etiam in cognata testatoris. & licet Cor. in cõsi. 210. in j. dubio lib. iij. arguat contra hoc dictum de matre testatoris: tñ dicit, ꝙ in decisionibus non audet recedere à sententia doct. & sic præsupponit hoc dictũ esse cõiter approbatum, licet ibi de cons. Ang. mentionẽ nõ faciat. sed illud citat Ias. in d. consi. 44. Itaq; si extenditur d. consuetudo ad personas, in quib. nulla cadit correlatio, quãtò fortius extendi debet ad personã vxoris correlatiuã ad maritũ? Ad quod argumentũ vellem tñ dixisset Cur. iunior in d. consil. 6.

74 ¶Vndecimò,† limitatur non procedere in consuetudine laudabili,non onerosa,& quæ non sit contra ius, sed præter ius:quia illa extenditur ad casus similes eiusdẽ rationis.d.l.de quibus.ff.de legib.l.j.C.quæ sit longa consue.facit tex.in l.non possunt.ff.de legib.Inn.in c.dilecto.de offi. Archi.& isto casu procedant,quæ dicunt doct.suprà alleg. in decimatertia differentia in prin.tradit Rochus de curte,in rep.d.ca.fi.versi.ex præmissa conclusione.& versicul. prima est conclusio.Curtius iunior in prima parte tracta.
75 feu.q.iij.¶Sed hîc quæro†circa hanc vndecimam limitationem,Quid si consuetudo non sit contra ius:ita ꝙ ius in totum corrigat,nec etiam sit præter ius,sed sit exorbitãs in aliquo derogans iuri communi (sic enim dicitur ius exorbitans,quando in totum ius nõ abrogatur,sed in aliquo ei derogatur.Cor.in consi.174.libr.iiij.Crotus in l.oẽs populi.ver.pro complemẽto.ff.de iusti.& iur.) an talis consuetudo exorbitans extẽdetur ex identitate rationis.Old. in consil.237.Perlectis.sentit,ꝙ sic: dum dicit,ꝙ ibi cõsuetudo exorbitans per quam feudum, quod de iure feudorum primogenito tantùm debetur,diuidi potest, non extenditur ad prælegatum,vt prælegari possit in testamẽto: quia in prælegato non militat eadem ratio : quia in diuisione voluntaria interuenit consensus duorum:sed in prælegato consensus vnius tãtùm:idest prælegantis.Sentit ergo,ꝙ si in alio casu eadẽ ratio militaret, ad eum fieret extensio.Sed puto,ꝙ consuetudo extendi non debeat siue in totum sit contra ius,siue à iure exorbitet.l.ius singulare.l. quod verò contra.ff.de legib.reg.ea,quæ de reg.iur.lib.vj.
76 habetur.in l.si constante.vbi Ias.ff.sol.ma.¶Secundò†considero,ꝙ si dispositio expressa,à iure communi exorbitãs non extenditur ex identitate rationis:multò minus extendetur consuetudo,quæ dicitur ius tacitum.§.ex non scripto.Insti.de iure natu.gen.& ciui.in tacitis enim non ita fit extensio,sicut in expressis.glo.in clemen.sæpè.in verbo, partibus.circa fi.de ver.sig.vbi tacitus consensus in aliquibus actibus iudicij,ꝙ ordinariè procedatur, non præiudicat in actibus futuris,quò minus possit pars instare,q. summariè procedatur,qñ in eius fauorem summariè procedi debebat:secus,si pars ab initio expressè consenserit,q. ordinariè procedatur:q̃a tũc pœnitere nõ poterit.& sic tacitus
77 tus† consensus restringitur ad actus præteritos,in quibus

quis

quis consensit:secùs in expresso,qui extenditur etiam ad futuros:tradit Ro.in consi.133.In præsupposito casu. Actus enim taciti non sunt sic largè interpretandi, sicut expressi: sed eatenùs,quatenùs se extẽdunt actus,ex quib.resultãt. l.j.§.Iulianus.& quod ibi no.de itiner.actuq; priua.l.fin.C. ne filius pro patre.l.voluntariæ.C.de excus.tuto.ita arguit Pau.de Cast.in consi.334.Visa appellatione.ver.tñ aduertẽdum.lib.j.tradit Abb.in c.qm̃ cõtra.de proba.Alex.& Dec. in l.j.§.j.super gl.in versi.si quis.ff.quod quisq; iuris.Deci. in c.j.in ver.vlteriùs,& tertiò contra communem. de iudi. in c.in præsentia.ver.alia tamen fuit solutio.glo.de proba. & in c.dilecti.ij.in ij.notab.de appel.Ias.in l.cũ quid.versi. quarta conclusio.ff.si cer.pe.¶Tertiò† cõsidero, ꝙ in casu 78
Oldr.in d.consi.237.Cõsuetudo potiùs erat correctoria iuris communis feudorum,quàm exorbitans:quia in totum derogabat iuri volenti feuda dignitatum diuidi nõ posse. Constat autem ius correctorium difficiliùs extendi,quàm ius exorbitans.Corn.in consi.82.ver. constat autem.& in consi.188.lib.ij.fieret tñ extensio consuetudinis exorbitãtis à iure communi,quando talis consuetudo esset fauorabilis:q̃a in exorbitãtib.fit extensio,qñ materia est fauorabilis.gl.in l.illud.in fi.C.de sac.san.ecc.tradit Ias.post Alexan.in d.l.si constante.in vers.secundò limita.ff.sol.mat. & in l.filiusfamiliâs.§.diui.ver.sed ad hoc fundamẽtum.ff.de legat.j.Similiter materia dispẽsationis† dicitur exorbitãs: 79
quia per eam vulneratur ius cõmune in casu,in quo conceditur dispensatio:& tamen si contineat causam fauorabilem putà quia cõcernat fauorem religionis,vel animæ, in ea fit extensio.Deci.in c.at si clerici.§.de adulteriis.vers. similiter gratiosa videtur.de iudi.post Areti.ibi & dictum fuit suprà in prima limitatione.& fuit extensio in materia fauorabili,licèt stricti iuris,etiam ꝙ ille fauor non respiciat vtilitatem publicã principaliter,sed secundariò:prout in statuto,per quod agnati,aut affines inuicem litigantes, coguntur compromittere.Nam largè interpretatur,& extenditur ad agnatos,& affines impropriè.& tamen non respicit vtilitatem publicam principaliter,imò ipsorum litigantium:licet secundariò etiam vtilitatem publicam:quia reipublicæ interest subditos habere locupletes: & litium sumptibus non consumi,ita in tali statuto tradunt Baldus Alex.& moder.in l.qui se patris.C.vnde liber.vbi Decius

Iaſ. Alexan. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam. & in conſi. 125. lib. vij. Iaſ. in dicta l. de quibus. in l. prætor. §. prætor. ff de eden. & in conſi. 76. libr. iij. Rochus de curte in d. c. fi. octaua limitatione. Idem in alio ſtatuto concernente vtilitatem publicam etiam ſecundariò quod extenditur, tanquàm fauorabile ad caſum improprium: vt per Iaſ. in dicta l. ſi conſtante. in princip. verſicul. ij. limita. in l. properandum. in princip. C. de iudi. in l. fratres. C. de inofficio. testamen. Addo Bald. in conſi. 286. Super primo puncto. verſicu. ſuper ſexto. libr. iij. licèt Iaſon dicat ſe neminem inueniſſe iſtud ponderantem. Rurſus fieret extẽſio in materia exorbitanti ex identitate rationis, quando ratio eſſet expreſſa, vel pro expreſſa haberetur: quia vnica tantùm poſſet aſſignari: per ea, quæ infrà dicam in 13. limitatione.

80 ¶ Duodecimò † limitatur non procedere, quando vnus caſus compræhenditur ſub alio, ſecundum communẽ vſum loquendi: quia tunc conſuetudo extenditur ad illũ caſum: Putà ſtante conſuetudine, quòd in ſucceſſione decedentis ab inteſtato maſculi præferantur fœminis. Pone, quod decedat pupillus, qui propriè non dicitur inteſtatus, ſed inteſtabilis: quia teſtari non poteſt, an ad eum extendetur conſuetudo? Certè ſic: ſi probetur, quòd ſecundum communem vſum loquendi, etiam in pupillo verificatur verbum, inteſtatus. per ea, quæ habentur in l. prima. ff. de ſuis. & legitimis. in l. generaliter. in princip. C. de inſtitutione & ſubſtitutio. Cornæus in conſi. 318. libro primo. & in conſilio 106. libro quarto.

81 ¶ Decimotertiò † limitatur non procedere, quando caſus ad quem fit extenſio, compræhenditur ſub caſu expreſſo ſaltem ex lata ſignificatione vocabuli: quia ad talem caſum extenditur conſuetudo etiam contra ius, aut à iure exorbitans. l. filium habeo. ff. ad Macedonia. putà, ſtat conſuetudo, quòd maſculus excludit filiam. certè extenditur ad neptem ex filia: quia appellatione filij nepos compræhenditur, largè ſumpto vocabulo. l. liberorum. vbi Bar. ff. de verbo. ſigni. & Moder. in l. venia. C. de in ius vocan. Roman. in conſi. 129. Licèt magna. Rochus de Curt. in rep. dict. c. final. verſicul. limitatur tamen primò. Eandem limitationem ſequitur Gozadinus in conſi. 90. ¶ Sed cõtra

82 † limitationem videtur facere: quia ad hoc, vt in cõ[...] [...]is fiat extenſio ad alium caſum, duo videntur neceſ[...]

Primum

Primum quod ratio sit expressa. Secundum, quòd alius casus compræhendatur sub expresso, saltem ex larga significatione vocabuli. Imola in clemen. j. de election. Alexan. in l. peregrè. §. j. ff. de acquiren. possess. Barbat. inter consilia Calca. in consi. 28. Corn. in consi. 198. lib. iiij. Sed in consuetudine, quod est ius tacitum, non potest dici, quòd ratio sit expressa. ¶ Solutio. † Ista decimatertia limitatio proce- 83
dit in dispositione, in qua vnica tantùm ratio potest assignari: quia illa habetur pro expressa. Baldus in l. quamuis. C. de fideicommis. in l. maximum vitium. C. de libe. præteri. & in consi. 433. Domina Ioanna. lib. iij. Paulus de Castr. in consi. 251. Visa quadam securitate. libr. j. Alexander. in l. mutuum. de acquirend. heredita. in consil. 34. libr. v. Imola in consil. 25. in fin. Decius in c. suggestum. in secundo notabi. de appellationibus. in consil. 15. versicul. & licèt Bartolus in l. liberorum. in consil. 64. in consi. 188. Ias. in dict. l. quamuis. in vlti. notabil. C. de fideicommis. & alibi sæpè doctor. itaque cùm ratio habeatur pro expressa, dicuntur cõcurrere illa duo requisita per Imolam & Cornæum. & quòd sufficiat rationem haberi pro expressa, licèt quò ad verba expressa non sit, vt fiat extensio ad casum, qui sub lata significatione vocabuli compræhendi potest: tenet Alexander in dicta l. si constante. in princip. ff. soluto matrimo. in consilio 190. versicul. præterea, dictum statutum emanauit. libro ij. in consilio 34. lib. v. Ias. in dicta l. de quibus. in l. quamuis. C. de fideicommis. in l. siue apud acta. C. de trãsactionibus. in consilio 112. in fin. in consilio 118. libro j. in consilio 205. in consilio 22. libro secundo. & in consilio 115. libro quarto. Ripa in dicta l. si constante. numero 65. Gozadinus in consilio 59. versiculo septimo. negari non potest. Curtius senior in consilio ix. versicul. & si quispiam opponat. latiùs in consilio 81. Maximè. vbi Curt. quòd talis ratio præsumpta, quando vnica tantùm potest assignari, idem operatur, quòd expressa. ideò ampliat, & restringit dispositionem ad limites ipsius rationis, nec distinguit an vnum contineatur sub altero, latè sumpto vocabulo. ¶ Ampliùs multi Doctores simpliciter dicunt fieri extensionem ad casum non expressum, qui sub larga significatione vocabuli contineri potest sub casu expresso ex identitate rationis: nec requirunt, quòd vnica tantùm ratio possit assignari, & quòd illa habeatur pro

expressa. hoc enim dicit Roman. in consilio 129. Licèt
magna. vbi loquitur etiam in materia, quantumcunq; cor
rectoria. Identitatem etiam rationis simpliciter cõsiderat
Soc. in consi. 129. versi. Sextò prædicta confirmantur. Ias. in
l. Gallus. in ver. item inquantum doct. Alex. ff. de lib. & post-
hu. Gozadi. in consil. 103. ¶ Sed dici potest, ꝙ ratio eadem
considerari nõ potest, nisi vnica tantùm possit assignari. Si
enim plures assignari possint, quomodò sciri poterit, ꝙ mi
litet eadem ratio, prout arguit Bart. in d. l. liberorum. ff. de
ver. sig. & quando rationes plures possunt assignari, solùm
dici potest, ꝙ militat similis ratio: sed non eadem. Ex præ-
84 missis † apparet, ꝙ malè videtur locutus Rochus de Curte,
in repe. d. c. fi. char. 33. ver. limitatur tamen primò. vbi post-
quàm firmauit conclusionem, ꝙ consuetudo extẽditur ad
casum nõ expressum, qui ex larga significatione vocabuli
compræhendi potest, sub expresso: vt in consuetudine, ꝙ
masculus excludat filiam, ꝙ extendatur ad neptem. post-
quàm retulit rationem Ias. in d. l. de quibus. ꝙ ideò fiat ex-
tensio: quia illa cõsuetudo non potest habere, nisi vnicam
rationem scilicet, agnationis conseruandæ, quæ habetur
pro expressa. subdit Curtius aliam rationẽ assignari posse,
vltra Ias. quia scilicet appellatione filiæ, cõtinetur neptis,
de larga significatione, quo casu fit extensio, etiam in cor-
rectoriis: per gl. in d. cle. j. de elec. & sic vult Rochus, ꝙ fiat
extensio in correctoriis ex eo solum, ꝙ vnum continetur
sub altero, de larga significatione. Sed parcat mihi reuerẽ-
tia tanti viri: quia ratio per eũ assignata non est sufficiens,
nisi etiam concurrat ratio Ias. videlicet, vel ꝙ ratio sit ex-
pressa, vel habeatur pro expressa, ita ꝙ militet eadem ra-
tio. Imò sola identitas rationis posset sufficere, vt infrà di-
cam. & tamen non sufficeret illud tantum, ꝙ vnum veniat
85 appellatione alterius. ¶ Aduertendum † tamen circa hanc
decimam tertiam limitationem, quia non procederet, qñ
dispositio esset correctoria, & pœnalis simul: quia tũc non
extenderetur ad casum, qui de larga significatione voca-
buli comprehẽdi posset sub casu expresso, etiam ex iden-
titate rationis. gl. in cle. vt hi, qui. in verb. in eisdem. de æta.
& quali. quam pro singulari refert, & sequitur Ro. In cõsi.
150. in proposita quæstione. ante fi. Alex. in d. l. si constante
in prin. versi. iij. limita. Dec. in c. translato. de constitu. Ias.
l. fina. versi. tenendo istam regulam. ff. de in ius vocan. in

cum

cùm quidam.verſ.ij.principaliter.ff.de libe.& poſthu.& in authentic.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccle.Cornæ.in conſi.217.Ante fi.lib.iij.Imò iſto caſu non fit extenſio etiã ex maioritate rationis.Soci.in conſi.31.in iij.q.lib.j.quod procedit,licèt ratio ſit ſcripta in diſpoſitione.Iaſ.in dicta l.fina.ff.de in ius vocand.in conſil.118.libro j. ¶Sed quæro
†iuxta præmiſſa,ad pleniorem declarationem præmiſſo- 86
rum: Pone, quòd ratio ſit expreſſa in diſpoſitione correctoria,an ſimpliciter fiet extenſio ad alium caſum, an verò ita demum,ſi alius caſus comprænendi poſſit ſub expreſſo,de lata ſignificatione vocabuli? Alexã.in l.peregrè. §.j.verſ.non obſtat,ſi pro opi.Cyn.ff.de acquiren.poſſ.& in conſi.190.Maturè.verſ.& latiùs per Anto.lib.ij.quòd requiritur,vt caſus non expreſſus cõprehendatur ſub expreſſo, ſaltem ex larga ſignificatione vocabuli.idem voluit Barb. inter conſilia Calca.in d.conſi.28.Corn.in d.conſi.198.libr. iiij.Curt.ſenior,in conſi.13.vbi allegant Imo.in l.ſi verò.§. de viro.ff.ſolu.matri.Sed contrarium expreſsè tenet Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.verſicu.circa iſtud notabile.ff.de verbo.obliga.vbi, quòd opin.contra Alex.eſt verior, & communior, ꝙ imò ſufficit rationem eſſe ſcriptã, vt fiat extenſio ad alium caſum:licèt alius caſus de lata ſignificatione vocabuli non comprænẽdatur ſub expreſſo: Iſtud idem voluit Iaſ.in l.Marcellus.verſ.quid tenendum. ff.ad Trebellianũ.vbi, quòd fit extenſio in correctoriis ex identitate rationis,quando ratio eſt ſcripta in lege,& tantò magis in caſu illo dicit Iaſ.fieri extenſionem,ſcilicet de
†Falcidia ad Trebellianicam.Quia appellatione Falcidię, 87
venit Trebellianica largè ſumpto vocabulo.vult ergo idẽ eſſe,ſi vnum non veniat appellatione alterius,ſaltem largè:licet faciliùs fiat,quando venit.idem in effectu voluit Iaſ.in l.j.verſicu.vj.facit.ff.de in ius vocand.vt ean.in dicta authen.quas actiones.verſic.ſed non recedas à communi regula dicta l.de quibus.verſ.puto,quòd vtrunque ſaluari poſſit.in dicto conſil.112.in fine.lib.j.in dicta l.quamuis.C. de fideicommiſ.& in §.ſequens.numer.9.inſtitu.de actio.
in quibus locis † ſimpliciter concludit fieri extenſionem 88
in materia correctoria ex identitate rationis, quando ratio eſt expreſſa,nec diſtinguit,an caſus ad quem fit extenſio poſſit venire appellatione caſus expreſſi, ſaltem ex larga ſignificatione.& pondera quod Iaſ.in dicta authẽ.quas

actiones.versicul.nec huic fallentiæ, refert Imol.respondere ad gloss.super quibus se fundat Alexand.in d.l.peregrè.§.j.idem & latè tradit Curt.senior in dicto consilio 81. vbi solùm considerat identitatem rationis expresè, vel quæ habetur pro expressa.Idem simpliciter tenet Dec.in dicto capitul.translato.in primo not.de constitu.vbi quòd sit extensio in materia correctoria simpliciter,quando ratio est expressa:nec distinguit,an casus ad quem fit extensio,comprehendatur sub alio ex larga significatione.Imò si Dec.bene ponderetur,expresè & clarè hoc voluit, dum primò arguit contra Abb.volentem,ꝙ fiat extensio in pœnalibus,ex identitate rationis.nam Dec.arguendo dicit,ꝙ in iuribus allegatis per Abb.ideò fit extensio, quia vel illi duo casus erant æquiparati,vel vnus veniebat appellatione alterius,latè sumpto vocabulo.sed posteà tenet Decius opi.Abb.& sic apertè vult Dec.idem iuris esse: licèt vnus casus non comprehendatur sub alio,saltem largè.Idé Ripa in l.j.§.hoc autem.ff.ad Trebellia.vbi,ꝙ fit extensio ad omnes casus,qui sub ratione expressa comprænhendi possunt,licèt sequatur iurium correctio.idem tenet Crotus in d.l.omnes populi.versicu.8.conclusio.Idem voluit Alexan.in l.cùm mulier.in quinto notab.per illum tex.ff.soluto matri.vbi,ꝙ fit extensio in pœnalibus,quando ratio est expressa,nec distinguit an vnus casus veniat largè, saltem appellatione alterius.Idem etiam voluit Alexã.in d.l.multum.ff.de acquirend.heredit.in dicto consi.34.libro v. dum dicit fieri extensionem ad casum,qui saltem comprænhendi potest sub casu expresso, saltem de lata significatione,
89 quando ratio est expressa,pondero † dictioné,saltem,quæ est implicatiua,implicans etiã alium casum,qui non comprehenderetur sub casu expresso de lata significatione. Io.Andr.in capit.quia propter.de electio.lib.vj.habetur in capitul.statutum.§.quia verò.de rescript.eod.lib.Socin.in consil.38.versi.nec est verum,quòd prædicta domina Antonia.lib.j.Cornæ.in consi.190.in princi.libr.j.Sed contrarium,ꝙ dictio,saltem,non implicet, tradit Dec.in cap.per tuas.in secundo notabili,de appellatio.Eandem opinionem, quòd simpliciter sufficiat rationem esse expressam, vel haberi pro expressa,tenet Curt.senior in consilio ix.versi.& si quispiã opponat.¶ Rursus pro hac opinione cõsidero ra-
90 tionem,qua doctor.mouetur ad tenendum, † ꝙ in corre-

ctoriis

ctoriis licita est extensio, quando ratio est expressa: videlicet, quia tunc non videtur dispositio extendi, sed intelligi, & comprahendi sub ipso expresso ex ratione & mente. l. nominis, & rei. §. verbum. ff. de verb. signi. & sic ista dicitur interpretatio intellectiua, potiùs quàm extensiua: vt dicit Bald. in d. l. quamuis. circa principium. C. de fideicommiss. vbi enim est eadem, vel maior ratio, non dicitur lex extendi, sed enucleari. Oldr. in cōs. 185. Thema tale est, Titius canonicus. in fi. & dicit Calderi. in cons. j. in titu. vt lite pendē. quòd vbi est eadem ratio, nō dicitur quis extendendo nouum casum addere: sed quod in primo casu in ratione includebatur, secūdum æquitatem, detegere seu declarare.
Lex enim † dicitur omne, quod in ratione consistit. cano. 91
consuetudo. j. dist. ergo vbi habet locum legis ratio, circa id prodita dici debet lex. Alibi scribit Calderi. in cons. j. in tit. de regular. ꝙ ratio, dicitur lex communis ad omnes casus. ob id nō inspicitur dispositio, an in ea sit idem casus, vel non: sed ratio tantùm consideratur. Alibi scribit Io. de Ana. inter consi. Pau. de Cast. in cons. 261. Visis. libr. ij. quòd vbi est eadem ratio, & omnimoda similitudo, non dicitur lex extēdi, sed ille casus sub eiusdem legis dispositione includi: per gl. in cap. j. de tempo. ordin. li. vj. Alibi scribit Bal. in capit. dilectus. de rescript. quòd sicut statutum disponit in ijs, in quibus expresse loquitur: ita ratio statuti pariter dispositionem inducit. Alibi scribit Bal. in d. l. de quibus. ff. de legib. quod vbi est eadem ratio, decidit omnes illos casus, non per extensionem. Imò sicut genus comprahendit species sic generalis ratio diuersas species. ob id expresso vno casu, veniunt omnes, in quibus viget eadē ratio. quod dictum pro eleganti refert & sequitur Pau. de Cast. in cōs. 441. Pro declaratione. lib. j. Iaso. in l. à Titio. in tertio notabili. ff. de verb. obli. in cons. 141. lib. ij. & in cons. 63. libr. iij. Et
quod non † dicatur fieri extensio, quando ratio est expres- 92
sa in lege vel dispositione, tradit Dec. in ca. quoniam contra. vers. similiter ex dicto Cy. de proba. & in c. Secundò requiris. in prin. de appel. Ias. in l. cùm quidam. vers. tu confir. ff. de li. & posth. Addo Alex. in cōs. 89. li. vj. & in cōs. 203. li. 7. Sed ista rō, & cōsideratio docto. militat: licèt casus, ad quē fit extēsio, nō veniat appellatione casus expressi, saltē latè sumpto vocabulo. Amplius puto, ꝙ licèt ratio non sit expressa, tamen si vnica tantùm possit assignari, quòd adhuc

fiat extensio ad casum, in quo viget eadem ratio: licèt ille casus non veniat sub expresso, saltē de larga significatione:
93 quia † doctores parificant ista duo, ꝙ ratio sit expressa, vel ꝙ vnica tantùm possit assignari: quia illa habetur pro expressa, vt suprà diximus. & tradit Fel. in d.c. translato. in fin. de constitutio. & in d.c. si quando. vers. considera tertiò. de rescrip. & istam parificationem faciunt doctor. etiā in materia correctoria, vt dictum est. Vna tantùm videtur diffe-
94 rentia inter † rationem expressam & tacitam, ꝙ vbi ratio est expressa, faciliùs fit extensio, quā vbi expressa non est: quia vbi non est expressa, opus est laborare & inuestigare quæ ratio potuerit mouere disponentem ad sic disponendum: & an vnica tantùm ratio potuerit eum mouere. Illa
95 tamen † ratio in dubio cōiectu randa est in statuto, quę potuit mouere principem ad ita statuendum. Abb. in cōsi. 75. lib. j. & in cons. 79. lib. ij. allegat gl. in l. tale pactum. in fin. ff. de pact. Bal. in l. scire oportet. ff. de excus. tuto. Alibi scribit idem Abb. in consil. j. vers. vltimò adduco. lib. j. ꝙ vbi ratio non est expressa in lege, vel in statuto, debemus cōsiderare qua ratione motus fuisset sapiens ad ita statuendū. Sed in eiusmodi interpretatione rationis, aut ea præsumenda, quomodò sapiens moueri potuerit, nunquàm non erit inter aduocatos contentio. Ad rectitudinem igitur iudican-
96 tis erit, omnia diligenter inquirere, & præ omnibus † respicere eum oportet ad rationem naturalem, quæ sola est certa & indubitata, & habetur pro lege scripta, & æquitate scripta. Bal. in consi. 473. Circa quæstionem. li. v. vbi etiā, ꝙ ratio naturalis idem est, ꝙ iustitia naturalis. Alibi scribit idem Bal. in cons. 38. Dominus Thomas. li. j. ꝙ ratio naturalis cuncta rectè respondet: & vix reperitur aliqđ contra rationem naturalem, quod non remordeat conscientiam. allegat gl. magnam. in l. in hac. ff. de tritica. Alibi scribit Bal. in rub. C. si ex falsis instrumē. ꝙ nec maior nec certior est ratio in mundo, quam ratio naturalis. ratio enim naturalis, est potissima in qualibet interpretatione. Bal. in tit. de pace Constan. in vers. vel per aliam personam. allegat Cy. in l. non dubiū. circa fi. C. de legib. Alibi scribit Bal. in l. quoties. circa prin. C. de suis, & legiti. ꝙ virtus legis cōsistit in ratione naturali: cùm lex se speculetur in natura. §. adoptio. insti. de adoptio. tradit Ias. in cons. 50. libr. iij. & ab ista ratione naturali licitum est arguere, licèt lex deficiat.
d. l. scire

d.l.ſcire oportet.c.ſecundò requiris.in fi. de appel.glo.in c. conſuetudo.j.diſt. Abb.in cõſi.66.in ij.dubio lib.j.Præmiſſa tñ conclusio, ꝙ conſuetudo etiã correctoria iuris communis extenditur ad alium caſum, qñ ratio eſt expreſſa, vel pro expreſſa habetur, patitur aliquas limitationes, de quibus per Iaſ.in d.auth.quas actiones.vbi ponit tres fallentias,& idẽ Iaſ.in auth.non licèt.C.de lib.præter.Sed aduerte, dum † Iaſ.voluit legẽ pœnalem, aut correctoriã taxatiuè loquentẽ, non extendi:licèt ratio ſit expreſſa.nã contrarium in hoc tenuit idem Iaſ.in cõſ.118.li.j.vbi voluit, ꝙ imò fiat extenſio, non obſtante taxatiua, modò lex non ſit pœnalis & correctoria ſimul.Sed puto extenſionẽ nõ fieri in correctoriis aut odioſis : licèt ratio ſit expreſſa, qñ diſpoſitio taxatiuè loquitur, quinimò etiam ceſſante taxatiua, non ſemper fit extenſio, propter rationẽ expreſſam in correctoriis, aut odioſis, maximè qñ odium non eſt rationabile. Cor.in conſ.90.ver.nec obſtat, ꝙ ratio.& in conſil. 97.circa fi.lib.iij.circa ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, fauore agnationis, quod nõ extenditur ad oẽs maſculos, & oẽs caſus, in quibus militat fauor agnationis:ſed ſæpiùs reſtringitur, etiã ꝙ vnũ veniat appellatione alterius de lata ſignificatione vocabuli: vt habet & Alc. & mod.in l.j.C.de ſuc.edic.& idem Alex.in conſi.97.lib.ij. 97

¶ Decimoquartò † limitatur dicta cõcluſio, vt non procedat, qñ duo æquiparantur à lege antiqua: quia tunc cõſuetudo ſuperueniens & diſponẽs in vno, extenditur ad aliud. gl.Bar.& doc.in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit per illũ tex.C.de fur.iuncta.l.non tantum.ff.de ſer.corru.vbi, ꝙ hoc procedit etiã in pœnalibus: multò igitur magis in correctoriis. tradit Iaſ.in d.auth.quas actiones.ver.iij.pro opi.Pla.verſ. ſecundò principaliter limita.& idem Iaſo.in l.ſi arrogator. ver.ſed redeundo ad principalem q.ff.de adop.in l.trãſigere.ver.ſecundò moueor.C.de tranſact.& in l.j.ff.de lega.j. Rochus de Curte in repe.d.c.fin.verſic.tertiò limitatur.in parua impreſſione.in quibus locis habetur, ꝙ illud procedit etiam in materia correctoria, aut pœnali.& ꝙ procedat in materia pœnali, tradit Iaſo.in §.ex maleficiis.nu.39. inſti.de actio.per gl.in cap.ſi poſtquàm.in glo.fin.de elect. lib.vj.& in capit.de multa.in verſicu.in eadem eccleſia.vbi Abb.de præben.idem tenet Decі.in capit.cauſam, quæ.ver ſicu.ſed reſpondetur.de iudic.& in capit.ſecundò requiris. 98

de appel. Addo Abb. in cons. 75. libr. j. Sed contrarium, ꝙ in
99 pœnalibus correctoriis, † aut etiam odiosis non fiat extẽsio, & ꝙ lex noua disponens super vno ex æquiparatis per legem antiquam, non extendatur ad aliud, tenent Iaco. de Rau. Pe. & Cy. in l. non sine. C. de bo. quæ libe. per illum tex. quod dictum pro singulari refert, & sequitur Socin. in consilio 150. versicul. bene facit, quod singulariter. numero 18. lib. j. Idem tenet Io. de Ana. in cons. 27. per tex. in l. fin. C. de sac. san. ecc. iuncta auth. quas actiones. Nã in d. l. fi. ciuitas, & ecclesia æquiparantur in materia præscriptionis: & tñ ius nouum d. auth. corrigens in vno, nõ trahitur ad aliud: secundum cõiter doct. & ꝙ ista limitatio non procedat in correctoriis voluit Ias. in l. Marcellus. in prin. ver. ẜm principale. ff. ad Trebell. allegat gl. in §. fi. in ver. placuerit. & ibi Ang. de Aret. insti. quib. ex caus. manum. nõ licet. ex quibus patet Ias. fuisse sibi contrariũ in hac materia. Quid tenen-
100 dum? placet † prima opinio, ꝙ fiat extensio. quæ opin. videtur cõmunis. Nec obstat tex. in d. l. fi. C. de sac. san. eccl. iuncta auth. ibi posita: quia rñdetur, ꝙ licèt ecclesia & ciuitas essent parificatæ in materia præscriptionis: per d. l. fi. tamẽ illa parificatio nõ erat simplex & vniuersalis, quò ad omnia: sed in quatuor casibus tantùm, de quibus, qñ æquiparatio non est vniuersalis, non fit extensio in lege correctoria, posteà superueniẽte. Ita declarat Matthesi. in suo tract. extensi. & hanc declarationẽ, aut rñsionem refert, & sequitur Ias. in auth. nouissima. & in l. fi. C. de inof. testa. Eandem responsionem, aut declarationem posuit Soci. in cõs. 275.
101 vers. confirmatur, quia licet ciuitas. libr. ij. vbi ad † hoc, vt fiat extensio in pœnalibus, propter æquiparationem duorum casuum requiritur quòd ęquiparatio sit facta quoad omnia per gl. in c. j. vers. sanè. de voto. lib. vj. & in c. constitutus. vers. prorogemus. de regular. eod. lib. Eandem responsionem & declarationẽ voluit Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. super gl. in vers. emancipatus. ff. de libe. & posth. Sed contra hanc responsionem obstare videtur: quia imò videtur sufficere, ꝙ fiat æquiparatio in materia, de qua agitur: vt fiat extensio in eadẽ materia: licet non fiat in aliis casibus nõ æquiparatis. gl. in c. j. in vers. declaramus. ne cle. vel monac. li. vj. vbi Gemi. Ad idẽ gl. in c. licet canon. in ver. parœcialis. & in c. si postquã. §. fi. in gl. pe. vbi Gemi. de elec. lib. vj. pro hoc tex. in l. furiosi. C. de nup. quẽ pro singulari
ad hoc

ad hoc citat Rom.in cons.179.Amplissimè doctor.vers.iij. respondetur.tradit Ias.in l.ij.ff.de iureiu.in d.l.si cõstante. ff.sol.matri.in l.transigere.C.de transac.in §.ex maleficiis. nu.44.insti.de actio.& in cons.118.libr.j.Ideò saltem in illis quatuor casibus,in quibus erat facta æquiparatio ecclesiæ,& ciuitatis fieri videbatur extẽsio. Videmus † etiam, ꝙ 102
ad hoc vt argumentũ à simili:vt procedat, non requiritur, quòd sit similitudo,quò ad omnia:sed sufficit esse similitudinem in casu de quo agitur.l.fi.C.de collatio.quem text. ad hoc dicit meliorem de corpore iuris,Ias.in l.ij.§. & harum.& in l.iiij.§.fi.ff.de verb.obli.& in l.creditori.de oper. no.nun.vbi alia etiam citat iura.Aliã & secundam responsionem ad dict.l.fina.& authen.ibi positam, quòd ideò ius nouum illius authen.correctorium non extendatur ad ciuitatem,quæ erat æquiparata ecclesiæ per dict.l.fin.tradit Imo.in dict.l.si verò.§.de viro.ff.solu.matri.in v.fallentiu, circa materiã extensionis in correctoriis:quia si fieret extensio,illa esset de persona ad personam non de casu ad casum:sed de persona ad personam,non fit extensio,licet fiat de casu ad casum.Aret.& mod.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de liber.& posthu.per tex.in l.si quis ita.§.pen.ff.de testamen.tutel.& hanc responsionẽ Imolæ refert & sequitur Alex.in cons.171.lib.vij.& pondera,quòd licet ecclesia, aut ciuitas videatur persona ficta : tamen non similis videtur,quò ad extensionem:quod in persona vera. Sed ista responsio videtur peior prima:quia Bartolus & alij in dict.l. si quis seruo C.de furtis,volunt dicta ibi in seruo extendi ad filium:quia in illa materia seruus & filius erant æquiparati per legem antiquam.l.nõ tantum.ff.de seruo corrup. & sic patet fieri extensionem etiam respectu personarum. Tertiam igitur † responsionem tradit Bald.in d.auth.quas 103
actiones.post Guliel.& Cyn.quòd ideò dispositio dicta authen.correctoria,loquens in ecclesia,non trahitur ad ciuitatem:text.in corpore,vnde sumitur illa authen. videlicet in aut.de ecclesia.tit.§.pro temporalibus autem.loquitur taxatiuè : nimirum si extensio non fit impediente taxatiua.& hanc responsionem sequitur etiam Alexand.in dict. consilio 171.lib.vij.& de taxatiua,quod impediat extensionem,dictum est suprà.Sed nec ista responsio valet:quia taxatiua in dict.§.pro temporalibus autem.non refertur ad ecclesiam,ita ꝙ in ecclesia tantũ locũ habeat illa præscri-

ptio:sed refertur ad præscriptioné in fauorem ecclesiæ:videlicet, ꝙ contra ecclesiam currat præscriptio sola 40.annorum:itaq; illa taxatiua nihil impedit, quominùs dispositio illius auth.extendi possit ad ciuitaté: benè impediret maius, aut minus tépus præscriptionis, contra ciuitaté, si ad eam fieret extensio, sicut impedit in ecclesia. Quartam
104 † rñsioné tradit Pau.de Cast.in cósi.441.Pro declaratione.li.j.& in consi.472.In causa capturæ.eo.lib. ꝙ licèt ecclesia, & ciuitas, essent similes in præscriptione, rationes tamen erant diuersæ:quia in ciuitate inducta erat pręscriptio cétum annorũ, fauore publicæ vtilitatis, aut alia ratione, In ecclesia autem fauore religionis:non est mirũ, si nó fit extensio ob diuersitatem rationis. Sed nec ista responsio valet:quia ius antiquum eas non æquiparasset, si non pari fauore dignæ fuissent. Rursus vult Pau.inferre, ꝙ ideò in ciuitate correctum, ne fortè quasi fauore maiori digna sit,
154 l. Proculus. ff. de dam. infect. Pondera † dictionem, aliquid, quæ verificatur in qualibet re: licet minima. l. si seruum. §. prætor ait. vbi Barto. ff. de acquir. heredi. l. mulier. §. fin. vbi gl. ff. de cond. instit. gl. in clemen. j. in versic. aut earum parte. de foro compet. Socin. in cons. 272. versic. 7. Ista conclusio. lib. ij. & alibi sæpè docto. si quando aliquis de proprio abest, aut absuturũ est, si sola diminutio patrimonij, dicitur pœna. Quid dicendũ, quando vasallus in totum feudo priuatur, si remoueri à iure administrãdi negotia aliena, siue tantũ eligẽdi, perdere, etiã ꝓ vna vice, pœna dicitur: quid

dicemus

dicemus in amissione bonorũ feudaliũ? ideò non sine causa truffatur Ias. de ista respõsione in d.l.si constãte.in princ. vers. secũdò in contrarium:& in d l.cum quidam vers.contra principalẽ regulam.ff.de liber. & posth.nec aliter tamẽ Ias.respõdet. Præmissa tamen, ꝙ priuatio iuris, sui, dicitur pœnã, intelligo, quãdo priuatur quis ex delicto. Bal. in l.fi. C.de oper. liber.refert & sequitur Ias. in d.l. venia. C. de in ius vocan. Cõsideraui † responsionẽ facilẽ esse ad text.in 155
d.§.porrò.nã text.ibi in princ.ponit aliquas causas speciales priuationis, posteà ponit vnã causam generalẽ, ex qua vasallus feudo priuatur: videlicèt quãdo iustitiã domino facere denegauerit.nõ intelligo iustitiã prout gl.ibi intelligit:sed intelligo generaliter, quãdo vasallus quid agit cõtra iustitiã fidelitatis, & vasalli:quia iniustè se habet cõtra dominũ, nõ implẽdo ea, quæ expresse, aut virtualiter cõstituta sunt in sacramẽto fidelitatis. Posteà text.incipit declarare illã generalitatẽ, per exẽpla: quæ multa ponit: quibus positis, ne per talia exẽpla regulam visus esset restringere, subiecit idem esse in aliis similibus causis.& sic ꝙ vasallus priuetur feudo ex aliis causis similibus, illud nõ est per viã extẽsionis:sed secundũ proprietatẽ causę generalis ab initio propositæ, qñ iustitiã domino nõ facit, id est, qñ id qđ iustũ est, ex forma fidelitatis domino nõ pręstat quo † casu 156
ẽt in materia pœnali & odiosa dispositio generalis generaliter debet intelligi, quatenùs verborũ ꝓprietas patitur.l. cùm de lege.vbi Are:.ff. de testam.c.si qñ. de sent.excõ.gl. in c.cõtra Christianos.de hæreti.lib.vj. Calderi.in cõs.j.in tit.de cõsangui.& affinit.& in cõs.24.in tit.de pręb.& in materia pœnali, ita tradit Dec.in d.l. factũ suũ.§.in pœnalib⁹. in prima limitatiõe. Apparet eñ de mẽte legis, in d.§.porrò. ꝙ noluit se restringere ad aliquas causas priuationis: sed generaliter voluit vasallos priuari, quotiẽs aliqd cõmitterẽt iniustè contra dominũ. ꝙ à fide vasalli abhorreret.& hãc respõsionẽ puto ex ore mẽtis textus, in d.§.porrò accepta. Ad quẽ textũ ẽt planior datur respõsio & intellect⁹ infrà hac eadẽ parte. ¶ Ex hac respõsiõe habes cõprobatã cõclusionẽ negatiuã, ꝙ in pœnalibus nõ fit extẽsio de similibus ad simina ꝑ idẽtitatẽ rariõis.& si aliqua dicta aut exẽpla in cõtrariũ adducuntur, illa reperiẽtur cõprehendi sub aliqua ex fallẽtiis, quæ tradũtur per moder. ad præmissam cõclusionẽ negatiuã, videlicèt ꝑ Deciũ in dict.l. in pœnali-

bus.& per Iaso.in d.l.cùm quidam.ff.de liber.& posthu.
157 ¶Memorata conclusio † negatiua, ꝙ in pœnalibus nõ fiat extẽsio, per identitatẽ rationis, maximè & sine dubio procedit, qñ cõstitutio pœnalis cõtineret odiũ irrationabile: prout in l.quisquis.C.ad legẽ Iul.maie.ꝙ filij puniãtur propter delictũ parẽtis. Ideò illa lex loquens in filiis, nõ extẽditur ad filias: vt ibi habetur Bar.in l.j. ff. de verbo.signifi. Ang.in l.quicunque. C. de seruis fugi. Ias.in d.l.si quis id, quod.vj.limitatione.ff.de iurisd.omniũ iud. Similiter in casu d.l.quisquis.quia cõtinet odiũ irrationabile, appellatione filiorũ, nõ veniũt nepotes. Bar.in l.parti.ff.de adulter. Similiter nõ habet locũ ecõtrà, si filius cõmittat crimẽ læsæ maiestatis: quia propter eũ nõ punietur pater. Salice.in d.l.quisquis, refert & sequitur Dec.in cõs.64. similiter statutũ, ꝙ pater teneatur assignare legitimã pro filio delinquẽtẽ, nõ habet locũ in nepote: licèt nepos largè veniat appellatione filij: qa tale statutũ cõtinet odiũ irrationabile. Ray. de Forli.in l.lege Iul.§.j.ff.de ritu nup. Crotus in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. Sed dicit aliquis ex doctri. Bar.in d.l.j.ff.de verb.signi.ista materia extensionis in pœnalibus videtur reduci ad bimẽbrẽ distinctionẽ tantũ: qa aut odiũ est irrationabile, & nõ fit extẽsio: aut est rationabile,
158 & fiet extẽsio. & hoc † ꝙ fiat extẽsio, quãdo odiũ est rationabile, voluerũt Bal.& Ang.in l.libertinũ.per illũ text.C.de interdict.matri.vbi sicut tutor ꝓhibetur matrimonio iungere filio suo naturali & legitimo pupillã: ita & filio naturali: quia illa prohibitio est rationabilis: & cõsequẽter dicitur rationabilis pœna inde descẽdẽs, & tradit Baldus in aliis locis adductis per Dec.in d.c.in præsentia.versi.tertia cõclusio.de probatio.idẽ ꝙ fiat extẽsio in pœnalibus, qñ odiũ est rationabile: voluit Ias.in l.si priùs.versi. ego cõfirmo cõclusionẽ Bar.ff.de oper.no.nũtia.ob id illud tantùm videtur cõsiderandũ in dispositione pœnali, an odiũ sit rationabile, vel non. & secundũ hoc videtur dicendum, quod vbicũq; agitur de pœna propter delictũ, quia talis pœna videtur rationabilis, faciẽda videtur extẽsio. Solutio Bar.nõ
159 dicit simpliciter, † ꝙ in pœnalibus fiat extẽsio, qñ odiũ est rationabile, tantũ dicit, & tũc masculinũ cõcipit fœmininũ. faciliùs aũt masculinũ cõcipit fœmininũ, quã vnus casus ad aliũ extẽdatur: quia in multis casibus masculinum cõcipit fœmininũ ex propria significatione: vt habetur in

d.l.j.

d.l.j.ff.de verbo.signifi.quo casu nõ dicitur tractar ide extẽsione,& in casibus,in quibus masculinũ nõ concipit fœmininũ,de propria significatione,saltẽ largè:imò masculinũ faciliùs cõcipit fœmininũ, quam verba capiãtur largè aut impropriè.Corn.in cõs.96.vers.vltimò pondero.lib.iij. ob id nõ valet † argumẽtũ,vbi odiũ est rationabile,mascu- 160
linũ cõcipit fœmininũ.ergo etiã fit extẽsio ad aliã personã,aut ad aliũ casum.Videmus etiã,ꝙ in dispositione legis etiã odiosa & pœnali,masculinũ cõcipit fœmininũ,modò odiũ nõ sit irrationabile.Cyn.post Odoffre.in d.l.quicũq;. C.de seruis fugi.Alber.in d.l.si quis id, ꝙ.ff.de iurisdi.om. iudi.Deci.in l.ij.nu.109.ff.de reg.iur.Cornæ.in cõs.233.lib. iiij.Ias.in d.l.si quis id,quod in quinta limitatione.& tamẽ in lege pœnali nõ sic fit extensio ad alias personas , aut ad alios casus.Secũdò † maximè procedit dicta conclusio, qñ 161
aliquid de facto fit:quia ad illud nõ extẽditur constitutio pœnalis:Calderi.in cõs.j.in tit.de hæreti.vbi ꝙ,clem.nolẽtes.de hæreti.excõmunicans inquisitores cõfiscãtes bona ecclesiarũ etiã fisco ecclesiæ,nõ habet locũ in inquisitore, qui nulliter, & de facto distribuit aliquos libros quorundam fatrum minorum,quos damnauit de hæresi.

ARGVMENTVM.

Exceptionis ad regulã suprà firmatã negatiuè,ꝙ cõsuetudo aut lex pœnalis,non extẽditur ob identitatẽ rationis, maximè,vbi agitur de fauore publico,id fallit.Itẽ,de fauore animæ,& piæ causæ.Item in materia priuationis feudi.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo seu lex pœnalis extenditur ob identitatem rationis, vbi causa est fauorabilis,& conducens reipublicæ.*

2 *In pœnalibus qualis fieri debeat interpretatio,& nu.3.*

4 *De delicti pœna frustrà quæritur,nisi priùs cõstiterit de delicto.*

5 *Extensio fit in pœnalibus,ne delictum remaneat impunitum,vbi agitur de fauore publico.*

6 *Consuetudo aut lex pœnalis extenditur , si alio iure præstatur occasio delinquendi,propter modicitatem pœnæ.*

7 *Extensio fit in pœnalibus,& prohibitiuis,quãdo agitur de fauore reipublicæ,etiã in alia materia,quã delictorũ puniẽdorũ.*

8 *Consuetudo seu lex pœnalis,extenditur , quando illa alias fieret elusoria:& plagam sustineret.*

9 *Consuetudo seu lex pœnalis disponens super vno , extenditur ad alterũ,quando duo sunt æquiparata per legem antiquam.*

35 *Consuetudo, aut lex pœnalis extenditur, quando in alio casu nõ reperitur certa pœna à iure statuta.*
36 *Consuetudo aut lex pœnalis extenditur in accessorijs.*
37 *Dispositio pœnalis extenditur ad illud, de quo loquitur ratione frequentioris vsus.*
38 *Consuetudo extenditur, quãdo duo inuicem gradatim se habẽt.*
39 *Consuetudo, aut lex extenditur de casu proprio ad improprium, propter causam honestatis seruandæ.*
40 *Renuntiatio iuris sui non inducitur ex actu, qui fit propter honestatem seruandam.*
41 *Iuramentũ de parẽdo mãdatis alicuius, intelligitur de honestis.*
42 *Consuetudo contra honestatem, non valet: nec potest à principe approbari.*
43 *Consuetudo seu statutum etiam exorbitans, an trahatur ad casum præsumptum.*
44 *Maritus lucrans partẽ dotis ex forma statuti, an lucretur partem dotis præsumptæ & num. 46.*
45 *Iuris præsumptio, dicitur liquidißima probatio.*
47 *Statutũ deferẽs lucrũ dotis marito, extãtibus liberis primi matrimonij, moderatur & restringitur, vt solùm tantũ lucretur, quantum vnus ex liberis primi matrimonij, cui minus relictũ sit. Et quid si statutum sit correctorium iuris cõmunis. nu. 48.*
49 *Consuetudo, aut statutum contra ius, recipit interpretationem paßiuam à iure communi.*
50 *Consuetudo, etiam contra ius, an requirat scientiam principis, sicut præscriptio.*

VIDEAMVS † modò de aliquibus limitationibus, quæ traduntur ad hanc regulã negatiuã, ꝙ consuetudo aut lex pœnalis non extenditur ob idẽtitatẽ rationis. Inter alias limitationes datur vna vt non procedat, qñ agitur de puniẽdis delictis, aut illicitis coercẽdis: qa tunc dicitur agi materia fauorabilis, & vtilis republicæ, nẽpe vt delicta puniãtur, ob id fit extẽsio. Bar. in l. quemadmodũ. C. de agric. & cẽs. li. xj. Rom. in cõs. 105. in secũdo dubio. Ias. post Alex. in d. l. cùm quidã. in quarta limitatione. ff. de lib. & posth. idẽ Ias. in l. si certis annis. vers. Secũdò, moueor. C. de pact. in l. j. C. de trãsact. Dec. in d. l. factũ cuiq; suũ. §. in pœnalibus. in quarta fallẽtia. ff. de reg. iur. & in consi. 65. Felin. in c. translato. de constit. & in c. nonnulli. de rescript. Ideò statutum permittens bannitum impunè occidi posse, dicitur fauorabile: quia ob bonũ pu- 1

blicũ.l.ij.vbi Bar.& alij.C.quã.liceat ſine iudi.ſe.vindi.Bar.
in l.oẽs populi.in ij.q.tertiæ q.princ.ff.de iuſti.& iur.Iaſ.in
conſ.133.li.j.& in l.vbi pactũ.C.de tranſact.addo Bal.in cõſ.
491.Viſa petitione.poſt med.li.iij.de quo tñ latiùs per Mo-
der.in c.quæ in eccleſiarũ. de conſtit. Aduertendum circa
hãc limitationẽ:quia Cornæ.in conſ.233.li.iiij.reputat hoc
dictũ Bar.in d.l.quẽadmodum. mirabile & valdè pulchrũ,
ſi verũ ſit,quaſi voluerit ridere de hoc dicto ,& illud pro
2 oĩnò falsò habere,& dubiũ facit cõtra iſtud dictũ:quia† in
pœnalibus ſit interpretatio in benigniorẽ partẽ.l.de inter-
pretatione. & l.ſi præſes.ff.de pœnis. & vbi pœna pluribus
modis intelligi põt,intelligitur de mitiori.Bal.in l.ſi.peril-
lũ tex.cũ gl.C.quæ res vẽdi.non poſ.Similiter in dubio ſit
interpretatio,vt pœna locũ nõ habeat.ideò in dubio cẽſe-
tur quis cõdemnatus ex cã,quæ nõ infamat.l. hæ em.ff.de
ſuſpect.tut.Ioã.de Ana.in c.qualiter.§.ad corrigẽdos.de ac
cuſ.ſimiliter in dubio cẽſetur propoſita actio,quæ nõ infa
mat.Alex.in l.certi condictio.in prin.ff. ſi cert.petat.& in l.
Gall᷒.§.ſi eius,qui filiũ.ff.de lib.& poſth.Dec.in c.ex literis.
de cõſtit.in c.at ſi clerici.in verſ.itẽ & ſecũdò cõis opi.& in
3 c.dilecti filij.verſ.iſta limitatio.de iudi.Ad iſtud† argumẽ-
tũ reſpondet Iaſ.in d.l.cũ quidã.ff. de lib.& poſth.q᷑ proce-
dit in dubio,qñ nõ conſtat delictum eſſe cõmiſſum,vel qñ
nõ conſtat de qualitate criminis,vt ſic abſoluatur quis in
dubio,qñ non conſtat delictum eſſe cõmiſſum, vel ſi con-
ſtat:ſed nõ de eius qualitate,mitior imponatur pœna:quæ
reſpõſio animo meo non ſatisfacit:quia docto.loquẽtes
de materia extẽſionis in pœnalibus, præſupponunt delictũ
eſſe cõmiſſum,& de eo cõſtare .Similiter in d.l.interpreta-
tione.& l.ſi præſes.præſupponiť conſtare de delicto & eius
4 qualitate.q a† fruſtrà aliàs q̃riť de pœna delicti, cũ de deli-
cto prius oĩbus cõſtare oporteat.l.j.§.itẽ illud.ff.ad Silania.
qñ.in verſ.patefacta.vbi Iaſ.poſt Bal.in iiij. not.C. vnde vi.
Ang.in l.certũ.ff.de cõfeſ.Iaſ.in l.iuſiurandũ , quod ex cõ-
uẽtione.§.fi.ff.de iureiur.& plenè cõſtare debet de delicto,
nec coniecturæ ſufficerent.Dec.poſt Abb.in c.j.in fi.de of-
fic.deleg.Prætereà d.l.ſi præſes.loquitur,qñ fuit propoſita
vis publica,& vis priuata.& iudex ĩ ſentẽtia ſimpliciter,de-
clarat reũ vim feciſſe,nõ declarãdo de publica,vel priuata:
dicit tex.q̃ ĩtelligitur de vi priuata in mitiorẽ partẽ. Si di-
cam᷒ iſtud ideo eſſe,quia accuſator nõ ꝓbauerit de vi pu-
blica,

blica, ille text. nõ procederet: quia tunc nõ interpretaretur sententia de vi priuata, vt mitior pars accipiatur: sed quia non fuit probatum de vi publica. Ideò † puto aliter respõderi posse, videlicet, ꝙ dictũ Bar. in d. l. quẽadmodũ. intelligatur, qñ aliâs si extẽsio nõ fieret in pœnalibus, delictũ remaneret impunitum. Tũc enim dr̃ agi de fauore publico, & materia dr̃ fauorabilis. ob idq; fit extensio, ne delictum remaneat impunitũ: sed si, cessante extensione, delictũ nõ remaneret impunitũ, sed puniretur quidẽ, mitiùs tñ: tunc nõ fit extensio in pœnalibus: sed procedunt illa iura, in l. si præses. & l. ĩterpretatione. ff. de pœn. Ita not. declarat & respondet Bar. in l. ij. §. exercitũ. ff. de iis, qui not. infamia. refert, & sequitur Dec. in l. ij. n. 109. ff. de reg. iur. Ad q̃ declarationẽ si Corn. aduertisset, non dictum hoc pro tã mirabili habuisset, nec illud in dubiũ reuocasset. ¶ Infertur ex hac declaratione, ꝙ licèt dispositio pœnalis cõtineat odiũ rationabile, vt delictũ puniatur. Si tñ citra extẽsionẽ delictũ impunitũ non fiat: quia alia lege mitiùs tñ puniatur, tunc extẽsio non fiet. Aduertendũ tñ † hîc puto, ꝙ si delictũ alio iure ita breuiter aut leniter puniatur, ꝙ occasio delinquendi videatur præstari, quę occasio præstari dr̃ ex modicitate pœnæ. l. si in operis. C. de pœnis. Dec. in l. j. ĩ prin. ff. qđ quisq; iur. & in c. cognoscentes. de consti. Putarẽ tunc legẽ aut cõsuetudinẽ pœnalẽ extẽdi: quia adhuc militat rõ fauoris publici: ne delictũ remaneat impunitũ. tolli eñ debet occasio delinquẽdi. l. j. in prin. ff. nau. caup. ꝑstabu. l. j. §. fi. & qđ ibi not. ff. quẽad. serui. amit. c. emẽdari. j. q. j. nec valet lex, ꝑ q̃ occasio datur delinquendi. c. erit aũt lex. iiij. di. c. ex parte. vbi Abb. in ij. no. de cõsuetu. c. fi. eo. tit. c. flagitia. 22. q. vij. l. conuenire. ff. de pact. dota. & iste casus occurrit mihi primo anno doctoratus mei, quũ iudicẽ Cunæi agerẽ: & falsi quæstio ageretur: nã fuit exhibitũ statutũ quoddã, loquẽs de falsitate, per quod falsi reus leuiusculè mulctari debet, ad pœnã pecuniariã solidos 20. turoñ. (si nõ fallor) nõ excedentẽ. interpellabar ad obseruationem iurisiurãdi, quod præstant iudices de statutis illius loci obseruãdis. Dixi statutũ illud infirmum, ac nullum esse, tanquam occasionem præstans delinquendi. & quòd iuramentum iudicis generale de statutis obseruandis, restringitur ad statuta valida, & iusta, non autem inualida, & iniqua l. prima. ff. de iis, qui sunt sui vel alieni iuris. vbi doctores capitulo

Right margin notes: 5 (beside "respõ-"), 6 (beside "alio").

j.de iureiur.li.vj.l.si procurator.ff.de condi.indebi.vbi latè moder.& magis miratū oportet interpellatū me fuisse ad obseruātiā illius statuti turpissimi, per tertiū, cuius nō intererat, virū alioqui nō obscurū, quē illud veriùs desideratū decuisset, vt statutū illud incēdio traderetur. Ista prima
7 †limitatio ampliatur vt procedat nō solùm, qñ agit de fauore publico, vt delicta puniātur: sed ēt si aliâs agat de fauore reipublicæ in alia materia: quia fit extēsio ēt in pœnalibus, & prohibitiuis.l.cetera.§.hoc senatusconsultū.vbi Ias. in quinto nota.ff.de lega.j.& faciūt nota. per Feli.in c. nōnulli.de rescr.vbi ꝙ dispositio cōcernēs vtilitatē publicā, dr̄ fauorabilis: licèt sit cōtra ius aut exorbitās.¶ Secūda
8 datur †limitatio per Deci.in d.§.in pœnalibus, per Ias.in d. l.cū quidā.in fi.qñ aliàs consuetudo, aut lex pœnalis fieret elusoria. Addo Ant.de Butr.in dispu.incip.Bononiensis.in fine tertij dubij.vbi, ꝙ fit extēsio in materia pœnali, qñ aliâs magna plaga legi inferretur: quia lex fieret elusoria. refert, & sequitur Soci.in cōs.240.vers.quinimò dixit.li.ij. idē voluit Corn.in cons.303.li.iij.& faciliùs, quæ scripsi su-
9 prà ī 15.limitatione.¶ Tertia † datur limitatio, qñ duo sunt æquiparata per legē antiquam: quia tunc lex aut consuetudo pœnalis disponens super vno, extēditur ad alterū. ita Deci.in d.§.in pœnalibus.in quinta fallētia.Ias.in l.si priùs. vers.iij.pro conclusione Bart.ff.de operis nou.nunt.Soc.in l.Gallus.§.videndū.in fi.ff.de liber.& posthu.per tex.in c.ad audientiā.& in c.cùm dilectus.& vtrobiq; Abb.& Imol.de cleric.non resident.sed istud intellige secundū ea, quæ latissimè suprà dicta sunt in 14.limitatione.& ex hac limitatione infertur ad declarationē dicti Fulg. in d.cōs.23.quia cōductor ad longū tēpus æquiparatur emphyteotæ, cùm
10 habeat ius in re.¶ Quarta † datur limitatio, vt nō procedat qñ agitur de salute animæ, & peccato euitādo: quia tūc fit extēsio ēt in pœnalibus, & odiosis.Io.Andr.vbi Abb.multū extollit in c.ex tenore.qui filij sint legiti.Abb.in c.quęsiuit. de diuor.Bar.& moder.in auth.sacramenta puberum.& ibi Ias.C.si aduer.vend.vbi extēdunt illā auth.ad alios cōtractꝰ: quia agitur de salute animæ, vt iuramentū obseruetur: & tñ illa dispositio est odiosa, & exorbitās à iure comuni. Addo Ancha.in cons.304.Ista allegata.vbi, ꝙ dispositio introducens pœnā pro salute animarū & augmēto sciētię & virtutis, id est, vt per timorem pœnæ incitetur quis ad bonum

num animæ, sciẽtiæ & virtutis, pœnalis non dicitur: infert propterea dispositionem c. licet canon. & c. cùm ex eo. de elect. li. vj. per quam dispensatus ob causam studiorum, finito tempore studij, tenetur se promoueri facere intra annum ad ordinem diaconatus, & subdiaconatus, sub pœna priuationis beneficij, extendi ẽt, qñ esset cum aliquo dispensatũ rõne minoris ætatis: ꝙ nisi finito tempore minoris ætatis se faciat intra annum promoueri, pariter priuatus sit beneficio: quia dispositio dict. cap. cùm ex eo. introducta fuit pro salute animarum, & pro augmento scientiæ & virtutis, ob id fauorabilis potiùs dicitur, quàm pœnalis.
¶ Quinta datur † limitatio, vt non procedat, qñ absurdum. 11
resultaret, si non fieret extensio in pœnalibus. l. si vxor. §. j. ff. de adulte. vbi etiam vxor de facto, aut putatiua punitur adulterij noĩe, sicut vera vxor. & sic lex pœnalis loquẽs de vxore, extenditur ad eam, quæ verè vxor non est: sed de facto. quem tex. pro parte contraria citat Ias. in d. l. cùm quidam. versi. tertiò & fortiùs. ff. de lib. & posth. nec aliter respondet ad illum tex. nisi quòd ibi agitur de fauore publico, vt delictum puniatur. sed ista responsio non satisfacit: quia (vt suprà dixi) iste fauor publicus non consideratur, nisi vbi delictum remaneret impunitum. Sed licèt talis vxor putatiua non puniatur, vt vxor de adulterio: puniretur tñ tanquàm de stupro, si fuisset virgo vel vidua. Sed rationem illius textus puto esse: quia nisi fiat extensio, sequeretur absurdum, quòd vxor putatiua & de facto esset melioris conditionis, quam vera vxor. quod esse non debet. l. iij. §. j. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi, quòd etiã vxori putatiuæ donari non potest. Pro hoc gl. in c. plerunque. de dote post diuor. resti. vbi, quòd vxor putatiua ita perdit dotem propter adulteriũ, sicut vera vxor, ne plus tribuatur vxori putatiuæ & de facto, quam veræ vxori. refert, & sequitur Pau. de Cast. in consi. 47. Reuocatur in dubium. & in cõsi. 154. Pro ista domina. li. ij. vbi idẽ in tutore putatiuo, & minùs legitimo, quòd ita punitur non reddendo rationẽ administrationis, sicut verus tutor. tenendo in hoc contra gl. in l. consensu. in verb. sibi. C. de repud. vbi glo. voluit, quòd talis † vxor putatiua non perdat dotem propter adulteriũ. 12
sed dicit Paul. quòd docto. in d. c. plerunque. communiter tenent contrarium. nam docto. ibi considerant intentionẽ mulieris, quæ secundum eius intẽtionem adulterium cõ-

misit:vt ibi per Inn.in finalibus verbis.& per Abb.qui dicit opi.gl.esse cõem.Similiter curator putatiuus nõ debet esse melioris cõditionis,q̃ verus.ob id sicut verus curator non põt donationẽ accipere ab adulto:ita nec putatiu⁹.Pau.de Cast.in cõs.352.Curator.li.j.Similiter licèt reseruatio beneficiorũ sit odiosa,gl.in c.fi.in verbo.similib⁹.de verb.sign. li.vj.tñ reseruatio Papæ de beneficiis,quæ Titius obtinet, locum habet ẽt in beneficio,quod Titi⁹ de facto tenet,ne occupator sit melioris cõditionis, q̃ verus possessor.Rota decis.274.not.ꝙ vbi Papa.in antiq.& quod scribit Rota decisi.366.no.ꝙ sufficit in antiq.Sed gl.in d.l.cõsensu.C.de repud.simpliciter sequitur Alex.in l.si cũ dotẽ.§.fi.ff.sol.mat. dicẽs esse similẽ gl.in d.c.plerunque.Sed certè gl.in d.c.plerunque.est oĩnò dissimilis gl.ẽt in d.l. consensu. simpliciter seqtur Bertachi.in suo repertorio,in verb.adulter.vers.43. in verb.maritus adulter.versic.iij.& in verb.vxor adultera. ver.vij.Pro gl.ẽt in d.l.consensu.facere vr̃ Cald.in cons.j.in tit.de heret.vbi,ꝙ dispositio clem.nolẽtes.de heret. excõicans inquisitorem confiscantẽ bona ecclesiæ nõ habet locũ in inquisitore: qui de facto distribuit certos libros fratrũ minorũ damnatorum de heresi.Sed responderi põt ad dict.Cald.ꝙ ibi inquisitor non dabat operã rei naturaliter prohibitæ.Nec ex dicto Calde. sequitur absurdum , quod delinquens sit melioris conditionis,q̃ non delinquens,ex quo confiscatio bonorũ contra hereticos per alia iura per-
13 missa erat.Pro dicta gl.†etiam in d.l. consensu. facit dictũ Card.post Lapum in cle.j.q.iij.de priuile.vbi, ꝙ illa cle. puniens religiosos , non habet locum in religiosis de facto: quorũ religio est reprobata: quia in eis non cõuenit qualitas religionis.Quod dictũ sequitur Fel. in d.c. accedẽtes. de præscr.Sed aduerte:quia Card.fundat suum dictũ super gl.in c.ij.in verb.quancunque.ne cleri.vel mona.li.vj.quam gl.dicit optimè facere.Sed nihil facit.nam text. prohibet, ne processus religionem quãcunque habitum temerè admittat gl.dicit quancunque scilicet approbatam. Cui mirùm,si talis expositio fieri debet tãquàm omninò necessaria?quia si religio sit reprobata:in ea, quis manere nõ debet.tunc diuersa est ratio inter religionem veram,& eam, quę de facto est.Nec militat tunc absurdum aliquod,quod non ita puniatur dimittens habitum religionis reprobatæ, sicut approbatæ,cùm omninò habitum dimitti oporteat: secus

ſecùs in adulterio vxoris putatiuæ: quia illud nunquã erat licitum.& contra Card.facit text.per eum alleg.in c. eum, qui.de præb.lib.vj.vbi intruſus, in ſui odium habetur pro poſſeſſore legitimè,ne ſequatur abſurdum, ꝙ ſit melioris conditionis, quã legitimus poſſeſſor.& ibi gl.concord.allegat nota ad illũ text. benè reſpõdet Card.quia text.non fundat ſe in ratione noua Car. ſed in alia ratione,ne ſtult' aut inuaſor ſit melioris cõditionis, quã ſapiẽs aut bonus. quæ ratio apertè cõfundit dictũ Cardi.nec ad eam aliquo modo reſpõdet Card.Rurſus, † cõtra Card.& Feli.adduco 14
Io.And.Abb.& doct.in c.j.de cler. cõiug.vbi, ꝙ clericus de facto cõtrahens matrimoniũ, ita priuatur beneficiis,ſicut legitimè cõtrahens: ne aliàs ſit melioris cõditionis de facto agens,quã legitimè.& tamẽ qualitas matrimonij non conuenit.ſed ſatis eſt eum matrimoniũ cõtraxiſſe,quò ad eius intẽtionẽ: & quantũ in eo fuit.ſequitur Anch.in cõſ. 3.4.In hac cauſa.verſ.& hac ratione tollitur. Rom.in conſ. 445.Dubitatur.quoties enim actus de ſui natura eſt illicitus,ex actu nulla pœna imponitur.l.nemo martyres.C.de ſacroſ.eccl.iuncta gl.l.eum, qui duas.C.de adult.Dec.in c. ex tenore.de reſcrip.qui tamen Deci.videtur ſibi contrariari in conſ.166.Eandem declarationẽ, quòd ex actu nullo aut cui de facto ſit.imponatur pœna, quando aliàs ſequeretur abſurdum, quòd delinquens eſſet melioris conditionis,quàm non delinquens:voluit Ripa.in l.j.ff.de vulgar.ſed adulterari & ſtuprari de ſui natura eſt reprobatũ. Præterea Felin.vbi ſuprà,allegat alia facientia,nec reſpondet.Econtra autẽ beneficium † aut priuilegium competẽs 15
vero matrimonio,non habet locum in matrimonio putatiuo.Ideò ſtatutum de lucrando dotem per maritũ non habet locũ in marito putatiuo.Bal.Ang.& Sal.in l.j.C.de condi.ob cauſ Alex.in l.ſi cũ dotem.§.fin.ff.ſol.mat. Rip.in rubri.ff.ſol.matr. † Et pro hac quinta limitatione, quòd fiat 16
extenſio in pœnalibus quando aliàs ſequeretur abſurdum adduco gloſ.in c.ſtatutũ.in verſi.volumus. de hæred.lib.vj. vbi, ꝙ diſpoſitio illius c.pœnalis, quòd filij hæreticorũ nõ admittẽtur ad aliquod beneficiũ eccleſiaſticũ, nec officiũ publicũ,vſque ad ſecundã generationẽ, extenditur etiam ad filios hæreticorũ illegitimos: ne aliàs ſequatur abſurdũ,ꝙ plus tribuatur luxuriæ, quã caſtitati.quã go. refert. & ſequitur Dec. in cap.in præſentia.verſ.tertia cõcluſio.de

probatio.& ex hac quinta limitatione poteris dissoluere plurimas decisiones, quæ adducuntur contra hanc regulã negatiuam.nam in pluribus videbis,ꝙ ideò fit extensio in pœnalibus,ne aliàs sequatur absurdũ: sicut etiam suprà vidimus in 16.limit.quòd consuetudo correctoria iuris cõmunis,extenditur:ne aliàs sequatur absurdum.¶Sexta da-
17 tur † limitatio,vt non procedat,quando agitur de fauore piæ causę:quia tũc fit extensio,etiã in pœnalibus. Ita Dec. in d.§.in pœnalibus.Ias.in d.l.cùm quidã.in d.l.si priùs.ver. secundò moueor.ff.de oper.nou.nunt.in d.authẽt.quas a-
18 ctiones.in quinta limitatione.¶Septima datur†limitatio, quando ratio est expressa in lege pœnali : quia tunc fit extensio ad alios casus,in quibus viget eadẽ ratio.l.cùm mulier.vbi Alex.ff.sol.matr.Gemi.in c.si ciuitas.§.j.in prin.de sent.excom.lib.vj.& in cons.2.in fin.Deci.in d.§.in pœnalibus.in vij.fallen. Ias.in l.j.vers.vj.facit.ff.in ius voc.vt eant. in d.l.cùm quidam. in v.fallentia.ff.de lib.& posthu.Addo Anchar.in cons.304.Ista alleg.post med. versicu.postremò etiam aduertendum. vbi , quòd dispositio pœnalis extenditur ex mente disponentis.ca.si postquam.de electio.lib vj.mẽs autem colligitur ex ratione expressa.Bald.in l.non dubium.C.de legib. & quòd mens colligatur ex ratione, est text.in d.l.cum mulier.j.ff.sol.matr.in l. scire oportet.§. oportet.ff.de excus.tuto.in l.cùm pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij.l.vxorem.in prin. vbi Bart.ff.de leg.iij.c.intelligentia. de verb.sign.gl.in l.si in venditione.in fin.in glos.nota causam verborum.ff.comm.præd.Bald.in consil.ij.Verba statuti.lib.j.mẽs enim & ratio idem sunt.Dyn.in c.vlt.de reg. iur.libro.vj.refert & sequitur Bal.in cons.200.In causa ista. libro iij. Pau.de Cast.in cons.148.Viso & examinato puncto.lib.j. Alex.in consi.52.ver.secundò confirmo.lib.j.Imò voluntas,aut mens disponentis magis colligitur ex ratione,quàm ex verbis.Bal.in cons.121.A capite.versic. sed hic est aduertendũ.lib.iij.per text. in l.iurisgentium.§. pactorum.ff. de pact.& isto casu , quando ratio est expressa in dispositione pœnali,extensio fieri non dicitur,cùm veniat casus non expressus ex mente legis.Anch.in d.cons.304.in f.& dixi suprà in materia extentionis in correctoriis.Fortiùs voluit Curt. Senior in consil.50.prin. ꝙ extensio fit in pœnalibus ex identitate rationis finalibus, quæ colligitur
19 ex proœ. ¶Ex hac vij.†limi.inferri potest ad aliam responsionem.

ſionem.ad text.in d.cap.j.§.porrò.quæ fuit pri. cauſ.bene. amit.vbi in materia priuationis feudi, & ſic pœnali fit extenſio.de cuius intellectu & ratione ſ.vidimus.Nam vltra præmiſſa videtur,ꝙ reſponſio planior accommodari poſſit ad illum tex.quia videlicet ratio, ibi fuit expreſſa,cur priuaretur ex illis cauſis ibi expreſſis.nam dicit tex.ꝙ & naturalis,& ciuilis ratio ſuadet prædictis modis feudũ debere amitti.quæ colligi põt,ſi.quis ſcrutatus fuerit ſubtiliter cõſtitutionẽ:in qua enumerãtur cauſæ exheredationis & ingratitudinis, & repudij:quibus liberi exheredãtur, matrimonia diſſoluũtur,& donationes reuocãtur.& ſic text. exprimit rationẽ, cur ex cauſis ibi declaratis,& enumeratis vaſallus feudo priuetur : quia videlicet apparet ex talibus cauſis de ingratitudine ipſius vaſalli,cõtra dñm. & ſic fundatur ratio priuationis feudi ſuꝑ ingratitudine. itaq; cùm ratio priuationis fuerit expreſſa:nõ mirũ, ſi ſit extẽſio ad alias cauſas,in quibus militat eadẽ ratio ingratitudinis & iſta ratio & reſpõſio videtur mihi clara,& ſine aliqua difficultate.¶Nõ omitto circa illũ tex.in d.§.porrò.qđ Crot.in d.l.omnes populi.verſ.ſecũda cõcl.voluit ſubtili medio effugere difficultatẽ illius text.ponendo eũ in materia iuris exorbitãtis aut limitatorij:in qua materia faciliùs ſit extẽſio,quã in pœnalib⁹.Sed neſcio vbi Crotus iſtud ſomniauerit:cũ ibi nõ agatur de materia correctoria exorbitãti,aut limitatoria:ſed tantũ pœnali.& doct.omnes laborãtes circa illũ tex.eum ſolũ allegãt in materia pœnali.¶Sed aduerte : † pro declaratione huius ſeptimæ limitationis: ꝙ ſi in 20
ſtatuto pœnali aſſignetur ratio , vt delicta puniantur,quæ etiã ſola ratio videtur aſſignari poſſe,qñ agitur de delictis puniẽdis,ex hac ratione expreſſa nõ puto extenſionẽ fieri poſſe,niſi prout ſ.dictũ eſt.quãdo aliàs delicta remanerẽt impunita.Si verò delicta per aliud ius debito modo puniãtur,induci nõ debet correctio alterius iuris:ẽt ꝙ per aliud ius mitior pœna imponat̃,modò pœna nõ ſit adeò mitis, ꝙ per eam occaſio detur delinquẽdi:vt ſ. dixim⁹ in prima limitat.ad regulã negatiuã, ꝙ in pœnalibus nõ fit extẽſio. ¶Contra iſtam tamen ſeptimã limitationem tenet Soci.in in l.ſerui electione.§.j.verſ.ſed iſta ratio ita deducta. ff.de leg.j.ibi voluit , ꝙ in pœnalibus non fiat extenſio ex identitate rationis expreſſę,niſi caſus,ad quẽ volumus extẽdere,cõprẹhẽdatur ſub verbis legis , latè ſumpto vocabulo.

21 ¶Octaua.datur† limitatio, vt non procedat regula negatiua, vbi maior esset ratio in casu nõ expresso: quia ex maioritate rationis fit extẽsio etiam in materia pœnali. Alex.in add.ad Bal.in l.mãcipia.in ver.turbãs.C.de ser.fug.Roc.de cur.in rep.d.c.fi.cha.35.in 7.limi.vbi tñ Alex.nõ allegat:sed tantũ dicit,q istud præsupponit Ant.de But.in d.ca.fi.dum dicit nõ fieri extentionẽ à paritate rationis:ergo secus sentit, vbi esset maior ratio. Ad idẽ facit tex.in l.qui indignus. ff.de sena.vbi sentẽtia pœnalis, per quã indignus quis declarat inferiori dignitate, extẽditur ad maiorẽ dignitatẽ, & ordinẽ,per argumentũ à maiori. Ad idẽ text.in l.cui pacto.ff.de seruis expor.vbi pactũ pœnale,per quod interdicitur alicui pomerio, aut suburbiis, extẽditur ad ciuitatẽ, vt à fortiori ad ciuitatẽ accedere non liceat. Ad idẽ text.in l.relegatorũ.§.põt.ff.de interd.& releg.vbi prohibitus per sententiã ab honore minori, à fortiori cẽsetur prohibitus à maiori. Ad idẽ adduco Deci.in c.ij.vers.postremò superest.de prob.& in cons.333.vbi quòd statutum cõtra ius commune, extenditur à maioritate rationis.& quòd à maiori licitum sit arguere in pœnalibus: tradit Bal.in l.transigere.in octaua oppo.C.de trãsac vbi quòd sicut non est licitum trãsigere super adulterio, ita & à fortiori nec super raptu.

22 Sed contra† istam limitationem arguitur ex eo, quòd not. gl.& doct.in d.auth.quas actiones, vbi, quòd in correctoriis non fit extẽsio, etiam in maioritate rationis.& ibi Ias. hoc firmat.vers.sit ergo firma regula.& idẽ Ias.in l.fratres. versicu.si velis tenere oppositum.C.de inoffi.testament.in authen.non licet.C.de lib.præ.Imol.in consilio 64.Aretin in consilio 27.Proponitur.versiculo non ob. quòd melior Cor.in consilio 271.libro quarto. Curtius iunior, in cons. vj.& hanc opin.dicit communem Deci.in l.non debet,cui quod plus.nu.iiij.ff. de reg.iuris. quicquid aliter voluerit idem Deci.sibi contrarius,in d.consilio 333.versiculo & ad idem facit post Imol.in dicto §.de viro.si non fit extensio à maioritate rationis in correctoriis: multò minus fieri debet in pœnalibus, aut saltem eadem ratione fieri non debent in pœnalibus, qua in correctoriis prohibetur.& quòd

23 in materia pœnali non† valeat argumentum à maioritate rationis, tradit Bald.in auth.ex testamento. C.de secund. nupt.sequitur Curt. senior, in consil.45. versiculo secundo quia in materia. Hanc difficultatem non reperio tactam

per aa

per aliquem doct. quē legerim, nec oēs legisse me fatear: præcipuè, ꝙ belli tā prolixi & calamitosi aduersitate fract⁹, causis forēsibus operā dare coactus sum: vxoris atq; liberorū pōdere non ingratò tñ grauatus. Puto † ꝙ in pœnalibus extensio non fiat a maiori, nisi eo casu, quo si extensio 24
non fieret, resultaret absurdū: puta qñ alicui interdicitur dignitate inferiori, vel accessu ad suburbia, nōne plusquā absurdum esset, si obtinere posset dignitatē maiorem, vel si ad vrbē ingredi posset? & ita absurditatē cōsiderant iura s̃. allegata: maximè text. in d. l. cui pacto. Similiter in l. nec in ea. ff. de adult. vbi sicut licitū est patri adulterū & adulterā occidere impunè: à fortiori poterit cōtumelia afficere. nam absurdissimū videretur, puniri quē pro cōtumelia in eum cōmissa, qui homicidij nomine minimè teneret. Idē in aliis exēplis adductis per Moder. in l. in suis. ff. de lib. & posth. per Dec. in ca. quia in tm̄. de præb. in quibus in delictis & pœnalibus arguitur à maiori. nā incōueniens, quòd absurdū sequeretur, nisi ita liceret arguere quo casu ne absurdū inducat̃, extēsio fit: vt s̃. diximus in v. limi. Cōfirmatur ista declaratio ex eo quod scribūt Bar. & doct. cōmuniter in d. l. trāsigere. C. de trāsact. vbi, ꝙ illa lex ꝓhibēs trāsigi super adulterio, nō extēditur ad raptum: licet raptus sit grauior adulterio. Ex hac declaratione infertur, ꝙ si per statutū, aut cōsuetudinē imponatur aliqua magna pœna pro aliquo delicto, ratione aliqua: puta frequentiæ illius delicti, aut aliter: cū secundū † locorū diuersitatē, delicto- 25
rum ēt qualitas varietur, respectu magnitudinis. nam in Frācia falsitas capitaliter punitur, per edictū regiū: nō itidem seruatur apud alias regiones, imò vt s̃. dictū est, apud Cuneates delictū falsitatis tenuè reputatur ex eorū statuto, qđ pœnā ꝑbreuē cōstituit: licet illud obseruari nō arbitrer. Similiter ꝑ legē Iuliā crimē adulterij capitaliter punitur: q̃ tñ pœna apud posteros in dissuetudinē abiit, his in-
q̃. casib⁹ † nō puto legē aut cōsuetudinē pœnalē extēdi ad 26
maiora delicta, arguēdo à fortiori: qa cessat absurdū, mō & ipsū delictū mai⁹ impunitū nō maneat. Quid em̄ absurdū videat̃ si aliqđ delictū, quod minus videatur ex aliqua cā accerbi⁹ vindicetur, q̃ aliud crimē qđ graui⁹ visū sit? videm⁹ † tm̄ ꝙ pœna furcarū, ē maior, quā pœna capitis: qa
pœna furcarū est magis ignominiosa. Bar. in l. capitaliū. §. 27
serui. ff. de pœnis in l. desertorē. in prin. ff. de re mil. Bal. in l.

omnes.C.de delato.li.x.vbi si quis fuerit cōdemnatus pœna furcarum & pœna capitis diuersis sententiis,& non pôt constare pro quo delicto prius fuerit condemnatus,caput amputari debet:quia est mitior pœna,quā furcarū. sequitur Ioan.de Ana.in c.ij.de collusio.dete. tradit Soci.in cōs. 157.lib.ij.& tamen pro furto furcis quis suspendetur:& pro homicidio decapitabitur: cū homicidiū infinitis partibus
28 sit grauius furto.Nec placet† dictū Decij in c. at si clerici. in princ.in septimo nota.de iudi.& in cons.65.quòd vbi pro furto maior pœna imponitur, quam pro homicidio,tunc furtum dicatur delictū grauius homicidio. quia cū grauitas delictorū insit ab ipsa natura,non potest lex facere,q delictū maius,dicatur minus,& econtrà.§.fin.insti.de iure natu.gen.& ciui.l.eas.ff.de cap.dimi. Nec statutum dicit facere delictū maius,quod verè minus sit ob impositio maioris pœnæ:quia,vt dixi,potuit imponere maiorē pœnā ex aliqua cā: puta vt obuietur frequentiæ illius delicti. Bene fateor,quòd vbi cadere posset dubium probabile,an vnum delictum sit maius altero,tūc cognoscetur grauitas delicti ex qualitate pœnæ:vt dicit Deci.in d.cōs.65.& in d. c.at si clerici,sed vbi est notorium vnū delictū esse maius altero per rerum naturā: prout in homicidio & in furto, quæ eñ comparatio fieri pôt de offensione in personā,ad offensionē in bonis:arg.l.in seruorum.ī fi.ff.de pœnis.& q ex qualitate pœnæ maioris vel minoris nō semper arguitur ad qualitatē delicti:vt dicatur maius vel minus, prout magis vel minus reperitur vindicatum.tradit Soci.in dict. consi.157. Deci.in auth. cassa.C. de sacrosanct. eccles.& in c.ecclesia sanctæ Mariæ.circa princ.de constit.& aduertendum:quia Soc.& Deci.consuluerūt in eadē causa:licet pro diuersis partibus.& dicit Deci.in d.c.at si clerici. in princ in septimo not.quod obtinuit sententiā pro eius parte,contra cōs.Soc.sed aduerte:quia in casu Soc.& Decij nō puto quòd fuerit iudicatū pro cons.Decij , eo q delictum furti esset maius homicidio : sed quia intensio statuentium statuti Lucę videtur,q dummodò non bānitus interficiat bannitū reum mortis, & sic purget prouinciā homine scelerato & patibulo digno,talis occidens habeat priuilegium liberandi à bāno aliū bannitū:cuius delictum non sit maius delicto eius, qui dicitur occisus per non bannitū,quasi intētio statuti fuerit, quòd si non bānitus interficiat bannitum

nitum, qui à pœna mortis defendi posset, tũc non possit liberare à banno bannitũ mortis reũ: sed vbi vterq; bannitus, i. & occisus per non bannitũ, & is, de cuius liberatione agitur, mortis rei erãt, satisfactũ vr̃ intẽtioni statuti. & licet vnum delictũ videatur maius altero, tñ ex quo in substantia eadẽ est pœna mortis, illud plus & minus quod pœnam in substãtia nõ alterãt, nõ habentur in cõsideratione. l.fi.ff.de fun.instru. & sic iudex in cã illa Lucæ magis videtur considerasse effectũ statuti, quã verba. Effectus autem idem vr̃, dummodò non bannitus eũ interficiat, qui morte dignus esset. Concurrebat etiã in casu Decij: quia statutum Lucæ dat illud beneficiũ non bannito occidẽti bãnitum, ob publicã vtilitatem: vt sic accendantur homines ad extirpandos bannitos, & eos occidẽdos, ob id extẽdẽdum videtur. aut largè interpretandum: vt ipse Decius deducit.

¶Nonò † nõ procedit præmissa regula negatiua in corre- 29
latiuis: in quib. fit extẽsio, etiã in materia pœnali. Ideò pœna imposita actori, intelligitur etiã imposita reo: & ecõtra. gl. in l. per interuallũ. ff. de iudi. & in c. j. de cõfes. lib. vj. & in correlatiuis ꝙ pœna imposita vni, extẽdatur ad alterũ, tradit Bar. in l. j. ff. quod me. cau. cũ si. vt Ias. scribit, in l. nõ dubium. ver. ij. singulariter limita. C. de legib. in l. sicut bonis. in ij. not. C. de in ius voc. & in l. fi. C. de indict. vidui. tol. Contrarium, ꝙ imò in pœnalibus nõ fiat extensio de vno correlatiuorum ad alterũ, tenet Ab. in c. j. de loca. sequitur Ias. sibi contrarius in l. fi. in fi. ff. de in ius voc. Deci. in l. j. C. de in ius voc. Pro resolutione itaq; dicendum est, ꝙ hęc noua limitatio ꝓcedit respectu vnius & eiusdẽ actus indiuidui, & qñ vnum non potest prohiberi sine altero. Tunc enim pœna imposita vni ex correlatiuis, cẽsetur etiã imposita alteri. Puta, per statutũ maritus prohibetur relinquere vxori, certè etiã mulier cẽsetur prohibita accipere. Rursus per statutũ prohibetur quis vendere sub pœna, certè etiã emptor censetur prohibitus emere sub eadẽ pœna. quia non põt quis vẽdere sine emptore: nec põt maritus vxori relinquere, si vxor nõ accipiat. Secùs in diuersis † actibus: Puta, 30
prohibetur maritus relinquere vxori, an per hoc dicatur ꝓhibita vxor relĩquere marito? Certè nõ: q̃a isti actus sunt diuersi & separati, nec fiet elusoria dispõ statuti prohibẽtis maritũ relinquere vxori, licet vxor possit relinq̃re marito: fieret aũt elusoria, respectu eisdẽ actus. si marito ꝓhibito

relinquere, non cẽseretur prohibita vxor accipere, ita declarat Soci. in d. consi. 74. lib. iij. Curtius iunior in d. consi. 6. vbi vr̃ sibi adscribere hanc declarationẽ. sed ante eum fuit Soci. in d. consi. 74. & dixi s̃. in x. limitatione nu. 35. ad regulam, ꝙ consuetudo nõ extenditur, & ꝙ in actibus diuersis non fiat extẽsio, adduco Bal. in cons. 424. Punctus talis est: Titius decessit. circa fi. li. iij. vbi licet valeat testamentũ patris inter liberos corã duobus testibus: non tñ valet testamẽtum filij inter parentes corã duobus testib. Vbi autem
31 † essemus in diuersis actibus, & in quibus vnũ potest stare sine altero, an dispositio extẽdat ĩ correlatiuis? Dic ꝙ aut sumus in correctoriis, & tũc non vr̃ extendi, etiã ex maioritate rõnis: per dicta s̃. in octaua limitatione, ꝙ in correctoriis nõ fit extẽsio, etiã ex maioritate rõnis. Aut sumus in pœnalib. & fiat eo modo, quo diximus fieri in pœnalib. Aut sumus in his quæ sunt præter ius, & tũc fit distinctio, an militet eadẽ rõ, vel non: vt per Ias. in d. l. fi. C. de indi. vidui. tol. Sed aduerte circa declarationẽ Soci. in d. cõsi. 74. &
2 Curtij iunioris, in d. cõsi. vj. dũ volũt, ꝙ † in correlatiuis fiat extensio etiã in materia odiosa, & pœnali, respectu eiusdẽ actus indiuidui: q̃a ista declaratio bene procedit respectu ipsius actus principalis, in quo vnũ nõ põt esse sine altero: q̃a vno ꝓhĩbito, necessariò cẽset̃ ꝓhibitũ, & alterũ. Puta, ꝓhibetur q̃s vẽdere, necessariò ꝓhibetur & alter emere, sed nõ ꝓcedit respectu pœnæ: q̃a põt vnus puniri sine altero. Licet eñ cõtractus non possit ꝓhiberi vni, q̃n ꝓhibeatur & alteri: pœna tñ separari põt. Simile videmus, ꝙ vsuraq̃s cõmittere nõ põt, nisi sit, qui ad vsurã accipiat. & tñ pœna, quæ imponit̃ vsurariis, nõ extẽditur ad accipiẽtes: vt not. in c. sup eo. de vsur. Ideò istud dictũ Soc. & Curtij, ꝙ in correlatiuis fit extẽsio, etiã in materia odiosa & pœnali, respectu eiusdẽ actus indiuidui, debet sanè intelligi quò ad actũ principalẽ: quò ad pœnã verò habẽda est distinctio, an militet eadẽ rõ, vel nõ: ꝓut in vsura: in qua nõ militat eadẽ rõ puniẽdi accipiẽtẽ: quæ in dãte aut mutuãte. Idẽ si ꝓhibetur q̃s cõducere domũ ante finitã cõductionẽ alterius, sub pœna: q̃a si talis ꝓhibitio facta sit ob aliquã rõnẽ, quæ nõ ita militet in locatore sicut in conductore: talis pœna nõ extẽdetur ad locatorẽ: licet nõ possit q̃s cõducere sine locatore, ita declarat Ab. in d. c. j. de locato. & sic in correlatiuis ꝓcedet hæc nona limitatio, ꝙ in eis fit extẽsio in ...

teria pœnali,respectu vnius & eiusdem actus indiuidui:& etiam quò ad pœnã,quę diuidua est,qñ militat eadẽ ratio in vtroq; & ſm has declarationes resoluitur tota materia extensionis in correlatiuis.& decisiones,quæ alioquin videntur diuersæ & contrariæ inuicem reconciliantur.¶Sed contra pręmissa oppono,Tu dicis,ꝙ in correlatiuis fit extensio etiam in materia pœnali,respectu vnius & eiusdem actus indiuidui,qñ est eadem ratio in vtroq;:in contrariũ adduco Bal.in consi.482.Magnifici viri.li.j.vbi si q̃s prohibeatur acquirere,& acquirat contra prohibitionẽ,ipse acquirens solus cõuenitur ad interesse,& non transferens.& tñ sine transferente non potest quis acquirere.Nec distinguit Bal.an sit eadem ratio in transferente,vel nõ:sed simpliciter hoc dicit,& mouetur:quia verba prohibitionis in transferentem dicta nõ sunt.¶Solutio† Baldi loquitur,qñ 33
prohibitio erat facta per pactum,& sic in prohibitione hominis:nos verò in prohibitione legis.Constat autẽ difficilius extendi dispositionẽ hominis, quàm legis cap.susceptum.de rescri.lib.vj.c.cũ illis.de præben.eod.lib.per quæ iura ita declarat Imo.in d.l.si verò.§.de viro.in secũdo articulo principali.ff.sol.ma.sequitur Iaſ.in l.iij.in prin.versi.tertiò adducit.ff.de acqui.pos.post Areti.ibi.& in terminis correlatiuorum ita declarat Bal.in c.j.in prin.quali.domi.propri.feu.priuet.per tex.in l.sed interpellatur.§.si ab altera.ff.de arbit.quod dictum pro singulari refert & sequitur Deci.in d.l.j.C.de in ius vocand.¶Decimò† non procedit, 34
quando vnum venit appellatione alterius,saltem de lata significatione vocabuli:quia ad illud fit extensio etiã in materia pœnali.Calderi.in consi.8.in tit.de electionib.vbi, ꝙ tex.in c.vt auaritiæ.de electionib.lib.vj priuans electũ administrantem ante confirmationem,extenditnt ad præsentatum administrantem ante institutionem:quia presentatio,saltem largè,venit appellatione electionis,& quædam videtur electio facta per patronos : sed hic videnda sunt, quæ suprà diximus in materia correctoria in decima tertia limitatione.Posset etiã dici,ꝙ ideò fit extensio de electione ad præsentationem:quia per iura Sexti,vt plurimũ parificantur.Rochus de Curte in d.c.fin.in iij.limita.¶Vndecimo,† non procedit præmissa conclusio negatiua,quã- 35
do in alio casu non reperitur certa pœna constituta : quia tunc consuetudo aut lex pœnalis extenditur ad aliũ in ca-

ſum:quia vbi certa pœna nõ reperitur ſtatuta, recurritur ad ſimile legis,vel ſtatuti,aut cõſuetudinis.Bar.ĩ cõſi.106. Statuto caſtri plebis.& ſic cõſuetudo aut lex pœnalis extẽditur,vt ex ea declaretur pœna in alio caſu ſimilis, in quo
36 certa pœna cõſtituta non ſit.¶Duodecimò, † nõ procedit in acceſſoriis:q͡a ad illa trahitur cõſuetudo aut lex pœnalis.l.fi.C.de fru.vrbis Cõſtãtino.li.xj.vbi Bar.& Io.de Pla. Soci.in conſ.93.ver.poſtremò hãc partẽ cõfirmo.li.j.Nã in d.l.fi.prohibitio pœnalis de nõ minuẽdo aut cõuertẽdo in aliũ vſum pecuniã publicã deputatã ad emptionẽ frumẽti de tp͡e neceſſitatis,extẽditur ad lucrũ proueniẽs ex illa pecunia.Ex quo infertur nõ bñ locutũ Bal.nouel.in tract. de dote,in octaua parte,priuil.vj.ver.nec obſt.ꝙ priuilegium.vbi voluit,licet ſub dubio fortè,ꝙ priuilegiũ principalis nõ traditur ad acceſſoria in correctoriis & exorbitãtibus.& cõtra eũ etiã faciunt, quæ ſcripſi ſuprà in octaua limitatione ad regu.ꝙ cõſuetudo nõ extẽditur.¶Decimo
37 tertiò†nõ procedit,qñ diſpoſitio pœnalis loquitur in vno rõne frequẽtioris vſus:q͡a tunc extenditur ad illud.gl.in l. j.in ver.ſpõſam.C.de raptu virgi.vbi illa lex pœnalis loquẽs in ſponſo rõne frequẽtioris vſus,habet locũ etiã in ſponſa rapiente ſponſum.cũ ſimi.vt per Curt.ſeniorem,in cõſi.11. Ex præmiſſis abundè declaratã habes hãc vigeſimãprimã limitationẽ,an in pœnalib.permiſſa ſit extenſio.in qua regulã habes negatiuã cũ vndecim limitationibus, ex quibus facilè erit ad cõtraria rñdere.nec erit hæc materia ita in cõfuſo & quodã modo arbitraria,prout eã reliq͡t Ang in d.§.ius autẽ ciuile.vbi ſolũ multiplicat contraria:cõcludens certam doctrinã dari non poſſe:ſed ſtandũ eſſe dictis gl.& doct.prout deciſa inueniũtur Ad quẽ modum facile erit conſulentibus pro, & contra in eodem caſu ad arbitrium variare:& eo modo loculos implere, ad animarum perniciem & pauperum litigantium enorme diſpendium.
38 ¶Vigeſimoſecũdò,†limitatur prædicta cõcluſio,quæ habet,ꝙ conſuetudo nõ extenditur vt non procedat, qñ duo gradatim inuicẽ ſe habent:quia mutatio facta in vno extenditur ad alterũ.Putà de iure antiquo licebat donare certam quantitatẽ laico ſine inſinuatione,& duplũ eccleſiæ etiã ſine inſinuatione,& ſic laicus & eccleſia habebant inter ſe hãc ordinationẽ inuicẽ, vt eccleſia poſſet accipere ſine inſinuatione, duplum eius quod poterat laicus accipere:
poſtea

postea superuenit ius nouũ codicis, per quod quãtitas laico donari poterat sine insinuatione, aucta fuit vsq; ad qngẽtos aureos, certè etiã duplicabitur summa, quæ ecclesię donari poterat sine insinuatione. Crotus in repe. l. oẽs populi. in materia interpretationis extẽsiuæ, cõclusio. 13. ff. de iust. & iur. Similiter ordines subdiaconatus, diaconatus & subdiaconatus habẽt inuicẽ quandã ordinationẽ, vt certũ tp̃s singuli habeãt inuicẽ. Si tp̃s mutetur in vno ordine, illa mutatio trahitur & ad alios ordines. gl. ĩ cle. gñalẽ. de æta. & quali. cũ simi. vt per d. Rebuffi in tract. noĩa. in 12. q. prin. pag. 69. ¶ Vigesimotertiò † nõ procedit, propter cãm hone 39
statis seruãdæ: q̃a tunc etiã cõsuetudo aut lex stricti iuris extẽditur de casu proprio ad impropriũ. Puta, lex ꝓhibet parentes vocari in ius sine venia, qũo intelligẽtur parẽtes, si propriè intelligũtur vsq; ad tritauũ. l. Iuriscõsultus. §. parẽtes. ff. de gradi. tñ quia illud ius prohibitoriũ nõ vocãdi parẽtes in ius sine venia: introductũ fuit cã honestatis seruandæ, & vt præstetur reuerẽtia parentib. à quibus descendimus, extẽditur ad oẽs parẽtes cuiuscunq; gradus in infinitũ. l. iiij. §. prætor ait. & ibi Ange. & Ias. in quarto no. ff. de in ius voc. quã legẽ legit Ias. simul cũ l. ij. & idẽ Ias. in §. pœnales. nu. 54. insti. de actio. & in l. qui se patris. vers. similiter cã honestatis. C. vnde liberi. addo Alex. in l. nepos Proculo. in addi. ad Bar. ff. de ver. sig. Adde, ꝙ ea, quæ fiunt † cã hone 40
statis seruãdæ, necessariò & coactè fieri dicuntur. ob id ex actu, qui fit propter honestatẽ seruandã, non inducitur renũtiatio iuris sui, tanquã coactè factũ dicatur. Io. Fabri & Ang. Aret. in §. fi. Insti. de iniu. Aufrer. in decis. Capel. Tolo. q. 233. vbi si iniuriã passus recipiat iniuriãtẽ ad osculũ pacis in ecclesia, ꝙ salua honestate recusare nõ poterat, per cle. fi. de sen. exc. ex tali osculo nõ censentur iniuriã remisisse: quia necessariò & coactè ita egit honestate cogẽte. Idẽ ꝑ eos, si passus iniuriã, & iniurians simul inuitẽtur ad aliqđ festũ & cõuiuiũ: & ad eandem mẽsam ponãtur inde simul comedant & bibãt: quia nõ censetur iniuria remissa, tanquã necessariò & cogẽte honestate ita actũ sit. Cõfirmatur istud dictũ: q̃a numeratur honestas inter iuris pręcepta. l. iustitia est. §. j. ff. de iust. & iu. §. iuris præcepta. insti. eo. ti. & attẽdi debet nõ solũ ꝙ liceat, sed etiã ꝙ honestũ sit. l. semper. ff. de rit. nup. & publica honestas impedit matrimoniũ. c. iuuenis. & c. ad audiẽtiã. de spõs. no. in c. nõ debet. de cõ-

ſan.& affi.& ius honeſtatis exceptuatū intelligitur à debito reuerentiæ.ob id dñs non poteſt ſubditas cogere, vt vadant ad eius domū pro tripudiis, aut choreis, ſi cā honeſtatis nolint accedere. Bal. in l. quod ex libera. per illū text. C. de oper. liber. refert, & ſequitur Dec. in c. j. ſuper gl. fi. de cō
41 ſti. Hinc videmus, † q iuramentū de parendo mādatis alicuius, intelligitur de honeſtis. c. veniens & c. Quintauallis. de iureiur. c. j. de iureiu. li. vj. & gñale arbitrium cōceſſum alicui nō trahitur ad ea, quæ ſunt cōtra honeſtatē. Bar. in l. j. ff. de ijs, qui ſunt ſui vel alie. iur. Ang. & Fulg. in l. milites. C. de teſta. mili. Soci. in conſi. 53. lib. iij. Iaſ. in l. j. ff. de legat. j.
communem opin.esse contra Angel.& Alex.quòd sufficiat præscriptio quadraginta annorum.Sed aduerte, quia Boë. in d.q.in princ.dicit,quòd in d.l.fi. C.de sacros.eccle. illi casus ibi enumerati,in quibus requiritur præscriptio cẽtum annorum,sunt redacti ad præscriptionem 40.anno. Quod si verum sit,corruit fundamentũ Alex.in d.cons.84.vbi voluit,ꝙ d.l.fi.solùm sit correcta respectu ecclesię:in qua sufficit præscriptio 40.annor.in casibus ibi positis: secùs in ciuitate:ideò si in ciuitate illa l.fi.nõ est correcta,sed in ea requirũtur anni cẽtũ: multò fortius illud tẽpus erit necessarium in principe:qa ille tex.solũ procedit in ciuitate habẽte iura principis,aut fisci,vt s̃.dixim⁹,& inferiùs dicemus. Videndũ est igitur vter loquatur meliùs Alex.an Boërius, quò ad casus positos in d.l.fi.Et profectò,miror,quomodò

Boërius potuerit dicere simpliciter illos casus esse redactos ad præscriptionẽ quadrageneriã: quia illa reductio facta est ꝑ auth. quas actiões. ibi positã, quò ad ecclesias tm̃, excepta ecclesia Romana. Sed in ciuitate illa l. fi. nõ est correcta: secundũ cõem opin. doct. in d. auth. quas actiones. vbi Ias. vers. contrariã opinionẽ. licet Boë. pro se alleget etiã Ias. in d. l. fi. in octauo not. C. de sacr. eccle. sed ibi Ias. loquitur respectu ecclesiæ, nõ respectu ciuitatis. & hãc cõmunẽ opi. tenẽt oẽs docto. s̃. latè cõmemorati in octaua limitatione, ad regulã negatiuã, ꝙ in pœnalibus non fit extẽsio
38 vbi, ꝙ in † correctoriis non fit extẽsio ẽt ex maioritate rationis. nam pro hoc allegãt oẽs no. in d. auth. quas actiões. vbi illa auth. corrigens illam l. fi. in ecclesia, non extenditur ad ciuitatẽ. eandem opinionẽ tenent plurimi alij doctores supra commemorati, in decimaquarta limitatione ad regulam, ꝙ consuetudo non extenditur. nam limitat ꝙ non procedere, qñ duo casus essent æquiparati per legem antiquã: quia tunc lex noua corrigens in vno, extenditur ad alterũ. Posteà retuli aliquos doctores tenere cõtrarium per d. l. fi. & auth. quas actiones. ibi positã. vbi authẽt. quas actiones. corrigẽs in ecclesia, non extẽditur ad ciuitatem: cùm tamen ecclesia & ciuitas essent æquiparatæ per d. l. fi. ad quod argumentum confutandũ magnoperè doctores laborabunt, & sic tam doctores tenentes contra illam decimamquartam limitationem, quàm tenentes pro ea, oẽs sine controuersia tenent, quòd dicta l. fin. non sit correcta in ciuitate, vt mirer ausum Boërium dicere communẽ opinionem esse cõtra Alex. in d. cons. 84. li. j. & quòd illi casus d. l. fina. sunt redacti ad præscriptionem quadragenariam simpliciter, cum illud factum sit in ecclesia tantùm, non etiã in ciuitate. Ob id puto sine dubio Alex. meliùs locutum, ꝙ contra principem requiratur præscriptio cẽtenaria: iuxta
39 terminos d. l. fi. C. de sacr. eccles. Sed † difficultas est extra illos casus d. l. fi. an princeps gaudeat pꝺscriptione cẽtenaria. Ange. in d. l. ij. C. cõmu. de vsucap. quem sequitur Ale. in d. cons. 24. lib. v. vult, quòd sic, & quòd princeps gaudeat pari priuilegio, cum ecclesia Romana. Idem tenet Bal. in dicta l. ij. C. commu. de vsucap. in d. l. sicut. C. de præscrip. triginta anno. & in d. l. j. C. de anna. exceptio. Feli. in c. ad audientiã versic. amplia primò, de præscription. Sed credo Angel. nimium generaliter locutũ. nam glos. super qua se fundat in d. l.

d.§.vt autē lex.in verſ.nec multū.in authē. de non alienan. dum æquiparat imperiū & res publicas eccleſiæ. allegat d. l.fi.C.de ſacroſan.eccle.dicens,quòd illa lex ſolū eſt correcta in eccleſia,& ſic vult gl.quòd imperiū gaudeat priuilegio eccleſiæ Romanæ quò ad præſcriptionē centenariā in caſibus tantū d.l.fi.& iſto caſu ꝓcedat opi. Boërij.& quòd extrà illos caſus d.l.fi.princeps nō debeat gaudere priuilegio eccleſiæ Rom.videtur probari efficaciter quia d.l.fi.ſolū procedit in ciuitatib⁹ habētibus iura principis, aut iura fiſcalia:ergo priuilegiū principis nō videtur extēdendum extra illos caſus.& poſito,ꝙ intētio gl.in d.§.vt aūt lex.in verbo,nec multū.alia fuiſſet.& ꝙ voluerit æquiparare principē eccleſiæ Romanæ indiſtinctè (qđ tamē dicendū non videtur per præmiſſa) dico,ꝙ in hoc glo.malè videtur ſentire,& eam reprobat Henric.Boe. in c.diligenti.in fi.de ꝑſcript.refert & ſequitur Guido Papæ. quæſt.416.vbi,quòd ita fuit cōcluſum.Sed latiùs videtur inſiſtendū circa glo.in d.§.vt autē lex.in verbo, nec multū. Et primò videndū eſt, an illa gl.voluerit generaliter, ꝙ imperium gaudeat præſcriptione cētenaria. Secūdò an illa gl.ſit vera. ¶Circa † primum aduertendū eſt,quòd illa gl.dupliciter probat imperium gaudere præſcriptione cētenaria.Primò per tex.in d. §.vt aūt lex.Secūdò,per tex.in d.l.fi.C.de ſacroſan.eccleſ.& licet illa l.fi.ſolū loquatur in certis caſibus: tamē tex.in d. §.vt aūt lex.ſimpliciter & generaliter loquitur,quòd ſacerdotium & imperiū ab inuicē multum non differunt.infert ergo glo.quòd ſicut ſacerdotium principale,id eſt,eccleſia Rom. gaudet præſcriptione cētenaria:ita & imperiū ſimpliciter & generaliter in omnibus caſibus.Sed vlteri⁹ cōſidero,ꝙ imò illa gl.videtur loqui in omni ſacerdotio,& in omni eccleſia,dū dicit,ꝙ illud ius in eccleſia eſt correctū, per text.in §.pro tēporalibus.in auth.de eccle. tit.vnde eſt extracta auth.quas actiones.non ergo loquitur illa glo.in d.§.vt aūt lex.in eccleſia Romana: q̃a in ea nihil eſt correctum, & hoc modo cōſiderādo illa gl. retorquetur contra Bal.Ang.Alex.& Fel.quia illa gl.non æquiparat imperium eccleſiæ Romanæ,ſed aliis eccleſiis:dū dicit, ꝙ in eccleſia illud ius eſt correctū,quæ correctio nō reperitur in eccleſia Rom.imò expreſsè excipit' ab illa correctione.hoc ſtāte,ꝙ imperiū æquiparatur eccleſiæ generaliter,nō Romanæ eccleſiæ tantū,Dico,ꝙ aliæ eccleſiæ non fuerūt priui- 40

legiatæ generaliter, vt gauderẽt præscriptione centenaria, sed solũ in in casibus positis in d.l.fi.C.de sacros.eccle.ergo in illis tm̃ casibus videtur imperiũ priuilegiatũ, & in dictis casibus sine dubio puto, ꝙ princeps ẽt hodie gaudeat priuilegio p̃scriptiõis centenariæ: si eñ eo gaudet ciuitas habẽs iura principis, à fortiori gaudere debet ipse princeps. Circa secũdũ, an illa gl. sit vera, dico sine ꝙ dubio vera videt̃ quò ad casus.d.l.fi.C.de sacr.ec.sed quò ad alios casus, valdè dubito, si teneam⁹ ꝙ illa gl. generaliter voluerit imperiũ gaudere p̃scriptiõe cẽtenaria. Primò, q̃a istud inferri nõ põt necessariò ex d.§.vt aũt lex.q̃a in illo tex.nõ dicit̃ ꝙ absolutè æquiparẽtur: sed ꝙ multũ non differũt.ergo in aliquibus est differẽtia. Secundò, quia ibi nõ loquitur tex. de sacerdotio Rom.eccl.tm̃: sed de omni sacerdotio, & ecclesia: secũdũ qđ gl. videtur intelligere, ꝑ ut proximè declaraui, ob id sicut ecclesia non gaudet priuilegio p̃scriptiõis centenariæ.secũdũ ius.Codicis, & illud ius Authẽticorum ante d.§.pro tẽporalibus.authẽ.de ecclesia.tit. ita videt̃, ꝙ imperium nõ gaudeat illo prouilegio, nisi in illis casibus. Tertiò, text.in l.oẽs.C.de præscr.30.vel 40.ann.vult oẽ ius publicũ, & priuatũ in quacũq; ꝑsona extinctũ esse spacio 40.ann.ergo etiã ius principis, quod publicũ dicitur. Secũ-
41 dò † ponderò verbũ vniuersale, in quacunq; persona, quod videtur cõprehendere ẽt personã superioris. Alex.in cons. 235.lib.4.per text.in d.l.comperit.C.de præscript.30.vel 40. ann.quæ lex venit ad declaratiõẽ & suppletiõẽ d.l.oẽs. nam quia per d.l.omnes.omniã iura etiã publica & cuiuscunque personæ præscribi dicebantur, quidam trahebant illã legẽ ẽt ad publicas functiões, aut tributa principi debita: vt pręscriberẽtur annis 40. Sed imperator in d.l.cõperit.dicit, declarãdo & supplẽdo, ꝙ nõ intellexit de tributis & functionibus publicis, in quibus nullã præscriptionem currere voluit. Tamẽ in ipsis bonis immobilibus, ꝓ quib. præstãtur ipsę functiones publicè, bene voluit p̃scriptionẽ currere quadragenariã. Ecce ergo, ꝙ exceptis tributis & publicis functionibus, quæ præstãtur in signũ subiectiõis alia bona publica ipsius imperij, q̃ nõ sunt de regalib⁹, sed in quibus præsumptio iuris nõ est cõtra præscribẽtẽ, spacio præscribũtur 40.ann. Ideò Bal. & Ang. dum dicũt imperiũ gaudere præscriptione cẽtenaria, cũ ministerio dicũt, ꝙ hodie de iure Authenticorũ imperium gaudet illo priuilegio,

uilegio, clarè inferētes sec' esse de iure Codicis: q̃a illi duo tex. vidētur clari in d.l. omnes. & l. cōperit. Sed nō potuerūt Bal. & Ang. se fundare super iure authēticorū: quia ius authēticorū nō æquiparat imperiū, & sacerdotiū simpliciter, & generaliter in omnibus, & ꝑ oīa. sed dicit, ꝙ nō multum differūt: vt s̃. dixi. Rursus dū Bald. & Ang. dicūt hodie secus esse de iure Authēticorū, necessariò volūt, ꝙ ius Codicis sit correctū: sed † correctio induci nō debet, nisi expresse dicat. l. sancim'. C. de test. l. ꝑcipimus. in fi. C. de appel. vbi Bar. in specie not. ꝙ antequā dicat aliquid esse correctū, oportet ꝙ specialiter, & specificè illud dicat: adeò ꝙ verba generalia nō sufficerēt ad inducēdū correctionē. & tradit Ias. in consil. 164. lib. ij. sed tex. in d. §. vt aūt lex. in specie nihil dicit de ꝑscriptione: sed æquiparat imperiū sacerdotio. Imò nec generaliter in oīb' ęq̃parat: sed dicit, ꝙ nō multū differunt: ob id necesse fuisset ad corrigēdū ius codicis, ꝙ dictū esset æquiparatū esse imperiū sacerdotio Roma. circa ꝑscriptionē. Amplius dico, ꝙ si ꝑ † dictū. §. vt aūt lex. imperiū & sacerdotiū simpliciter fuissēt æquiparata, & gñaliter sine illis verbis, nec multū differūt, ex quib' patet aliq̃ esse differētiā, adhuc nō posset dici correcta dispositio dictarū legū Codicis in l. oēs & l. cōperit. C. de ꝑscr. 30. ann q̃a illud nouum ius Authēticorū gñale deberet restringi ꝑ leges ꝑcedentes in Codice, ne inducatur legū correctio. l. ob æs. C. de præd. mino. gl. in l. oēs. C. sine cēsu, vel reliq. Rom. in cōs. 399. Vt præsens. vers. quinimò & lex sequēs. Imò ēt lex noua correctoria distinguit secūdū legē antiquā, vt tantò minus corrigat ius antiquū ꝑcedēs, q̃ sit possibile. auth. offerat. C. de litis cōtest. iūcta l. sciēdū. in prin. ff. qui sati. cog. vbi gl. & doct. q̃d hîc dicemus. in d. §. vt aūt l. vbi nō apparet, ꝙ ille tex. voluerit corrigere d. l. oēs. & l. comperit. Imò tex. in d. §. vt aūt lex. debet quacūq; subauditiōe iuuari, ne inducatur correctio dictarū legum l. oēs. & l. cōperit. l. j. C. de inoffi. dotibus. Curtius iunior. in cōs. 5. Sed hîc sine aliqua subauditione text. in d. §. vt autem lex. potest intelligi citra correctionē iuris Codicis: quia, vt dixi, nō in oībus & ꝑ omnia æquiparat: sed dicit, ꝙ nō multū differūt. Secundò, quia ille tex. nō loquitur in sacerdotio Romano tātū, aut ecclesia Romana: sed potiùs de aliis ecclesiis: vt s̃ dictū est. Et posito & nō cōcesso, quod loqueretur in sacerdotio Romano & illi, imperium simpliciter cōpararet. ad-

huc per talem æquiparationẽ generalem nõ induceretur
correctio iuris Codicis:sed potiùs illa generalis æqpar-
tio restringi debet,ne comprehẽdat præscriptionẽ:de qua
in d.l.oẽs.& l.ſicut.& l.nam & posteriores.ff.de legibus.l.vt
gradatim.§.& ſi lege.ff.de mune.& hono.ij.C.de noxa.cap.
cũ dilectus.de cõſue.Prætereà,cũ dictæ leges oẽs & l.cõpe
rit.ſint speciales in materia præſcriptionis,& in d.§.vt a.t
lex.ſacerdotiũ & imperium æquiparẽtur, non in ſpecie in
materia præſcriptionis,ſed generaliter dicatur non mult.
44 differre:per illũ textũ generalem nõ cenſetur correcta d.
ſpoſitio ſpecialis dictarum legũ.l.oẽs.& l.competit.† quia
qñ concurrunt duæ leges,prima ſpecialis, & ſecunda ge-
neralis,nunquã ſecunda generalis tollit primã ſpecialem
gl.in ca.vt officiũ.in verſ.duabus.de hereti.li.vj. Gemini.
45 in c.j.in prima oppo.de conſtit.li.6.† Quintò, quòd impe-
rium non gaudeat præſcriptione centenaria , arguitur nc
Etiã iura imperio reſeruata , & in quibus præſumptio iu-
ris eſt contra præſcribẽtem,præſcribuntur ſpacio tẽporis,
cuius initij memoria nõ extat in contrariũ.d.l.hoc iure.§
ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti.c.ſuper quibuſdã.§.
prætereà.de verb.ſig.quæ præſcriptio eſt minor cẽtenaria
vt ſuprà probauimus,& ſic in talibus reſeruatis nõ gaudet
46 imperiũ præſcriptiõe cẽtenaria:ergo multò minus in a.i.
nõ reſeruatis principi.¶ † Ex præmiſſis puto concludendũ
ꝙ imperiũ nõ gaudeat priuilegio præſcriptiõis cẽtenariæ
in bonis,in quib⁹ præſumptio iuris nõ eſt cõtra poſſidẽtẽ
niſi ĩ caſib⁹:de quib⁹ in d.l.fi.C.de ſacroſ.eccl. In aliis vero
bonis,quæ ſunt de reſeruatis principi,& in quib⁹ pręſum-
ptio iuris eſt contra præſcribentẽ, gaudet priuilegio præ-
ſcriptionis,nõ dico cẽtenarię,ſed cuius initij memoria nõ
extat in contrariũ:quæ eſt minor cẽtenaria: vt ſ. diximus,
47 contra Card.& Fel.Et tres † declarationes ad d.l.fi.C.de ſa-
croſan.eccle.vide per Alex.in conſ.16.verſ.quinimò nec est
in quatuor caſibus.lib.v. Et dum dicit non habere locum
niſi contra vendentem, donantem aut relinquentẽ contra
ciuitatem aut eius ſucceſſorem vniuerſalem , non contra
ſingularem ſucceſſorẽ:poſt Bald.in d.l.fin.idẽ voluit Aret.
48 in d.conſ.153.Conſultatio.Cornel.in conſ.268.lib.4.¶ Deci-
cimo † quæro,an in præſcriptione tẽporis,cuius initij me-
moria non extat in contrarium,requiratur titulus? Dic ꝙ
non,cũ talis præſcriptio vim tituli habeat,vt ſ.dictũ eſt.&
pro

pro hoc est tex.in d.c.j.de præsc.li.vj. Quod ampliatur procedere, licet agatur de præscribendo contra clericos, aut libertatem ecclesiasticam. Pau.de Cast.in consi.423. Ex puncto transmisso.libr.ij.talis enim præscriptio pro veritate habetur.gl.in l.j.C.de seruit.Bal.in consi.257. Quæstio vertens.lib.ij.& in consi.24.Subtiliter.lib.iiij Dec.in consil.85.
¶Vndecimò † quæro, an saltem in tali præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, sit necessaria tituli allegatio? Videretur dicendum ꝙ sic: quia licet titulus præsumatur ex antiquitate temporis: nō tamen videtur prodesse præsumptio, nisi allegetur.l.si adulterium cū incestu.§ iidē Pollioni.ff.de adul.scribēd.in l. cum quid.ff.si cer.pet.& ꝙ allegatio tituli sit necessaria in tali præscriptione, voluit Alex.in consi.74.versi.accedat ad hoc, quod voluit.lib.iiij.Feli.in c.accedentes.versic.sed reuera potiùs eligerem.de præscrip.quem refert & sequitur Curtius iunior in consi.158. Cōtrarium, quòd allegatio tituli non sit necessaria: voluit gl.in d.c.super quibusdam.§. præterea.in verbo non extat.Feder.de Senis, in consil.234. Super primo puncto.versicu.maximè autem hoc procedit Soci.in consi.127.versi.& eo maximè prædicta procedunt. lib.j.quod est repetitum in consil.181.lib.ij.Idem tenet Ab. in consi.vij.versi.& quanquam hæc.libr.ij.Doct.in d.c.j.de præscrip.lib.vj.Cald.in consil.j.in tit.de libelli obla.Guido Papæ quæstio.408.in fi.vbi allegat Io.Fab.in §.æquè.instit. de actio.Idem tenet Ias.in l.si certis annis.in decima limitatione.C.de pact.refert & sequitur Gozadi.in consilio 8. Ex quibus patet hanc opinio.veram esse, & communē, & pro ea videtur tex.in d.c.j.de præscri.li.vj.vbi, ꝙ in tali præscriptione nō requiritur titulus.si igitur titulus non requiritur, ad quid allegari eum oportet? Non obstat modò † regula, ꝙ præsumptio iuris nō sufficit, nisi allegetur: quia fateor.Sed dico, quòd ex tempore, cuius initij memoria nō extat in contrarium, titulus non præsumitur à iure, sed potiùs fingitur à lege.in fictione autem non est necessaria allegatio: quia fictio est super claro, quando verè de titulo non apparet.sed lex fingit titulum propter antiquitatem temporis.Secundò respondeo, ꝙ ex quo titulus non requiritur in tali præscriptione vt suprà dictum est, superfluò quæritur de eius allegatione.Non obstat auctoritas Alex. & Feli.suprà in contrarium allegata: quia rñdeo, quòd lo-
49
50

quuntur in ijs, quæ nõ sunt præscriptibilia etiã per tẽpus, cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ: putà, data incapacitate præscribẽtis circa decimas, vel circa collationem beneficiorũ, iuxta text. in c. quãtò. de cõsue. & no. in c. ij. de præbẽ. lib. vj. vel qñ lex expresè resistit præscriptioni: vt in casu d. c. accedẽtes. in materia ꝓcurationis. quo casu solus cursus tpis nihil potest operari: vt reddat capacẽ eum, qui incapax sit. ob id opus est, ꝙ allegetur titulus priuilegij aut exẽptionis. & ad probationẽ talis tituli sufficiet ꝓbare lapsum tpis, cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ. Secùs, vbi sumus in materia præscriptibili, etiã sine titulo: quia tunc necessaria nõ est tituli allegatio: & multò minùs isto casu necesse erit probare quid factũ esse tãquã ex cã alicu ius tituli nõ necessarij. Fel. in c. cãm, quæ. de præscr. ¶ Et ex

51 pręmissa † declaratione infertur ad vnã limitationem dicti Soci. in cõsi. 260. ante fi. lib. ij. de quo suprà diximus in tertia quęstio. vbi voluit, ꝙ appellatione priuilegij in materia stricta, nõ veniat priuilegiũ tacitum resultãs ex tpe, cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ: nã istud nõ procederet, qñ expresè allegaretur titulus priuilegij, & ad eius ꝓbationẽ probaretur tp̃s, cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ: quia tunc etiã in materia stricta, & nõ præscriptibili sufficit talis pręscriptio, cũ allegatione tituli. & ita ponderat, & expresè notat Curtius Iunior in d. cõsi. 158. Fel. in

52 c. causam. ver. puto sustentabilem. de præscri. Sed circa † dictum Alex. & Feli. & Curtij iunioris, tria considero. Primò, ꝙ, illo attẽto, elusoria videretur fieri dispositio iuris prohibẽtis quid præscribi, etiã per tempus antiquissimũ. nam semper allegabit quis titulũ: & ad eius iustificationẽ probabit de lapsu tpis antiquissimi. & sic lex videbitur imposita verbis, contra l. ij. in fi. C. cõmu. de leg. Sed nec id recipi debet, per ꝙ legis dispositio fiat elusoria. l. j. §. pecuniã ff. de calum. l. si prætor. ff. de iud. l. hanc legẽ. ff. de cõtrah. empt. l. fi. in princ. ibi: alioquin nequicquã mihi caueatur. ff. si cer. pet. l. fi. ff. ne quid in loco publico. l. j. §. exceptiones. ff. quar. re. actio nõ det. l. j. cũ aliis. in fi. C. de cura. furio. l. fi. §. nõ autem. C. de bo. quæ lib. l. fi. C. de vsur. rei iud. c. cõmissa. §. porrò. de electio. li. vj. Imò fit † extẽsio etiã in materia pœnali,

53 ne aliâs dispositio pœnalis fiat elusoria. d. l. j. §. pecuniã. ff. de cal. c. si ciuitas. & ibi Domi. in ij. not. de sen. exc. li. vj. & dixi s̃. in materia extẽsionis consuetudinis in pœnalibus. Similiter

liter potiùs tolleratur correctio iuris cõis, quàm ꝙ ius nouum fiat elusorium. Roma. & Doct. in auth. ex testaméto. C. de colla. latè Mod. in l. j. ff. de off. eius. Rursus † attéto hoc 54
dicto Alex. Feli. & Curtij permittetur per indirectũ, quod directò prohibetur: quod esse non debet. l. si ex duobus, & ibi gl. ff. de neg. gest. d. l. fi. C. de vsur. rei iud. reg. cũ quid vna via. li. vj. nec circũueniri debet lex prohibẽs. l. arbitrio. §. do lo cuius. ff. de dolo. facit tex. in l. oratio. ff. de spõsalib. & per hoc fundamẽtũ multi tenẽt contra illud dictum: vt refert Alex. in d. cõs. 108. in fi. li. ij. & in d. consi. 75. lib. iiij. Secũdum quod † considero contra dictũ Alex Feli. & Curtij iunioris 55
est: quia si illud verum sit, cautela quædam videtur etiã & ipsa inutilis & elusoria. nã quotiens aliquid fieri nõ potest sine aliqua causa, non sufficit probare illud simpliciter factum esse, nisi ꝓbetur ꝙ in vim illius causæ factũ sit. Puta, seruitus habẽs cãm discontinuã, nõ acquiritur, nisi per tẽpus, cuius initij memoria nõ extat in cõtrarium. l. seruitutes. magna. ff. de serui. poterit tñ acquiri longo tempore: id est, decẽ annis inter præsentes, & viginti inter absentes, si quis alleget titulum constitutæ seruitutis discontinuæ: & ad iustificationẽ ipsius tituli probet delapsu longi tpis. gl. & Doct. in d. l. seruitutes. Bar. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur Istud tñ intelligitur & procedit, si quis probet sevsum seruitute illa discontinua in vim illius tituli, & tãquàm ex illa cã. Sal. in d. l. si certis annis. C. de pact. Cuma. & Roma. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. here. & ibi Ias. versic. eam etiam tenet Pau. de Cast. in consi. 51. In causa spectabilium virorum. lib. ij. Alex. in consil. 113. lib. j. in consil. 108. in fi. lib. ij. & in consi. 75. lib. iiij. Sed quomodo probari hoc poterit, cùm non apparet de aliquo titulo, nisi per allegationem. si enim verè constaret de titulo, præsumeretur, quid factum *in* vim illius tituli. l. quædam mulier. ff. de rei vendic. l. ij. C. de acqui. pos. Bald. in consi. 290. Istæ allegationes. lib. j. Pau. de Cast. in d. consi. 51. lib. ij. sed vbi de aliqua causa non constat, quomodo præsumetur ex ea quid factũ esse? Et si dicas præsumi quid factum ex causa allegata. resultabunt duo specialia. Primum ꝙ præsumatur titulus ex sola allegatione illius, iuncto cursu temporis. Secundum quod præsumatur quid factum in vim illius tituli, contra. l. j. C. de dotis promission. quæ vetat duo specialia concurrere. Ob id † Alexander in d. consil. 75. in fi. lib. iiij. dicit dif- 56

ficile esse probare factũ quid esse in vim tituli allegati, nec videtur aliter probari posse, quid factum esse tanquàm ex ea causa, nisi probetur, ꝙ faciens aliquando declarauerit coram testibus se ita facere ex tali causa, vel si petierit tale ius, tanquàm sibi debitum. Alex. in consi. 50. lib. iij ¶ Sed dicet aliquis: ex qua causa, quis quid faciat, hoc videtur pendere ab eius animo, ob id standum videtur eius iuramento. gl. & Doct. in §. aliæ. insti. de act. Bar. & Doct. in l. pro hærede. in prin. ff. de acqui. hære. Respondeo, ꝙ illud nõ procedit, qñ præsumptio iuris est contra iurantem. Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Ias. in d. l. pro herede. in prin. & in §. sed istæ. Instit. de act. Sed quæstio nostra loquitur in prohibitis in his, quæ quis præscribere non potest, & sic præsumptio iuris est contra præscribentem. Et argumentum posset procedere in ijs, quæ sunt præscriptibilia, licet requirant tempus antiquum, cuius initij memoria non extat in contrarium. Fel. tamen [illegible] versi. sed aduerte. quia oportet. de pr[illegible] vbi agitur de tẽpore, cuius initij memoria nõ extat in contrariũ, non est necesse probare quid factum in vim tituli præsumpti, sed præsumitur ita factum.

17 Tertium † quod considero contra Alex. Feli. & Cur. iuniorem est, ꝙ dictum eorum posset procedere in ijs, quæ sunt præscriptibilia, & in quibus non cõsideratur incapacitas, licet in eorum præscriptione requiratur tempus antiquissimum: quia habeant causam discontinuã, vt sufficiat præscriptio longi temporis, allegando titulum, & illũ probando ex solo cursu temporis: in ijs enim non militarent argumenta suprà adducta, ꝙ lex fieret elusoria tanquàm [illegible] sita ver[illegible] & ꝙ concederetur per indirectum, quod recta via conceditur, quia nulla est deceptio aut elusio legis: [illegible] lex præscriptionẽ non prohibeat. & licet requirat longum tps: non tñ negat breuiori tẽpore posse præscribi, accedente titulo. secus, vbi lex oĩnò prohibet præscribi. Ideo in prohibitis præscribi non placet mihi opi. ꝙ sufficiat allegare titulum & [illegible] probatio per solũ lapsum tẽporis, nisi probetur quid factum esse in vim illius tituli: quia facta qñ que fuerit declaratio corã testibus, ꝙ ex tali causa aut ex tali titulo ita ageretur. nã ius, & titulũ obtinẽtes, sæpius verba faciunt de eorũ iuribus, & titulis, quorũ virtute quid eis facere permissum sit, nec semper tñ de eis fidem possunt facere, quia interdũ pereũt aut omittuntur. In alijs autem

de sui natura sunt præscriptibilia sequor cōem opinio gl. & Doct. in d.l. seruitutes. magna. nec puto aliam fuisse intentionem gl. & Doct. ibi, licet aliqui Docto. posteà voluerint illud extendere ad casum longè diuersum habentē rationem oīnò diuersam, stante prohibitione præscribendi. ¶ Præmissa † cōclusio, q̄ tituli allegatio nō sit necessaria in præscriptione tpis, cuius initij memoria non extat in contrarium, limitatur per Fel. in c. cùm ex officij. in quarta limitatione, de præscri. vt procedat in præscriptione. in qua interueniet actus positiuus. Secùs in præscriptione causata ex sola patientia, aut negligētia partis, nullo interueniēte actu positiuo: quia tunc necessaria est tituli allegatio, maximè qn̄ res est grauis præiudicij. de qua limitatione ego dubito, quia cum titulus non sit necessarius in tali præscriptione, sed ipsa vim tituli habeat, superfluum vr̄ tractare de tituli allegatione: ideò non puto tenendam hanc limitationem. ¶ Duodecimò † quæro, dictum est s̄. q̄ tempus, cuius initij memoria non extat in cōtrariū, vim tituli habet, adeò, q̄ tituli allegatio non est necessaria: Sed quid si producatur titulus, qui appareat vitiosus, & inualidus, an proderit talis præscriptio? videretur dicēdum, q̄ sic: quia cùm titulus non sit necessarius, licet producatur & ineptus aut vitiosus, nō deberet actū vitiare: argu. l. vnicæ in prin. C. de rei vxo. actio. gl. sing. in §. multis. in ver. in transitu. insti. de libert. & in l. vinum. vbi Bar. & Doct. ff. si cert. pet. per quam gl. dicit Bal. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. vers. sed dubitatur, si possum ingredi ff. de offic. procons. q̄ si possum ingredi possessionem propria auctoritate, si ingredior petita licentia à iudice, minùs solenniter: quia parte nō citata, non nocet defectus solennitatis. sequitur Ias. in cōsi. 20. lib. iij. sed pro hoc est tex. in ca. bonæ. j. de elect. vbi citatio, quæ non erat necessaria in facto notorio, si adhibeatur, & minùs solenniter, processus non vitiatur. per quē tex. dicit Dec. in consi. 163. q̄ litis contestatio minùs legitimè facta, processum non vitiat qn̄ illa non erat necessaria. Similiter per illum tex. dicit Dec. in c. nouit. de iudi. q̄ vbi in aliquo actu ordo iuris non est necessarius, si adhibeatur & minùs solenniter, actus nō vitiatur. & ex illo tex. vr̄ dubitabile dictum gl. in l. proinde. ij. in gl. fi. in fi. ff. ad legem Aquiliam. relatum per Iaso. in l. j. in princip. ff. de edend. in l. edita. C. de edēd. vbi quando in aliquo iudicio proceditur ordina-

58 59

riè præter naturam iudicij, si minùs soléniter procedatur,
60 iudiciũ vitiatur. Secundò † pro hoc vr̃ facere: quia præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, dicitur habere pro se præsumptioné iuris & de iure: adeò, quod probatio in contrariũ non admittitur. Fel. post But. per eũ relatum in d.c. cũ nobis. versi. scias etiã. de præscri. sequitur Alex. in consi. 13. Contrariũ, ꝙ non iuuet præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, qñ producitur titulus vitiosus & inualidus, seu qñ aliter apparet de initio vitioso: voluit Pau. de Cast. in consi. 423. Ex puncto trãsmisso. lib. ij. Bellamera in consilio 10. versi. item & aliter respondeo, & versi. plus dico. Ad idem facit Alex. in d. consi. 113. libr. j. vbi quando ex instrumento apparet non debuisse quid solui, prout solutum est tempore longissimo, apparet, ꝙ per errorem & ex falsa causa sic solutum est, nec prodest tunc cursus temporis. Et ista opi. confirmatur ex dictis suprà in secunda parte huius tracta. in quarta limitatione. & in tertia parte, in septima limitatione. vbi ꝙ præsumptio solennitatis extrinsecæ, ex antiquitate temporis cessat in sententia, & in actu extraiudiciali, qñ expresè producũtur acta solennitatũ, ex quibus apparet minus soléniter processum esse. ¶ Non
61 obstant † modò allegata in contrarium. Et primò, ꝙ vbi aliquid non requiritur, si illud adhibeatur & ineptè aut minùs solenniter, ꝙ actus non vitiatur: quia possem facere, prout Ias. facit in locis memoratis, id est allegare & multiplicare cõtraria & inconuenientia, & adducere exépla, & dicta Doct. ex quibus apparet magis vitiare ineptã expressioné, quàm omissioné: per reg. l. expressa. ff. de reg. iur. & l. nonnunquã. ff. de condi. & demon. gl. in clemé. constitutionem. in ver. de nouo. in fi. de elect. ex quibus dictis & exemplis videntur Mod. reddere hanc materiam brocardicã, &
62 ad omné euentum adaptabilem. Sed puto rñsionem † esse, ꝙ aut aliquid non requiritur in aliquo actu propter præsumptionem iuris, quæ est pro ipso actu, & tũc si illud adhibeatur, aut exprimatur vitiosè, & ineptè, actus vitietur. puta, iudex in sentẽtia non tenetur cãm exprimere c. sicut. de re iudic. Et tñ si exprimat iudex cãm ineptam aut minùs legitimã, sentẽtia vitiatur. Inn. & Doct. in c. in præsentia, de renun. ratio huius est, quia ꝙ iudex releuetur à iure ab expressione causę in sñia, illud est propter præsumptionem

ptionem iuris, quæ est pro ipso iudice. l. ij. C. de offic. ciuil. iud. & d. c. in præsentia. Sed qñ iudex exprimit cām in sententia, quæ sit inepta, aut minùs legitima, tũc sumus in casu claro, ꝙ iudex malè iudicauit, & sic cessat in re clara pręsumptio, quę est pro iudice. l. cõtinuus. §. cùm ita. ff. de ver. ob. Similiter, ꝙ præsumatur pro solennitate sententiæ aut actus extraiudicialis, est ꝓpter præsumptionẽ iuris, quod præsumit omnia solenniter acta: sed si apparet de actis solennitatum, & ex eis arguatur defectus in ipsis solẽnibus, tunc sumus in casu claro, & cessat præsumptio. Secùs, qñ aliquid non requiritur ob præsumptionem iuris: sed quia illud non sit necessarium. putà citatio in actu notorio, tũc si adhibeatur & minùs legitimè, actus non vitiatur. Ratio, quia non erat necessaria. Similiter actio in libello exprimi non debet: sed sufficit factum aptè narrare: ex cuius narratione appareat, ꝙ actio competit, certè si actor in libello actionem ineptam exprimat, illud libellum nõ vitiat: quia expressio nõ erat necessaria, nec propter expressionem fit dubium ius actoris: cùm ex apta narratione facti satis inferatur ius, & actionem competere, licet nõ expressam: vt communiter Doct. concludunt in d. l. j. in princ. ff. de eden. quicquid aliter Ias. ibi tentauerit cõtra opinionẽ communem, arguendo ex argumẽtis, quæ nihil faciunt: & in quibus militat diuersa ratio. Nam arguit, ꝙ in sententia causa non requiritur: & tamen si exprimatur & ineptè, sententia vitiatur, sed respõsum est suprà. Similiter arguit, ꝙ vbi testes non tenentur deponere super tẽpore: si deponant & malè, vitiantur testimonia. Sed illud est, quia si variè deponant, apparet, ꝙ sunt varij & contrarij, & quòd loquuntur de diuersis actibus, ex quo diuersificant tempus: quia † di 63
uersitas temporis, inducit diuersitatẽ factorum, & reddit testes singulares tanquam deponentes de factis diuersis, Ant. de Butr. & Doctor. in capitulo cùm causam, quæ inter Archiepiscopum. de testibus. Cyn. in l. testium. in vj. q. & ibi Bal. C. de testibus. Archidia. in c. nihilominus. iij. q. ix. Abb. in consi. 98. lib. ij. Bal. in cõsil. 39. Proponitur, ꝙ celebratus. lib. iij. & in consi. 459. Visa dicta petitione. versi. primò, quia testes. lib. iiij. Anchar. in consi. 64. & in consi. 147. Paulus de Cast. in consi. 137. In causa, quæ vertitur Pergami, ad finem. & in cõsil. 155. In causa, quæ vertitur coram domino Vicario, ad fi. libr. ij. Ias. in consi. 131. lib. j. Sed aliter voluit Guido

Papæ.q.544.vbi quando locus,& tempus non sunt de substantia actus,non attenditur singularitas circa locum,& tempus, & quod ita pluries vidit determinari in curia Parlamenti.Sed certè licet locus,& tempus non sint de substantia:tamen si testes in eo variant, & discordant, apparet quod non conueniunt in eodem facto,sed de pluribus testificantur,ob id probatio redditur dubia & obscura : cùm positu & articulatum fuerit de vno facto tantùm.

ARGVMENTVM.

Testium triplex singularitas,obstatiua, cumulatiua,& diuersificatiua.Tum de cuiuslibet earum loco,tempore & vsu.Vbi & an liceat testes coniungere,vt fidem faciant.

SVMMARIVM.

1 *Testium triplex est singularitas.*
2 *Testium singularitas obstatiua,consideratur in actu reiterabili, nec plenè,nec semiplenè probat.*
3 *Testium singularitas cumulatiua,& adminiculatiua inducit semiplenam probationem & nu.78.79.& 80.*
4 *Testium singularitas diuersificatiua verbi & effectus,consideratur in actu reiterabili.*
5 *Testes singulares,qui propriè dicantur.*
6 *Testes singulares,an coniungantur simul,vt probent plenè vel semiplenè disting.pro triplici testium differentia.ibid.& nu. 7.8.& 23.*
9 *Debitũ an probetur per testes singulares deponentes de diuersis confessionibus factis diuersis loco & tempore.*
10 *Testes singulares concordantes in dicto principali, licet in causa dicti pugnantes an probent*
11 *Testes singulares an sufficiant, ad probandum quid in genere quod sic.& nu.12.*
13 *Vsurarum detestatio,maximè in presbytero.*
14 *Testes singulares an probent vbi plures actus habent vnam causam & vnam originem.*
15 *Debitum an probetur per plures testes deponentes de confessionibus pluribus,factis diuersis loco & tempore.& numero & 18.*
17 *Testes an reddat singulares tempus,& locus, vbi illa non sunt de actus substantia.& nu.19.20.& 22.*
21 *Verborum dissonantia aut diuersitas in cortice,non nocet, quando idem semper est effectus. Et quid in diuersitate temporis aut loci.*

Testes

24 *Testes singulares coniunguntur, quãdo alij de veritate facti deponunt alij de confeßione.*

25 *Testes deponentes de duabus confeßionibus factis absente parte, diuersis loco & tempore, non sunt coniungendi.*

26 *Testes singulares multum adminiculantur, quando concurrunt aliæ coniecturæ coadiuuantes eorũ dicta, etiam in his, in quibus aliàs non probant, nec coniunguntur.*

SED enim, quia ista materia singularitatis testiũ versatur in summo, & vasto pelago: & docti contendunt inter se, imò ne quidem constant sibiipsis, vt aduocati, aut patroni causarũ quid certi consulant, planè nesciant: ipsi etiam iudices iudicãdi rationem non facile habeant, materiam ipsam singularitatis testium sic explicatam esse constitui ad vniuersæ reipublicæ compendium: vt ne dubitationis quicquam inueniens, tempus prodire possit. Itaq; pro declaratione † considero triplicem esse singularitatem testiũ. Prima est obstatiua. Secũda cumulatiua, aut adminiculatiua. Tertia diuersificatiua. ¶ Singularitas obstatiua dicitur, quando insurgit repugnantia aut contrarietas: putà, testes deponũt de mutuo, cùm contractum proponatur præcessisse: aliqui testes dicunt illud factũ vno tempore: alij quòd alio tempore: ideò non probant tanquàm contrarij. Ancharan. in consil. 6?. In causa, quæ vertitur inter Philippum. versicu. & confirmatur hoc Aretin. in consi. 7?. Di igenter. versicul. interrogatio igitur. Alexand. in consi. 2?. lib. iiij. post Bal. in l. de quib. ff. de leg b. & in rub. de contro. inuesti. & in vsib. feud. De ista singularitate obstatiua, loquitur Ias. in repet. l. admonẽdi. versi. ab bi etiam dicit multùm signanter Bal. ff. de iureiurand. Idem si testes inducti ad probandum aliquod delictum, seu vulnus, discordant in loco, aut tempore: quia aliqui dicunt commissum vno loco aut tempore: alij in alio loco aut tempore, prout legitur de testibus Susannæ: vt habetur in l. testium. C. de testib. Ancha. in consil. 247. Super alia querela. ¶ Et ista † singularitas obstatiua consideratur in acta non reiterabili, & in ea vnus testis dicitur repugnare alteri, & nullus aliquid probat: vt no. in l. testium. C. de testib. Bald. in l. de quibus. ff. de legib. in l. iurisiurandi. C. de testib. & in rub. de cõtr. inuest. in vsib. feud. sequitur Alex. in consi. 21. libro quarto. in consilio 143. libr. ij. in quo consilio 143. quòd non solùm omnes simul iuncti 1 2

nihil probant: imò nullus remanet integer, qui semiplenè probet. Sed aduerte: nam quod dicitur de actu non reiterabili non intelligo, quod actus reiterari non possit: sed quando solum est quæstio de vnico actu non reiterato: puta, de vno mutuo aut de vno cõtractu, & isto casu testimonia singularia possunt dici falsa ex diuersitate tẽporis. c. ex tenore. c. cùm causam. de testi. Alex. in consi. 73. ver. prætereà inter illos. lib. j. ¶ Alia est singularitas † testium nõ obstatiua,
3 aut repugnans, sed adminiculatiua & cumulatiua: puta, quia vnus testis deponit de numeratione, alter de confessione, & isto casu ex talibus testibus inducitur semiplena probatio: vt per Bal. in d. rub. de contro. inuest. Alex. in d. consi. 21. lib. iiij. Imò plusquàm semiplena, licet non perfecta. Socin. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liber. & posthu. ¶ Alia & tertia
4 est † singularitas non obstatiua, nec adminiculatiua seu cumulatiua, sed diuersificatiua verbi & effectus, ex qua inducitur diuersitas rei & effectus in substantia. Puta, ego articulo de decem numeratis ex causa mutui. aliqui testes dicunt de mutuo facto in vno loco & certo tempore, alij testes loquuntur de mutuo facto in alio loco, & alio tẽpore. nam ex tali varietate loci aut temporis necessariò insurgit diuersitas mutui, quod loquantur testes de alio & diuerso mutuo: quia impossibile est, quod mutuum factũ in vno loco aut tempore, sit illud, quod alij testes dicunt factũ esse in alio loco & tempore. & istud est, quod dicitur ex diuersitate loci & temporis induci nouum & diuersum factũ. & isto casu
5 quando testes loquuntur de diuersis † actibus, propriè dicuntur testes singulares. c. bonæ. & c. cùm dilecti. de elect. & de ista singularitate testium loquitur Ancha. in d. consi. 64. & in dicto consi. 147. Alex. in dicto consi. 116. libr. j. Areti in consi. 71. Diligenter. versi. interrogatio igitur. Bal. in consilio 39. Proponitur, quòd celebratus. lib. iij. & in consi. 459. Visa dicta petitione. versic. reducendo ergo omnia prædicta. lib. iiij. & doct. in plerisque locis, quæ singularitas diuersificatiua non potest considerari, nisi in actu reiterabili. si enim poneres actum vnicum & nõ reiterabilem, & in eo testes essent varij in loco vel tempore, tunc testes non dicerentur singulares, sed contrarij & repugnãtes, quæ di-
6 citur singularitas obstatiua. ¶ Ista † triplici differentia singularitatis testium sic præmissa, & considerata. Si quæras, an testes singulares coniungantur, vt probent plenè vel semiplenè

miplenè? Dico declarando hanc materiam clarius atque hactenùs legerim, cùm doctores variè & confusè loquantur. Quòd aut quęritur de singularitate obstatiua, & in ista clarum est, q̃ testes non cõiunguntur, nec aliquid probãt: imò ne quidem adminiculantur, cùm testes dicantur contrarij: vt per Baldum in rubri. de controuer. inuestit. in l. de quibus. ff. de legib. Alex. in consi. 21. lib. iiij. Ias. in repe. l. admonendi. versi. alibi etiam dicit multùm signanter Bal. ff. de iureiur. & isto casu recurrendum est ad ea, quæ doctores tradunt, quando testes sunt contrarij. ¶ Aut loquimur † de singularitate testium diuersificatiua, quando testes lo 7
quuntur de diuersis actibus factis diuersis tempore & loco, & isto casu idem dico, quòd in singularitate obstatiua, quòd nullo modo coniunguntur testes singulares, vt probent plenè nec semiplenè, nec adminiculatiuè: nec aliquis testium per se remanet integer, vt semiplenè probet: quia dictum vnius eliditur per dictum alterius. & isto casu procedit illud dictum, quòd minus probant mille testes singulares, quàm vnus. Bal. in l. de quibus. vers. sed nunquid si testes. ff. de legib. in l. iurisiurandi. C. de testib. Dec. in consilio 159. Addo Alexand. in consi. 34. lib. iij. fin. consilio 73. in princip. versi. vnde stante diuersitate. lib. j. Si enim esset vnus testis tantùm integer, & legitimè deponens, probaret semiplenè: sed vbi sunt plures diuersa loquentes in actu reiterabili, licet non sint repugnantes: nihil tamen probãt. Ratio, quia inuicem se debilitant, cùm articuletur de vno tãtùm mutuo, & ipsi loquantur de pluribus factis diuersis loco & tẽpore, vt nesciatur quod & quale sit illud, quod petitur, & an deposuerint de mutuo petito, & sic ex tali singularitate diuersificatiua inducitur incertitudo, & redditur probatio dubia, quæ dubietas cessat, vbi vnus tantùm est testis. Ita dubietatem, & incertitudinem ex singularitate testium, arguit Alexander in consi. 94. versicul. variant etiam dicti duo testes. lib. vj. post Salicetum in l. testium. in nona quæstione, C. de testibus. Ideò isto casu testes singulares nullo modo cõiunguntur, vt aliquid probent, nec plenè, nec semiplenè. Alexander in consilio 128. versic. & dicti duo testes. lib. ij. in dicto consi. 94. libr. vj. post Salicetum in dicta l. testium. in nona quæstio. C. de testib. ¶ Tota † diffi- 8
cultas est in singularitate adminiculatiua, aut cumulatiua, an testes cõiungantur, vt probent plenè vel semiplenè.

in qua difficultate doct. vario modo consuluerunt, prout casus contingebat, & lucri ratio suadebat. Et pono exemplum, quando plures testes deponunt super diuersis confessionibus debitoris, & omnes dicunt se audiuisse ab eo, quòd debebat decem Titio ex causa mutui: sunt tamē singulares in loco, & tempore: quia vnus deponit de confessione facta vno tempore, & in vno loco: alius de alio loco & tempore. Ista enim singularitas non est obstatiua: quia nihil repugnat, quòd quis sæpiùs cōfiteatur de eodem debito in diuersis locis, & diuerso tempore. non est etiam singularitas diuersificatiua? quia licet deponant de pluribus & diuersis confessionibus: non tamē resultant plura & diuersa debita: cùm emanauerint confessiones super eodem debito, & tendant ad eūdem finem, id est ad probationem eiusdem debiti, & sic est cumulatio probationis & adminiculatio, non diuersitas effectus. ¶ Et reperio, † quòd Paul.
9 Castro, in consil. 155. In causa, quæ vertitur coram domino vicario. in fin. & in consil. 269. Viso processu. in fin. lib. ij. voluit, quòd debitum non probetur per testes singulares deponentes de diuersis confessionibus factis diuersis loco, & tempore. idem voluit Alexand. in consil. 36. in consil. 63. libr. iii. quod est repetitum in consi. 57. libro vj. vbi probat allegat Anto. de Butr. in c. licet ex quadam. de testib. quod etiam refert & sequi videtur Ias. in repe. l. ad monendi. versicul. per ista considera. ff. de iureiurand. idem in confessione tradit Imol. in consil. 223. in fin. Corne. in consil. ... versicu. nec habet obstare. versi. Ioannes autem. Ange. in consilio 182. circa finem. in consil. 261. versicul. nec obstant ... confessiones. libr. iij. decisio. Neapo. decis. 364. Curtius senior in consi. 56. versicu. vltimò non obstat. ¶ Sed in contrarium, quòd imò isti testes singulares coniungantur, vt plenè probant, quando est singularitas cumulatiua & adminiculatiua. Adducitur conclusio vna communis, quòd sufficit testes conuenire in vnum, & eundem rei finem, licet in aliis discrepent. l. qui sententiam. vbi Bald. C. de pœn. & in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr. Oldr. & Bald. in prima. C. si vnus ex pluribus app. Bald. in consil. 39. Proponitur, quòd celebratus. versic. nunc est videndum. in consilio 80. Principalis cura libro tertio. Alibi scribit idem Bald. in consil. 150. Quidam Gasparonus. libro tertio. quod sufficit testes concordare circa numerationem: nec dicun-

tur ali

tur diſcordare, aut ſingulares ex eo, quòd non conueniunt
in promiſſione de reſtituendo. ¶ Et quòd ſingularitas † nõ 10
noceat, quãdo teſtes tendunt ad eundem finẽ, tradit idem
Bald. in rubric. de controuer. inue. in vſib. feud. vbi, ſi vnus
teſtis deponit de numeratione, alter de confeſſione: quia
vna probatio non repugnat alteri, coniunguntur ad ſemi-
plenam probationem. quod Bald. dictum refert & ſequitur
Alexan. in dicto conſil. 11. libro iiij. Iaſo. in reper. d. l. admo-
nendi. verſi. alibi [illegible] dicit multum ſignanter Bald. ff. [illegible]
iureiur. & in conſil. 31. libr. j. & hac ratione videmus, quod
probant teſtes, quando concertant in dicto principali, li-
cet ſint ſingulares in cauſa dicti. Spec. in tit. de teſte. §. Iam
de interrogatori[illegible]s verſicul. & hinc eſt, quòd ſi quis vult.
Bald. in l. de quibus. ff. de legib. Calcan. in conſi. 9. & in con-
ſilio 19. Corne. in conſil. 34. libro ij. & in conſilio 146. libro
tertio. ¶ Eadem ratione † videmus, quòd teſtes ſingulares 11
ſufficiunt ad probandum quod in genere: puta hæreſin, iu-
riſdictionem, vſuras, poſſeſſionem, famam & ſimilia. ge-
nus enim cõſtat, & perficitur ex pluribus ſpeciebus, & par-
ticularibus: ideò licet teſtes deponant de diuerſis actibus:
tamen quia tales actus tendunt ad eundem finem, & ad
probationem vnius generis, non repelluntur teſtes, tan-
quàm ſingulares. Barto. in l. ob carmen §. fin. ff. de teſti. Bal.
in l. de quibus. ff. de leg. [illegible] vbi Bald. quòd iſto caſu non dici-
tur ſingularitas [illegible] per ſingula generis probatur genus.
Nam cum genus repræſentetur in qualibet ſpecie, dicun-
tur deponere in eodem genere. & iſto caſu dicit Bal. teſtes
videntur ſingulares in cauſa ſciẽtiæ, & non in dicto, quam
opinio. quòd teſtes ſingulares ſufficiant, qu[illegible]do agitur de
probando quid in genere, latè probaui [illegible] conſilio 73. &
vltra docto. ibi adductos, addo nunc Calderi. in conſilio 5.
in titu. de teſtibus, vbi loquitur in vſura. Paul. de Caſtro, in
conſilio 51. In cauſ[illegible] ſpectabilium. verſicu. nec ob[illegible], quòd
iſti teſtes. & in conſilio 113. Contra ſuperius con[illegible]ra. libro
ſecundo. in quo conſilio 113. loquitur in aditione hæredi-
tatis, quæ ex pluribus inducitur, tàm ex verbis, quàm ex
factis, & non factis. ob id non nocet ſingularitas circa a-
ctus aut verba. Eandem opinio. tenet & probat Anchara
[illegible] declarans in conſi. 277. Ex prædicta facti narratio-
ne [illegible] non obſtat ſecundum contrarium in conſil. 439 [illegible]
[illegible] Anch[illegible] conſil. præced. 27[illegible] diligen[illegible]

ver.prætereà ex prædictis actis Geminia.in consi.117.Alexan.sibi contrarius,in consil.141.libr.j.quod est repetitum in consi.x.lib.vj.idem tenet Alex.in consil.85.versicul.prætereà testes singulares.in consi.86.versi.nec haberet obstare.in consi.117.versicu.item probatur per plures testes.in consi.172.vers.opponitur etiam contra dictos testes.libro secundo in consilio 41.versiculo opponitur etiam contra dictos testes.in consi.112.ante finem.libro quarto.in consi. 92.versicu.nec obst.si dicatur.libro quinto in consilio 13. & in consilio 167.in fin.libro vij.In quibus locis testatur Alexand.istam opin.esse veriorem,& magis communem. licet idem Alexan.in aliquibus cons.per me relatis in dict. consilio 73.voluerit contrarium,& eius authoritate freti, Deci.Ias.& alij.voluerint.poterant etiam allegare Freder. de Senis in consil.17.in consil.64 Pridi. in fine.Sed miror, quomodò Deci.& Ias.non aduerterint ad tot & tanta consilia Alexand.hîc relata: quæ si vidissent,non arbitror ab hac opinione eos discessuros fuisse,si enim in duobus aut tribus locis Alex.tenuit opi.quòd testes singulares nō sufficiant,vbi agitur de probãdo quid in genere, vides quòd in duodecim aut tribus aliis locis tenuit constanter con-

12 trarium.Eandem † opi.quòd testes singulares admittãtur, vbi agitur de probando quid in genere,tenet Areti.in cõs. 42.Viso consi.versicu.secundò principaliter dicimus.Soci. in consi.295.versicu.postremò,& si omnia prædicta.libr.a Ang.in consi.,233.ver.nec dicat quis eos singulares.Guido Papæ.quęst.544.& in commento statuti,si quis per literas in verbo,& eiectione.in fina.& nouissimè Boërius in suis decis.Burdigal.q.xxiij.& quæst.239.qui tamen Boër.fuit sibi contrarius in dictis decisionibus.q.342.& secundum hanc opi.quòd testes admittantur ad probandum quid in genere,audiui ita fuisse iudicatum per curiam Parlamenti Gratianopol.cõtra quendam presbyterum de Arzelerius in causa vsurarum,contra quem solum deposuerãt testes singulares deponentes de mutuis factis ipsis testibus sub vsuris,& ita accepi,dum agerem Gratianopoli à spectatiss.domino Nicolao de Boneton,aduocato consistoriali, dum in domo eius essem,pro quadam eius causa contra

13 Ioannem de Chappanis,vbi etiam agebatur de vsuris † cuiusdam presbyteri.Deum immortalem,quòd presbyteri laborent tanto vitio.Sed audiui Gratianopoli dum ibi essem, quendam

quendam presbyterum canonici titulo honestatũ, dedisse pecunias cuidam mulieri, quas mulier mutuaret sub vsuris vltra cẽtesimas, id est, ad rationem quinque solidorum pro singulo scuto in singulos menses, valẽte scuto solidos quadraginta & quinque: quod ipsum abominabile scelus audiui cõcionatorem publicè detestantem in ecclesia cathedrali Gratianopolis. ¶Ecce, ꝙ ad probandũ quid in genere, admittuntur testes singulares ea ratione, ꝙ in eundẽ finem conueniant: & licet loquantur de diuersis actibus, omnes tñ illi actus referuntur ad idẽ genus, & sic nõ resultat diuersitas in facto principali supra quo deponunt: licet per diuersa media ad ipsum principale ꝑueniatur. Rursus † qñ plures actus habent vnam originem, & vnã causam, 14
illa origo probatur per testes singulares respectu actuum: sed vbi actus sunt separati, nec apparet, ꝙ habeãt eandem originem in probatione talium actuum non sufficiunt testes singulares. Anch. in d. consil. 227. quem refert & sequitur Cor. in consil. 34. libr. ij. modò vbi agitur de probando. quid in genere actus particulares, ex quibus genus ipsum constat, dicuntur omnes dependere ab eadem causa & origine, id est, ab eodem genere: ergo non nocet singularitas circa tales actus: quia omnes tẽdunt ad probationem suæ causæ & originis: nec ex diuersitate talium actuũ resultat diuersitas alicuius facti aut causæ: sed semper infertur ad eandem causam, & idem factum. ¶Istis † ita præmissis & 15
declaratis, idem dico esse, quando agitur de probatione vnius debiti, & reperiuntur plures testes deponẽtes de pluribus confessionibus factis diuersis loco & tempore: nam oẽs confessiones tendunt ad eundem finẽ, i. ad probationẽ eiusdẽ debiti, & licet cõfessiones sint diuersæ: nõ tñ resultat diuersum aut nouũ debitũ. Rursus oẽs istę cõfessiones veniunt ab eadẽ origine, & causa, i. ab eodem debito: ergo nocere non vr̃ singularitas circa istas confessiones, tanquã media perueniendi ad vnũ finem: nec repugnant tales confessiones diuersæ probationi debiti, imò tendunt ad eius probationem. Prætereà, quòd istæ confessiones videantur sufficere, arguo à cessante ratione. Ratio enim quare testes singulares non probant, duplex potest assignari, vel quia dicuntur contrarij, quando est singularitas obstatiua: vel quia alij alios elidunt & debilitant, tanquã loquentes de diuersis actibus, ex quibus inducitur diuersitas fa-

cti ab eo facto, quod quis intendit probare. Ista ratio cessat, quãdo est singularitas adminiculatiua & cumulatiua.
16 Aliter etiam istud comprobatur. † Si enim duo testes deponerent de vna cõfessione facta eodem tempore & loco: nõ est dubium quod probarent, quare idem esse non debet, si duo testes deponant de duabus cõfessionibus factis diuerso tempore & loco? Vellem scire quam maiorem fidem det identitas loci, & temporis quando non est vis in tempore aut loco: quia locus aut tempus non sint de substãtia. bene haberetur in consideratione identitatis loci & temporis, quãdo ex eorum diuersitate induceretur diuersitas facti. Secùs, quando stante tali diuersitate semper manet idẽ factum, prout qñ agitur de probando idem debitum per diuersas confessiones factas diuersis loco, & tempore. Et in
17 † terminis, ꝙ diuersitas temporis & loci non habeatur in consideratione, nec reddat testes singulares, qñ locus aut tempus non sunt de substantia: tradit Ro. in consi. 30. Imo. in cons. 102. allegat Bar. in d. l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. Corn. in cons. 247. ver. dato autẽ sine præiudicio veritatis. lib. ij. Guido Papæ q. 544. vbi ꝙ ita pluries vidit determinare in curia Parlamenti. Addo Gemini. in consi. 4. in fi. vbi, quando agitur de facto successiuo, non nocet singularitas testium in tempore: quia in facto successiuo certum tempus, non est de substãtia: secus, vbi agitur de facto momentaneo. Et quod scribit idem Gemi. in consi. 59. vbi quòd ex pluribus præsumptionibus diuersis temporibus ortis, circa idem dispositis, inducitur probatio. per text. in c. si præbenda. §. ceterùm. de renun. libr. vj. & sic diuersitas temporis non vitiat præsumptiones: ergo eadem ratione non debet vitiare probationem, quæ fit per testes singulares. In
18 debito, quòd probetur per plures testes deponentes de diuersis confessionibus, tradit Pau. de Cast. in consil. 380. in dex. in fi lib. j. & in consi. 143. Viso processu, & attestationibus. lib. ij. Io. de Ana. in consi. 51. in secundo dubio. Alexan. in consi 53. versi. ergo etiam præsupposito. lib. j. Calca. in consi. 19. Curtius iunior in consi. 168. Deci. in consi. 650. vbi Dec. refert & sequitur illud cons. Pau. de Cast. 380. Ad idẽ auco Aret. in consi. 65 In præsenti consultatione. in secundo dubio. vbi, ꝙ confessio absẽte parte probata per duos testes, quæ inducit semiplenã probationẽ coniungitur cum probatione famæ: quæ etiã semiplenè ꝓbat ad plenã probat.

bationē,si confessio cōiungitur cum fama,quæ est diuersę speciei: quātò fortiùs cōiungentur cū alia cōfessione eiusdem speciei? per ea quæ habētur in d.l.admonendi.ff.de iureiur.Pro hoc facit,quod scribit Alex.in consi.18. in fi.libr. iij.vbi, quādo agitur de probādo peruenisse ad manus patris de bonis spurij tantū, quod ascendat ad libras ducētū, non attēditur singularitas testiū circa bona peruēta: dummodò peruenerit vsq; ad eam summā,quia nō est vis,quæ bona peruenerint aliqua magis, quā alia,dūmodò probetur valor bonorū peruentorum.eodē modo non est vis, in quo loco & tempore debitor confessus sit: dūmodò fuerit confessus.ergo per testes singulares circa confessionē probari dicitur debitū. Ad idē adduco† Alex.in cons.156. vers. 19
non obstat etiā si diceretur.lib.v. vbi quādo vnus testis deponit de tempore,alter de tempore dicit se non recordari, non dicūtur testes singulares, quando tēpus nō est de substantia actus: vt quando factū est tale, in quo non resultat diuersus effectus,si celebratur vno tēpore potiùs,quā alio. allegat Innoc.in c.qualiter, & quando.ij.de accusat. Archidiaco.in c.nihilominus. iij. q.ix.Spec.in titu.de teste.§.iam de interrogatoriis.versi. idē de tēpore.& idem tradit Alex. in cons.236.lib. vj.Cōfirmatur† ex alio ista opinio,ꝙ diuer- 20
sitas loci, aut tēporis non reddat testes singulares,quando locus aut tēpus nō est de substantia. Nos habemus , quòd testes non dicūtur singulares ex sola diuersitate in cortice verborum,quādo conueniunt in effectu.l.iij.in princ.ff.de testib.l.qui sententiam. vbi Bal.C.de pœn.c.nihil obstat.de verbo.signifi.gl.in c.cū ecclesia.in verbo vacillasse.de caus. poss.& propriè.gl.in c.dudum. de conuer.coniuga.Alex.in consi.78.& in cons.118.lib.1. Hinc videmus† ꝙ si vnus testis 21
dicit,quòd Titius promisit Seio duos solidos Turonenses: alter testium dicit,quòd Titius promisit Seio vigintiquatuor denarios Turonenses,non dicuntur testes singulares: quia conueniunt in effectu , ex quo 24.denarij Turonenses,faciunt duos solidos:& sic idem est effectus.ita Bald.in c.bonæ memoriæ,Maguntino.de electio.quē refert Alex. in d.consi.78.& 118. Si dissonantia,aut diuersitas in cortice verborum non nocet,quādo idem semper est effectus. Eadem ratione nō videtur nocere diuersitas loci,aut tēporis, cùm semper idem sit effectus.Imò nō nocet diuersitas circa aliquas qualitatas aut circunstātias, quando cōueniunt

testes in facto principali. Alex. in consi. 24. lib. ij. & in consil.
22 88. in consi. 156. lib. v. à fortiori, † quando nulla est discordia inter testes, sed conuenientia, licet sit diuersitas in loco, & tempore, ex qua tamẽ diuersitate nulla resultat discordia, neque contrarietas, & constat magis repelli testes ex contrarietate, quàm ex diuersitate: vt per Bald. in d. l. de quibus ff. de legib. & in d. rubr. de cõtrouers. inuestit. in vlt. feudo. Alexand. in d. consil. 21. libro iiij. Iason in repetitio-
23 ne d. l. admonendi. ff. de iureiur. Et † quòd testes singulares coniungantur ad plenam probationem, eo casu, quo vnus testis facit semiplenã probationem, & quando singularitas est cumulatiua & adminiculatiua nõ obstatiua, nec diuersificatiua, adduco Alexandrũ in consi. 76. in secundo dubio. vbi quando vnus testis deponit de promissione, alter de cõfessione facta præsente parte, coniũgũtur isti duo testes ad faciendum plenam probationem: & tamen sunt magis singulares, quàm plures testes deponentes de pluribus confessionibus: quia hîc est diuersitas in loco, & tépore, & ampliùs in actu: quia vnus de promissione, alter de confessione: sed in pluribus confessionibus solùm est diuersitas in tempore & loco. & illud dictum Alex. in d. consi. 76. refert, & sequitur Ripa. in l. admonendi. ff. de iureiura. addo Anchar. in cons. 276. Visa diligenter narratione. ver. & ideò vnus testis. Aretinus in consil. 65. In præsenti cõsultatione. in secundo dubio. vbi pro hoc allegat text. in c. ... de succesion. ab intestato. Cornæus in consi. 13. in princi. lib. j. Calca. in cons. 110. vbi. Calca. quòd hoc procedit etiam in criminalibus, si vnus deponit de delicto, alter de confessione delinquẽtis: Sed dubito de Calc. dicto. Fortius voluit Curtius iunior in d. consi. 168. quòd duo testes deponentes de duabus confessionibus factis extra iudicium, absente parte diuersis tempore, & loco, coniũgantur, vt semiplene probent: & quòd coniungantur cum alio teste deponente
24 de veritate facti. Et quòd testes † coniungantur quando vnus deponit de veritate facti, alij de confessione: tradit Bald. in consi. 240. Donatio. libr. j. vbi, quòd saltem fit coniunctio quo ad semiplenam probationem, & quò ad semiplenam probationẽ tradit idem Bal. in rub. de contro. inuesti. quẽ sequitur Alex. in d. consi. 21. lib. iiij. Iason. in repetitio. d. l. admonendi. vers. alibi etiã dicit multùm singulari B... ff. de iureiur. & ibi Ripa. Veron. in consi. iij. Calca. in
consi.

cōſ.19.Cornę.in conſ.307.verſ.& licet nō ſint cōteſtes.li.iij.
Imò Socin.in d.l.Gallus.§.ille caſus. voluit quòd fiat pro-
batio pluſquàm ſemiplena,licet non perfecta. Sed mihi vi-
detur, quòd fieri debeat coniūctio,quò ad plenam proba-
tionem. Aut enim in totum impediri debet cōiunctio,aut
in totum fieri debet. Si enim ideò fit coniunctio iſtorū te-
ſtium ſingularium:quia ſingularitas non eſt obſtatiua,nec
diuerſificatiua,ſed cumulatiua & adminiculatiua:quare ſi
vnus teſtis ſolus faciens ſemiplenam probationē.cōiungi-
tur cū alio faciente etiam ſemiplenā probationem, induci
nō debet plena probatio: iuxta notata per Bar.& Doct. in l.
admonendi.ff.de iureiur. & quòd teſtis deponens de cōfeſ-
ſione, & alius de veritate facti, coniungantur ad plenam
probationem: voluit nouiſſimè Gozadinus in conſil.79.vbi
loquitur etiam, quando vnus teſtis deponit de confeſſio-
ne abſente parte, quod tamen puto falſum:quia vnus teſtis
deponens de confeſſione abſente parte, ſemiplenè nō pro-
bat:cum ſi probetur talis confeſſio per duos teſtes, ſolùm
inducatur ſemiplena probatio. nec Bartolus allegatus per
eū in d.l.admonendi. illud dicit,ſed loquitur Bart. quando
cōfeſſio facta abſente parte,probatur per duos teſtes: quo
caſu ſemiplenè probat, ꝙ coniungitur talis confeſſio cum
probatione famæ: quæ etiā facit ſemiplenā probationem.
Quod vltimum etiam ſequitur Aret.in conſ.65. In præſen-
ti conſultatione.in ſecūdo dubio.Ex præmiſſis videtur cō-
cludendum,quòd ſi ſint plures teſtes deponentes de diuer-
ſis confeſſionibus factis præſente parte,quòd coniungan-
tur ad plenam probationē. Idem ſi vnus teſtis deponat de
confeſſione facta præſente parte, & duo de cōfeſſione ab-
ſente parte.Secùs † videtur, quādo duo teſtes deponerēt de 25
duabus confeſſionibus factis abſente parte,diuerſis tamen
loco & tempore: quia non vidētur cōiungendi.ratio:quia
vnaquæque probatio eſt omnino imperfecta.Alex.in cōſi.
180.verſic.rurſus poſito.libr.ij. & iſto caſu procedat, quod
ſcribit deciſio.Neapolita.deciſio.364. quod tamen nō pro-
cederet, quando eſſet vnus teſtis deponens de confeſſione
præſente parte:quia tunc alij teſtes deponentes de confeſ-
ſione abſente parte, vidētur coniungēdi, Paul. de Caſtr.in
conſi.109. Viſa petitione.lib ij. Secus etiam videtur, quan-
do quis de cōfeſſione vnica,& teſtes loquerentur de pluri-
bus & diuerſis cōfeſsionibꝰ;quia tūc teſtes dicerētur ſingu

lares singularitate diuersificatiua, & dicerentur deponere quid diuersum ab eo ꝙ esset capitulatum, & sic probatio diceretur dubia, & incerta. Et aduertendũ † circa præmissa ꝙ in casibus in quibus soli testes singulares nõ probãt, nec cõiunguntur, illud nõ videtur procedere, quando concurrerent aliæ cõiecturæ coadiuuãtes dicta testiũ singulariũ: quia tunc testes singulares multũ adminiculantur. Paul. de Castr. in cõsi. 281. in causa ista quinq;. lib. j. ideò qñ cõcurrit cõfessio præsente parte, probata per vnũ testẽ testes singulares loquentes de cõfessione absente parte, cõiunguntur ad plenã probationẽ. Paul. de Cast. in d. consi. 109. Visa petitione. lib. ij. & ꝙ testes singulares iuuẽtur ex aliis præsumptionibus, tradit Pau. de Cast. in consi. 205. Viso puncto suprascripto. vers. & licet videãtur. lib. ij. Alibi scribit idẽ Pau. in cons. 342. In causa Frataleæ. versi. quartò dicitur. lib. ij. ꝙ singularitas testiũ non nocet, quando supersunt alij testes probantes. & dicit Cornæ. in cõsi. 307. versi. & licet non sint contestes. libr. ij. quòd testes singulares in coadiuuando alias probationes faciunt semiplenam probationem.

ARGVMENTVM.

Expresio alicuius actus, quando non est necessaria: vt puta, lex præsumpta, illa tanquam inepta, vitiat: quia per expresionẽ tollitur iuris præsumptio: quę cessat in re clara. Restitutio in integrum aduersus præscriptionem centenariam competit ecclesiæ. Quid de priuato, laico maiore seu minore circa præscrip. quadragenariã. Et derogatio specialis requiritur in restitu. in integrum. Quid de Papa, & Cæsare, & quæ præscriptionem non admittant.

SVMMARIVM.

1 *Delictum an non sit probatum, non probata eius qualitate: nempe die, quamuis tempus non sit de substantia.*

2 *Probatio in contrarium non admittitur contra fictionem iuris. Et quòd antiquitas sit titulus legitimus.*

3 *Titulus legalis cessat, vbi producitur hominis titulus.*

4 *Tituli antiquitatis vim confert lex propter bonam fidem præscribentis: quæ præsumi videtur ex lapsu tanti temporis.*

5 *Contrahens cum pupillo sine iuris solennitate, præsumitur in mala fide. Et quid de contrahente cum prælato. Et quid in contractu requiratur superioris auctoritas, vel iudicis decretum.*

6 *Titulus minus legitimus, an impediat præscriptionem longissimi temporis negatiuam. vide nu. 7.*

8 *Spurius præscribit hereditatem paternam spatio triginta annorum, licet erret in iure: putans se capacem.*

9 *Præscriptionem an impediat iuris error, distinctione opus. Et idem de contractu contra iura,*

10 *Error sententiæ inualidæ, quæ putabatur valida excusat à dano.*

11 *Præscriptionem impedit error iuris, quando vltra omißionem solennitatis, reperitur læsio in ecclesia vel minore. Quia factum videtur clandestinum & dolosum.*

12 *Præscriptionem impedit error iuris omnino prohibitorij, ex quo resultat reprobatio actus simplex & absoluta.*

13 *Probatio in contrarium contra præsumptionem iuris & de iure non admittitur. Et quod præscriptio tanti temporis, vim tituli habeat, modo præscribens sit in bona fide.*

14 *Probatio in contrarium, per indirectum admittitur contra præscriptionem iuris & de iure.*

15 *Titulum inualidum præstatio subsecuta confirmat.*

16 *Præscribentis mala fides an noceat, in præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. & num. 18.*

17 *Bona fides præsumitur ex lapsu longißimi temporis, post cuius laius lapsum mala non potest allegari.*

18 *Præscriptio an admittatur contra supremam Imperatoris potestatem. Et quantum tempus eo requiratur, idque maximè, concurrente mala fide.*

20 *Iure canonico standum est in materia malæ fidei: vbi admittitur probatio contra præscribentem, si constet de eius mala fide.*

21 *Bona fides præsumitur ex temporis diuturnitate. At an ea præsumptio recipiat probationem in contrarium.*

22 *Consuetudo, aut præscriptio temporis; cuius initij memoria non extat in contrarium, per quam acquiruntur regalia & principi reseruata, an procedat, si onerosa foret ecclesiæ.*

23 *In consuetudine seu præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, an sit necesse quærere de actibus, à quibus originem habuit talis consuetudo.*

24 *Præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, an ius aliquod fortius acquiratur, quàm per præscriptionem breuioris temporis.*

25 *Præscriptio longi, & longißimi temporis, an & quid differant.*

26 *Res præscripta si perueniat ad tertium possessorem, & dominum directum acquisitum præscriptione, dominus directus non poterit agere contra tertium possessorem.*

27 *Præscriptionis temporis, cuius initium memoria non extat in*

Rest.

51 *Ratio ampliat dictum.*

52 *Verbum, ratio & mens, vnum & idem operantur.*

53 *Expressum id dicitur, in quo viget eadem ratio.*

54 *Restitutio an competat contra præscriptionem 30. anno.*

56 *Intellectus l. omnes & l. sicut. C. de præscript. triginta vel quadraginta annorum.*

58 *Restitutio in integrum competit aduersus præscriptionem quadragenariam, quam nec verba legis tollere possunt, nisi specialiter dicatur.*

59 *Priuilegio restitutionis in integrum non censetur derogatū per clausulam derogatoriam generalem, sed requiritur derogatio specialis.*

60 *Verba legis generalia, restringi debent ad id, quod est rationis.*

61 *Restitutioni in integrum, vt locus sit in re dubia, adhiberi debet interpretatio contra præscriptionem.*

62 *Restitutionē petentes in integrū aduersus præscriptionē lōgissimi temporis, ignorantia, non probatur per eius iuramentum.*

63 *Restitutio in integrum aduersus præscriptionem quadragenariam ex capite ignorantiæ intra quantum tempus peti debeat à laicis & maioribus.*

64 *Iudicis officiū vbi potest implorari, illi regulariter præscribitur saltē 40. annis. Et an durante ignorantia currat præscriptio.*

65 *Ecclesia Romana non sit superior & potior in præscriptione, aut restitutione, quàm inferior ecclesia, aut alius priuatus.*

66 *Ecclesia Romana an post centum annorum decursum, excludatur à petit. restitu. in integrum.*

67 *Præscriptionis ignorantia probabilis.*

68 *Præscriptio an currat non valenti agere de iure.*

69 *Restitutio in integrum, datur etiam contra verum & expressè habitum inter partes titulum. Item remedium resciβorium, ob causam enormis læsionis.*

70 *Restitutio in integrum non datur ob causam læsionis tantùm, nisi etiam concurrat ignorantia læsionis, quæ cursum temporis impedit.*

71 *Ecclesiæ non currit restitutio tempus, data etiam scientia ipsius læsionis, quando damnum ecclesiæ est grauissimum & eminentissimum. Et qualiter illud dijudicari debeat.*

72 *Præscriptio an detur contra supremam potestatem Papæ aut Cæsaris affirmatiuè. nume. 73.*

74 *Præscribi an possit contra obedientiam. & nume. 76.*

75 *Libertas & exemptio possunt præscribi.*

77 *Præscriptio etiam centenaria, & quantumuis antiqua non procedit, si sit peccati nutritiua.*

78 *Præscriptio quamuis antiqua, non procedit in ijs quæ possideri non possunt.*

79 *Iura publica præscribi possunt spatio 40. annorum. Et ibidem intellectus l. viam public. ff de via publica.*

80 *Ius possessionis acquiri potest, in ijs etiam, quæ sunt iuris publici, & in vsu publico.*

81 *Possessionem piscandi an videatur acquisiuisse, eò solùm quod solus piscatus sit in aliqua parte maris aut flumini publici. Et quomodo aliàs acquiratur. & nu. 82.*

83 *Iuris publici quæ sunt, an præscribantur etiã respectu domini.*

84 *Iura publica præscribi non possunt cessante possessione.*

85 *Præscribi non possunt, quæ competunt iure facultatis.*

86 *Possessio seu quasi piscandi, quæsita ex prohibitione facta alijs, ne piscarentur in certa parte fluminis, an posit cõtra omnes, etiam non prohibitos, an verò contra prohibitos tantùm.*

87 *Præscriptio non procedit in actu, quem superior facit de plenitudine potestatis.*

88 *Præscriptio non procedit in pœnis spiritualibus.*

89 *Præscriptio an procedat in re affecta vitio reali, & quãto tempore. nume. 92.*

90 *Præscriptio plus potest ad præiudicãdum tertio. & domino rei, quàm rescriptum aut priuilegium principis. & nu. 91.*

93 *Præscriptio an procedat, quando præscribens esset incapax iuris, de cuius præscriptione agitur.*

94 *Priuilegium Papæ aut superioris, an sit ad tollendam incapacitatem personæ, potentiùs consuetudine aut præscript. Et quid cessante capacitate. nu. 95.*

96 *Materia nõ præscriptibilis, an efficiatur præscriptibilis quando quis non fundat se principaliter super præscriptione aut tempore: sed super titulo, quem allegat.*

97 *Præscriptio non procedit in ijs, quæ non sunt concessibilia.*

98 *Præscriptio non procedit in ijs, quæ sunt merè voluntaria, aut facultatis.*

99 *Præscribi an posint, quæ sunt merè facultatis.*

100 *Colonus an & quando præscribere posit ius perpetuæ colonia. & nume. 104*

101 *Præiudicium nullum infertur ex actu voluntario.*

102 *Patientia non egreditur suos terminos.*

103 *[illegible] tacitus an difficiliùs extendatur quàm expressus.*

Coloni

105 *Coloni recognitio quo ad temporalitatẽ, in relocatione ad tem pus, impedit præscriptionem.*

106 *Colonum expellere an licitum sit domino quandocunque voluerit, post singulos annos finitos.*

107 *Precarium qui rogauit ad tẽpus, & finito tẽpore rem adhuc teneat patiente domino, nõ reuocari poßit secundum naturam precarij.*

108 *Coloniæ perpetuæ ius ex temporis diuturnitate præsumi potest. Et à primordio tituli posterior formatur euentus.*

109 *Mulier omnia bona sua in dotem dare an præsumatur quòd non in minore. Et quid si patiatur maritum sum poßidere & administrare.*

110 *Colonus an remoueri poßit à domino, finito tempore coloniæ expresso vel tacito.*

111 *Poßeßionis causam mutare sibi nemo potest, nulla extrinsecus superueniente causa mutandi.*

112 *Interpretatio fit secundũ id, quod verisimiliùs est, in re dubia.*

113 *Ligare seipsum nemo præsumitur in dubio.*

114 *Interpretatio stricta fit in contractu expresso: sed strictior in tacitis.*

115 *Voluntatis mutatio præsumi non debet nullo interueniente facto contrario, ex quo illa arguatur.*

116 *Probatio debet de neceßitate concludere.*

117 *Præscriptio xxx. aut xl. annorum dicitur merè odiosa, inducta in odium negligentiæ.*

118 *Præsumere in dubio id debemus, quod frequentius contingit.*

119 *Disponens non censetur velle illud, quod fieri consuetum nõ est. Et in materia præsumptionum & coniecturarum validum est argumentum à communiter accidentibus.*

120 *Præsumptio inducitur ex communi cursu.*

121 *Argumẽtum à communiter accidentibus an valeat, vbi etiam agitur de crimine ciuiliter.*

122 *Non præsumuntur ea quæ non apparent, sed rebus sic stantibus iudicandum est.*

123 *De partium mente fuisse in dubio id præsumitur, quod vtrique earum prodest, & neutri nocet.*

124 *Colonus seu conductor an non præscribat contra dominum, nisi interuertat poßeßionem domini: dicendo se tenere suo ipsius proprio nomine, non domini.*

125 *Interpretatio in dubio fieri debet per quam ius coloniæ perpetuæ esset. Et contra id odiosa fit interpretatio.*

MATERIA singularitatis testiũ sic explicata, reuertor ad propositũ, & arguméta Iasodum allegat ineptã expressionẽ vitiare, vbi omissio nõ vitiat, multiplicãdo brocardica.
1 nã arguit † etiã, ꝙ si quis articulet de tẽpore, & illud nõ probet, succũbit, licet tẽpus nõ esset de substãtia: puta si in libello criminali apponatur dies, & non probetur. de quo etiã tradit idem Ias. in l. cũ virũ. in iij. no. C. de fideicõ. Sed respõdeo ad istud argumẽtũ, ꝙ ratio est, quia apponẽdo diem, qualificatur delictum & declaratur cõmissum esse delictũ tali die. Itaq; si dies nõ probetur nõ videtur probatũ delictũ intentatũ, nõ probata eius qualitate. l. denũtiasse. §. quid tamen. vbi Bart. ff. de adult. Cyn. in l. ij. vers. ex hoc arguit Iac. de Arena. C. de probat. Bart. in l. diuus. ff. de re iud. Bald. in cõsi. 431. Præsupposito. lib. v. Paul. de Cast. in cõsi. 168. Super primo dubio dicendũ est, ꝙ cùm diuersitas. lib. j. & in cõsi. 205. In causa, q̃ vertitur corá locũtenente. li. ij. Rom. in cõsi. 110. Quæstio. per totũ, in cõsi. 144. Inquisitio. & in cõsi. 167. Antonius. Abb. in cõs. 78. li. j. Ang in cõsi. 217. Soci. in cõsi. 39. lib. j. Calcã, in consi. 15. ver. & pro hoc facit: quia in hoc contractu. Cor. in consi. 197. lib. ij. in consi. 134. ad fi. & in cõsi. 192. lib. iiij. Dec. in d. l. vinũ. ff. si cert. pet. & in cõsi. 256. ver. tertiò principaliter. Curt. Iun. in cõsi. 124. Guido autẽ Papæ, q. 553. scribit, ꝙ probatio istius qualitatis non attenditur de cõsuetudine patriæ Delphinatus, sed hoc pertinet ad ius consuetudinariũ. Quæ consuetudo mihi non placet in criminalibus, in quibus probationes esse oportet luce meridiana clariores. l. fin. C. de proba. nisi aliàs probatio delicti esset indubitata. Itaq; istud argumẽtũ Iaso. nõ militat: quia postquã qualitas deducitur in libello, eius probatio dicitur necessaria: vt sciatur an factũ propositũ sit illudmet, quod in libello deductũ est, quę res sciri non potest, non probata qualitate facti. & Ias. in hoc videtur æquiuocasse: quia nos loquimur in eo quod non est necessariũ ad actum, sed probatio diei aut alterius qualitatis est necessaria, postquã proposita est, licet eius propositio necessaria non esset. Itaq; præsens difficultas reducitur ad tres casus. Primus casus est, quando expressio alicuius actus non est necessaria: non quòd ille actus non sit necessarius, sed quia à iure præsumitur: & tunc expressio inepta vitiat, quia per expressionẽ tollitur iuris p̄sumptio, quæ

quæ cessat in re clara.l.cõtinuus.§.cùm ita.ff.de ver.oblig. Prout qñ in sentẽtia exprimitur causa minùs legitima: vel qñ producũtur acta solennitatis sententiæ, aut cõtractus, per quæ apparet de veritate, id est, rem minus solenniter fuisse gestã.& iste est casus noster. Nam ꝙ præscriptio tẽporis habeat vim tituli, istud est ꝓpter prẹsumptionẽ,quã habet antiquitas tãti tẽporis. Ideò lex titulum,qui tamen videtur titulus fictus,vel potiùs videt̃ titulus à iure cõcessus antiquitati tanti tẽporis,ita ꝙ sola antiquitas dicatur 2
titulus legitimus. Si enim † esset titulus fictus,nõ admitteretur probatio in contrariũ contra fictionẽ iuris.glo.in l.si duo.ff.de acq.hered.&in l.siue possidetis.C.de prob.Cor.in cons.99.lib.iiij. Secundus casus est, qñ aliquid non est necessarium in aliquo actu,nõ ratione alicuius præsumptionis:quia illud à iure præsumatur: sed quia omninò nõ erat necessariũ,& tunc si adhibeatur,& minùs solẽniter, actus non vitiatur : prout qñ adhibetur citatio minùs legitimè in facto notorio : citatio enim omninò nõ erat necessaria: secus in solẽnitate, quæ omninò est necessaria, licet nõ sit necesse eam aliter probare, qñ à iure præsumitur. Ideò qñ ineptè exprimitur, actus vitiatur, cùm esset necessaria,& appareat minùs legitimè adhibitũ esse. Tertius casus est, qñ aliquid ab initio nõ erat necessariũ exprimi, tñ si exprimatur & coniũgatur cum facto principali,illud qualificat, adeò ꝙ nisi probetur illa qualitas,non videtur probatũ factum principale propositum,& tunc licet propositio illius qualitatis nõ esset necessaria : tñ postquã proposita est,& ex ea factũ qualificatur , eius probatio videtur necessaria.
¶His ita prẹmissis & † declaratis dico , ꝙ sumus in primo 3
casu,in quo tit.est necessari⁹:sed nõ titulus expressus , sed tacitus sufficit resultãs ex tẽpore,cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ,ꝗ dicitur titulus legalis: quẽ lex ipsa confert ex lapsu tãti tẽporis,cessante titulo hominis.sed vbi ꝓducitur titulus hominis,cessat tũc prouisio legis:q̃a prouisio hominis facit cessare prouisionẽ legis.l.fi.C.de pact.cõuen.habet̃ in l.ij.C.de iure emph.Prætereà,lex † voluit con 4
ferre vim tituli antiquitati tãti temporis propter bonã fidẽ præscribẽtis,quæ præsumi videtur ex lapsu tãti temporis.Bart.& Bald.in l.fi.C.vnde vi. Innocen.in cap.ij.de restitu.in integ.Abb.in consi.89.libro j.Sed vbi apparet de titulo vitioso,&.inualido , apparet de mala fide præscribentis:
quia

quia titulus reprobatus non dat iustā causam præscribēdi, sed ex eo fides mala arguitur præscribentis l.quēadmodū. C.de agr.& cens.li.xj.l.fi.§.finauté. C.cōmu.de leg.c.dudū. j.de electio.per quæ iura, ita dicit Alex.in cons.46.In vltimis verbis. lib.iij.refert & sequitur Curtius Iunior in cōs. 60.in fi.Addo glos.in l.j.C.de fid.instr.& iur. hast.fisc.lib.x. Bald.in cons.347. Quæro quidam nobiles.lib.j.Roma.in l. Celsus.vers.quartò in quantū Bar. ff.de vsucap.Feli.in d.c.
5 si diligenti.de præscrip. †Ideò mala fides pręsumitur in cōtrahente cum pupillo sine iuris solennitate.l.ij.§.si à pupillo. ff.pro emptor.idē in omni contrahente contra ius.reg. qui contra iura mercatur. de reg.iur.lib.vj.pulchrè Bellamera in cōs.x.vers.secundum fundamētum.& vers.& ratio huius est.tradit Calca.in.cons.25.Et in cōtrahente cum pupillo sine solēnitate iuris, ꝙ dicatur in mala fide,tradit Socin.in cons.22.lib.j.Et in contrahente cum prælato sine iuris solennitatibus,ꝙ dicatur in mala fide,tenet idem Soci in cons.29.lib.j.Et dicit Ias.in §.item si quis.in nu.45.Insti. de actio.ꝙ vbi in contractu est necessaria auctoritas superioris,vel decretū iudicis, si,omisso eo,cōtractus fiat,dicitur cōtrahi clādestinè & in mala fide:per tex.no.in j.l.C.de præd.curia.lib.x.vbi Bar. glo.in l.ij.in versic.occultè.& ibi Bar.C. de iis qui ex publi.ratio.mu.acce.lib.x.per glos.valde nota in c.cùm inhibitio.in verb.clādest.j. extrà de clande.despon.& per gl.singul.in dicta l.j.in vers. mala fide.C.
6 de fide instru.& iure hast.fisca.lib.x. ¶Sed pro †clariori intelligentia huius duodecimæ quæstionis aduertendū est, quòd ista quæstio potest intelligi duobus modis, quando producitur titulus non à iure reprobatus, sed minus legitimus: quia non interuenerint iuris solennia, & de hoc apparet & verè cōstat. Secūdo modo, qn̄ producitur titulus omnino reprobatus: puta cōtractus simulatus aut fœneratitius. Circa primū modum contentio est inter doctores non mediocris, an titulus minus legitimus, impediat præscriptionē longissimi tēporis: puta triginta vel quadraginta ann.de pręscriptione enim longi tēporis non est dubiū quòd eam impedit.l.nunquā.ff.de vsuca. In præscriptione verò longissimi tēporis, discrutiantur doct.inter se,an error iuris illam impediat. Et quòd impediat tenet gl.iuncto. tex.in c.apostolicæ.de donat.sequitur Paul.de Cast.in cōs. 70.Quia frustrà.& in cons.429. In quadam informatione libro

lib.j.Abb.in conſ.34.lib.j.ꝙ in cõſi.19.li.ij. Alex.in conſi.73. lib.ij.& in conſ.46.in ſecũdo dubio.lib.iij.Soc.in d.con.29. in ſecundo dubio.lib.j. Anchar.in conſ.vlt.Sed eſt ſubſcriptio Card.ad conſilium Zilioli de Canitellis,inter conſilia Anchar.in d.conſ.vlt.& hanc opi.dicit communem Felin. in c.de quarta.de præſcri.quem refert,& ſequitur Curtius Iunior,in conſ.vlti.Eandem opi. tenet Bellamera in conſil. vij.verſ.quarta etiã ſolutio.& in conſ.x.verſ.ſecundum fundamentum eſt.& pro ea Feli.in d.c.de quarta.dicit ſe ponderare tex.in c.dudum.de decim.ſed ſimilis videtur tex.in c.cura.de iure patr. ¶ Contrariã † opi.quòd imò error iuris 7
non impediat præſcriptionẽ longiſſimi tẽporis, tenet Roma.in conſ.123.Circa primũ dubium. per gl.in d.c.de quarta.Paul.de Caſt.ſibi contrarius in conſ. 406. Satisfaciendo in ſeptimo dubio.lib.j.in conſ.iij.In cauſa, quæ vertitur coram domino Vicario poteſtatis Pergami,ad fi.in conſ.44. Circa præſentem caſum notãdum.& in conſi.81. In cauſa, quæ vertitur inter reuerendum patrem.lib.ij. allegat Bar. in d.l.Celſus.verſic.dic ergo vbi,quòd bona fides præſumitur,ſi præcedat titulus verus vel putatiuus, etiã errore iniuſto,allegat etiam Cyn.in l.venditioni. C.de vſucapi. pro emptor.Idem tenet Bal.in conſ.221.Primò quęritur,vtrum in conceſſione.ad fi.lib.j.& in con.511.Quidam prælatus.in fi.lib.v.allegat not.in c.volumus.xvj.q.iiij. Idẽ videtur velle Abb.in cõſ.37.in tertio dubio.lib.j. dũ allegat c. cũ dilectus.de conſuetu.Idem ſentit Calca.in conſi.68. Idem ſentit Rota deciſ.310.Nota, quòd ex minus.in antiq.Idem tenet Calderic.in conſil.ij.verſi.& ſi vis,quòd neceſſarius.in tit.de conſtit.Idem tenet Guido Papę,q.clix.vbi,quòd alienatio prælati ſine conſenſu capituli, præſtat iuſtã cauſam præſcribendi:per tex.in c.cura.de iure patro.Sed vltra Guido.Papæ,allego ad hoc Freder.de Senis,in cõſ. ccxlvij.ver. item in remiſſione. Et hanc opinionem dicit communem Alexandrinus licet tot patres non referat in conſi. lxxv.&
in conſ.cliiij.ad fi. Eandem opi.tenet † Ripa in l.j.ff.quorũ 8
bono.vbi quòd ſpurius præſcribit hæreditatem paternã ſpatio triginta annorum, licet erret in iure,credens ſe capacem,cùm non ſit.poſt Bal.in l.nullo.C.de rei vendic.de quo dixi in conſi.clxv. numero 13.& quod error iuris non impediat præſcriptionem longiſſimi tẽporis:tenet Imola. in dicta l. nunquàm. ff.de vſucapionibus. quem refert.&
ſequi

ſequitur. Soci. in conſ. 33. verſ. ſecundò reſpondetur. lib. iiij.
Eandē opi. tenēt alij doct. relati per Fel. in d. c. de quarta. in
tertia lim. Quid tenēdum? ſi reſpiciamus ad numerum au-
ctoritatũ pro, & contra adductarũ, ſcientia hęc legalis ma
gis in opinione hominũ, quã in ratione videtur cõſiſtere.
Miror, ꝙ hodie ſic leuiter ſequamur opi. ex numero doct.
maximè cõſulendo, pleriq; enim æris cupiditate adducti,
ſecuti ſunt opin. quas aut malas notas habebant, & impu-
gnaſſent ceſſante pecuniæ libidine: aut quia animi torpo-
re aut ſegnitie capti, nõ aliter eas deguſtare curę fuit. Ego
ſcribã quid ſentiã diſtinguẽdo aliquos caſus. ¶ Primus ca-
9 ſus eſt, qñ † præſcriptio habet in ſe naturalẽ æquitatem, &
tunc error iuris nõ noceat. Puta, ſi quis præſcribat relicta
ſibi in teſtamẽto minùs ſolenni, & ita hoc caſu tenet Bal. in
conſ. 179. Qñ ſapiẽs. in fin. lib. iiij. & iſte caſus põt extẽdi ad
multa exẽpla. Quid enim, ſi quis idiota aut iuris rudis, cõ-
traxit minùs ſolẽniter cũ prælato: tamẽ re vera ille cõtra-
ctus factus eſt ad cõmodũ eccleſiæ: adeò ꝙ etiã interue-
nientibus ſolennitatibus aliter geri nõ potuiſſet res? certe
iſto caſu præſcriptio videtur in ſe habere naturalẽ æquita
tẽ. Idẽ in cõtractu cum minore, & aliis id genus. & iſto ca-
ſu videtur ceſſare fundamẽtũ, ꝙ præſumitur mala fides in
eo, qui mercatur cõtra iura: quia illud nõ videtur procede-
re in eo, qui in veritate cõtrahit bona fide, pretiũ iuſtũ ſol
uit, qui videt illud cõuerti ad vtilitatẽ eccleſię vel minoris:
adeò qđ cõditio eccleſiæ vel minoris potiùs efficitur me-
lior, q̃ deterior. & propterea, quia rẽ agi videt ad eccleſiæ
aut minoris vtilitatem, de vlteriori ſolẽnitate nõ curat. Et
iſta intelligo etiã, ꝙ præſcribẽs non tractet de dãno, quia
eccleſia vel minor velit reſtituere pretiũ poſſeſſori. ¶ Secũ-
dus caſus eſt, qñ præſcribẽs tractat de dãno vitãdo, & ec-
cleſia vel minor de lucro: & tũc error iuris nõ videtur no-
cere p̃ſcribẽti. l. iuris. ij. in fi. & l. error. C. de iuri. & facti ign.
10 facit tex. in l. qui teſtamẽto. in fi. ff. de excuſ. tut. vbi † error
ſentẽtiæ inualidæ, q̃ putabatᷣ valere, excuſat à dãno. Et ſine
dubio videtur procedere iſte caſus in perſonis, in quibus
magis toleratur error iuris, qñ agitur de vitando dãno, vt
in minore, muliere, milite & ruſtico, per ea quæ habentur
per Moder. in l. ſi quis, id, quod. ff. de Iuriſdict. om. iudic. &
in l. iuris ignorãtia. C. qui admitti. In Iuriſcõſulto enim cõ-
trahente contra formam iuris, aliud videtur dicendum.
¶ Ter

¶Tertius casus † est, qn̄ vltra omissionē solennitatis, reperitur læsio in ecclesia, vel minore, isto casu videtur ꝓcedere, quod scribit Ias. in d. §. itē, si quis. j. Instit. de actio. ꝙ talis cōtractus sine solēnitate iuris videtur factus clādestinè, & sic per dolū, & malā fidē. nō em̄ curauit cōtrahens de iuris solēnitatibus, qui intēdebat locupletari cū dāno ecclesiæ, vel minoris, & cōsiderabat id fieri nō posse, si adhibita essent solénia. ¶ Quartus † casus est, & hîc declaratur secūdus modus intelligēdi hāc duodecimā q. qn̄ fuit error iuris omninò ꝓhibitorij, & ex quo resultat act⁹ reprobatio simplex & absoluta: adeò ꝙ iste error iuris videtur in se habere implicitū errorē iuris; quodāmō naturalis. Putà, qn̄ qs facit cōtractū simulatū, & fœneratitiū. & isto casu sine dubio argui videtur dolus, & mala fides cōtrahētis: adeò ꝙ virtute talis tituli nō videtur in æternū p̄scribi posse, durāte mala fide. & de tali titulo sic reprobato, ꝙ ex eo prę̄scribi nō possit, latè tradit Barba. inter cōsilia Calca. in cōs. 28. & sub isto casu videtur cōprehēdi dispositio tex. in d. c. dudū. de decim. quē Fel dicit se pōderare in d. c. de quarta. nā ibi titulus habitus à laico super decimis, videtur omninò reprobatus, etiā iure quodāmodò naturali. Qui enim etiā rustico dubium esse pōt, ꝙ potestas spiritualium ad laicos nō pertinet. Similiter sub hoc quarto casu videtur cōprehēdi dispositio d. c. cura. de iure patr. quæ ratio videtur cessare, qn̄ titulus omninò & simpliciter nō probatur: sed solùm prohibetur, nisi adhibeatur certa solēnitas: puta in p̄lato ecclesiæ: q solū prohibetur alienare de bonis ecclesiæ, nō seruatis solēnitatib⁹ iuris. Talis em̄ ꝓhibitio sic qualificata nō est æquè odiosa, ac prohibitio simplex, & præcisa. Et (ne videar mihi adscribere istā distīctionē) in terminis casus nostri tradit Calder. in cōs. iiij. in tit. de prę̄scrip. & in cō. 9. in tit. de reb⁹ ecc. nō alie. Est verū, ꝙ in d. cō. 9. cōsiderat Calde. prohibitionē simplicē, qn̄ res ecclesiæ alienatur in laicū. Sed certè illa nō videtur omnimoda & simplex ꝓhibitio, sed qualificata: nisi interueniāt solēnia iuris. & isto casu pōt cōsiderari ę̄qtas naturalis ex ꝑte accipiētis ab ecclesia, si secūdū veritatē nihil factū sit ad p̄iudiciū ecclesię cū locupletatiōe accipiētis. Ex p̄missis abūdè æquè & vtiliter absolutā habes hanc duodecimā q. an antiquitas tp̄is vim tituli habeat, quādo titul⁹ producitur, qui vitiosus sit. & in † casibus, in qbus dictū est antiquitatē tp̄is, cuius ini- 13

tij memoria non extat in cõtrarium, nihil prodesse, quãdo apparet de vitio tituli producti, non obstat secundũ argumẽtũ supra factũ: quòd talis antiquitas habet præsumptionẽ iuris, & de iure pro se. quia respondeo tribus modis. Primò ꝙ contra talem præsumptionẽ admittitur probatio in contrariũ, per confessionem partis: vt habetur in auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. & in l. fi. ff. quod metus cau. Sed quando producitur titulus præscribẽtis, vel eius auctoris, satis videtur apparere de eius cõfessione per scripturã, quæ semper loqtur. Secũdò rñdeo, ꝙ lex cõtulit vim tituli tali antiquitati tẽporis, qñ cessat ꝓuisio hominis. Sed quando apparet de expressa prouisione hominis, cessat tũc legis ꝓuisio. Tertiò respõdeo, ꝙ lex præbet efficaciã tituli tali antiquitati tẽporis, & præscriptionẽ tam antiquã ꝑsuppositis aliis habilibus ad præscriptionẽ: puta ꝙ præscribẽs sit capax iuris, quod præscribitur, ꝙ sit in bona fide: quia quoties de aliquo disputatur, præsupponũtur omnia habilia aliũde. l. qui testamẽto. in prin. ff. de testa. c. j. de ætate, & qualit. sed qñ apparet de titulo vitioso & reprobato, cessat bona fides: & fides mala apertissimè arguitur, quę ꝑscriptionẽ in æternũ impedit: vt inferiùs dicemus. & sic fateor, ꝙ contra talẽ præsumptionẽ iuris, & de iure non admittitur probatio in contrariũ, quominus præscriptio tãti tẽporis vim tituli habeat, dummodo præscribens sit in bona fide.
14 Quartò † respõdeo, ꝙ contra præsumptionẽ iuris & de iure, admittitur probatio in contrariũ per indirectũ. gl. sing & cõmuniter approbata in clem. j. de probat. quã glo. pro multũ not. refert & sequitur Soc. in consil. 242. versic. quoniã ad hoc videbatur posse responderi. lib. ij. illã etiã gl. dicit singularẽ, & cõiter approbatã idẽ Soci. in cons. 191. vers. quæ ratio cessat. lib. ij. modò licet directò non admittatur quis ad probandum antiquitatem tanti temporis vim tituli nõ habere, admittetur tamẽ per indirectũ, dicẽdo: ego nõ dico quin antiquitas tãti tẽporis vim tituli habeat: sed dico, ꝙ talis titulus hic nõ nocet: qa præscribẽs fuit in mala fide. probationẽ ꝓduco titulũ hũc expressum: ꝑ quẽ apparet contractũ fuisse cõtra expresſã iuris ꝓhibitionẽ, & cõtra ius quodãmõ naturale. ¶ Hãc tñ † duodecimam. q. & dicta in ea intelligo, qñ quis ignoranter, quid soluisset ex
15 tit. inualido: secus si sciẽter sciẽs ipsum titulũ eẽ inualidũ: quia tũc cẽsetur approbatus talis titulus qñ expresſẽ ꝑ
proba

probatio fieri posset, per ea, quæ habentur in l. si certis annis. C. de pact. & in l. j. C. de fideic. vbi latè habetur, an præstatio subsecuta confirmet titulum inualidum. an autem præsupposita sciẽtia facti, id est, tituli, possit quis allegare ignorantiam iuris circa eius inualiditatem, vbi agitur de vitando damno: habetur in locis ordinariis. ¶ Decimotertiò † quæro, an in præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in cõtrarium, noceat mala fides præscribentis? Videretur dicendum, ꝙ non, & ꝙ imò allegari non possit mala fides post triginta annos: quia ex cursu triginta annorum videtur purgari præsumptio malæfidei. Bar. in l. fi. in fi. C. vnde vi. cum simil. vt Deci. tradit in consil. 267. & in consi. 272. Ias. in §. sed iste. nu. 100. insti. de actio. & in cõs. 57. in consi. 72. lib. j & in consil. 209. lib. ij. Curtius iunior in consi. 52. Addo Paulum de Cast. in consi. 169. Viso quodam processu agitato Forliuij. lib. j. vbi, ꝙ post lapsum † longissimi tẽporis mala fides allegari non potest. similiter Corn. in cõsi. 96. lib. iiij. voluit bonam fidem simpliciter præsumi ex lapsu temporis longissimi. Et in terminis, ꝙ mala fides † non noceat in præscriptione tẽporis, cuius initij memoria non extat in cõtrarium, tradit Deci. in l. traditionibus. C. de pact. in consi. 496. & in consi. 638. allegat Salic. in l. ij. C. de serui. idẽ tenet Ioan. Zenobius de Vbaldis, inter cõsilia Bal. in consi. 370. Verba rescripti. circa fi vers. nõ obstant ea, quæ dicuntur. lib. iij. & nouissimè Boërius dec. 39. nu. 7. vbi simpliciter refert, & sequitur Sali. in dict. ij. C. de serui. ¶ Sed † contrarium, ꝙ imò noceat mala fides in tali præscriptione: tenet gl. in c. j. in gl. pen. in verb. nisi. de præscriptio. lib. vj. & ibi Francus. quã gl. refert, & sequitur decisio Neapoli. decisio. 368. vet. & ideò voluit. Idẽ tenet Ange. de Areti. in §. furtiuæ. circa prin. Instit. de vsuca. vbi, ꝙ de iure canonico possessor malæfidei non præscribit in ęternum. idẽ vult Abb. in c. fin. in primo notab. de constitutio. vbi requirit bonam fidem, vt quis præscribat contra supremam potestatem Imperatoris. & tamen tali potestati non præscribitur, nisi per tempus antiquissimum, cuius initij memoria non extat in contrarium? vt habetur in l. imperium. ff. de iurisd. om. iu. Imò plerique volunt talem potestatem supremam non esse præscriptibilem. Idem vult Domini. in c. sacrosancta. 22. distin. quem refert, & sequitur Felin. in c. cum nobis. de præscriptio. inferens, ꝙ Græci non potue-

16 17 18 19

runt præscribere contra superioritatem Romanæ ecclesiæ, cuiuscunque temporis propter malam fidem. Eãdem opinionem tenet Bertachi. in iij. parte sui reperto. in verbo, præscriptio, quomodo causatur. versi. fin. Orlandus de Curte inter cons. Calca. in consi. 6. vbi, q̃ mala fides opponi potest vsque ad triginta annos, & millia millium. idem tenet Bartholomæus de vulpis de Socino inter consilia eiusdem Calca. in consi. 53. Iason in consil. 24. libr. iij. ponderando, quòd in præcedentibus locutus fuerat Ias. de præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. & tamen vult, quòd noceat mala fides. Eandem opinionem tenet Alexandrinus in consi. 13. Idem ego
20 tenui in consi. 146. & ibi † respondi ad dictum Bart. in d. l. fi. C. vnde vi. quòd procedit de iure ciuili: secùs de iure canonico, cui standum est in hac materia malæ fidei: vt habetur in reg. possessor malæ fidei. lib. vj. tradit Roma. in consilio 275. ante fin. Alexand. in consil. 185. versicu. & prædicta sunt seruanda. lib. ij. in consi. 51. lib. v. decisio Neapoli. decisio. 13. versi. & si diceretur mihi. Deci. in consi. 144. versicul. præterea iste. Sed ista responsio non videtur satisfacere: quia Barto. non dicit, quòd post triginta annos possit quis præscribere cũ mala fidè: quia si hoc diceret, malè loqueretur attenta dispositione iuris canonici, cui (vt dixi) standum est: sed dicit Bar. quòd præsumptio malæ fidei præcedens, tollitur per cursum triginta annorum, Vult ergo Barto. secùs esse in mala fide vera, non præsumpta: quia mala fides nunquam tollitur, neque purgatur per aliquem temporis lapsum: puta, quando ex instrumento vel testibus apparet, quòd scienter quis emit rem alienam, prout in casu, in quo consului, id dicto consi. 146. vbi vnus fratrũ vendiderat rem communem suo, & fratris sui absentis nomine, & sic verè apparebat, quòd emptor sciebat rem ad aliũ fratrem pertinere pro rata. Quòd autem dictum Bar. non procedat, vbi verè constaret de mala fide aliter, quam per præsumptionem: tenet Areti. in dicto consil. 153. Consultatio. in fi. additio. ad Barto. in d. l. fin. C. vnde vi. & profectò, si videantur docto. tenentes opinionem Bar. omnes loquuntur in mala fide præsumpta, excepto Decio in d. cõsil. 267. & in dict. consi. 272. vbi loquitur, quando constat de mala fide præcedenti. Sed vel dictũ Decij debet intelligi secundum dictum Barto. quem allegat, q̃n constat per præsumptionem

ptionem tãtùm, vel si aliter intellexit, malè locutus est ad salutis perniciem. Æquè dum Pau. de Cast. in d. consil. 169. lib. j. voluit malam fidem allegari non posse post triginta annos, debet intelligi de mala fide præsumpta non vera. & istud est quod † docto. dicunt præsumi bonam fidẽ ex tem 21 poris diuturnitate. Inno. in c. ij. de in integrum restitutio. Abb. & Doct. in c. consultationibus. de iure patronat. & idẽ Abb. in consi. 89. libr. j. Alex. in consil. 78. libr. vj. in consil. 16 versi. quinimò fortius. lib. v. in consi. 15. Viso themate. li. ij. Aret. in consi. 63. In præsenti consultatione. versi. modò posito. Sed ista præsumptio, quæ insurgit ex antiquitate temporis, recipit probationem in cõtrarium, vt suprà dictum est in 12. quæstio. Putarem tamen, quòd si præsumptio malæ fidei esset fortior, quàm præsumptio bonæ fidei prouenients ex temporis antiquitate, ꝙ præualeret præsumptio fortior malæ fidei: quia vna præsumptio tollit aliã, & fortior tollit debiliorem. l. pen. ff. de resti. in integ. & ibi no. & in præcedentibus diximus ad aliud propositũ. & ita in specie tenet Feli. in cap. vigilanti. in fi. de præscriptio. Boërius decisio. 211. in ij. parte. ¶ Decimoquartò † quæro, vidimus 22 suprà, ꝙ per consuetudinem, aut præscriptionem temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, acquiruntur regalia & principi reseruata, an procedat talis consuetudo aut præscriptio, quando esset onerosa ecclesię: videretur dicendum quod non: quia talis consuetudo reprobatur. c. j. de consuet. Contrarium tenet ibi Decius, alleg. Bal. in c. j. in prin. versi. quæro quanto tempore. qui feu. dare poss. in vsib. feud. Cardinal. in clemẽ. ij. q. viij. de rebus ecclef. non alienan. Addo Rotam decisio. 841. Vtrũ valeat consuetudo. in antiquis. facit Abbas in consi. vij. lib. ij. vbi, quòd ex tali consuetudine, cuius initij memoria nõ extat in contrarium, potest Episcopus recipere onera extraordinaria ab ecclesiis sibi subiectis. & tradit idem Abbas in consi. 26. in ver. sed prædictis. lib. ij. ¶ Decimoquintò † quæ- 23 ro, an in tali consuetudine temporis, cuius initij memoria non extat in contrariũ, necesse sit quærere de actibus, à quibus originẽ habuit talis consuetudo? dic ꝙ non. Old. in consi. 244. Quia tota. versicu. tertiò opponitur. ¶ Sed aduerte, ꝙ licet non sit necesse deducere, & probare actus, à quibus exordiũ sumpsit talis cõsuetudo: quia hoc esset impossibile, cũ excedat hominũ memoriã. est tñ necesse pro-

bare actus in quibus per hominũ memoriã ita fuit obseruatum. imò idem puto in cõsuetudine breuioris temporis ꝙ nõ sit necesse deducere, & probare primos actus, à quibus originẽ sumpsit. sed satis est deducere tot actus, quot sufficiant ad consuetudinem inducendam iuxta no. in l. de quibus. ff. de legib. & de modo probãdi consuetudinẽ, scri
24 psi in consi. 134. ¶ Decimosextò † quæro, an per istã præscriptionẽ tanti tpis, cuius initij memoria nõ extat in contrarium, acquiratur ius aliquod fortius, quã per præscriptionẽ breuioris tpis? dic ꝙ sic: quia ꝑ præscriptionẽ longi aut longissimi tpis, solùm acquiritur dominium vtile: per istã autem præscriptionẽ tpis, cuius initij memoria non extat in cõtrarium, acquiritur dominium directum. Fel. in rub. de præscri. in tertia fallentia. Bal. Alex. & Mod. in l. traditio
25 nibus. C. de pact. Dec. in cõsi. 85. & in consi. 496. ¶ † Vtilitas autem, ꝙ acquiratur directũ dominium est magna: quia si acquiritur dominium directũ, ius prioris dñi in totũ extinguitur: cùm duo non possint esse dñi insolidũ, respectu eiusdem rei & eiusdẽ dominij. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cõmodati. cõsequẽter si res præscripta, veniret ad priorẽ dñm, posset ab eo vendicari per præscribentẽ: secus, si præscribenti quęsitũ esset ius aut dñium vtile tñ: vt habetur in l. si quis emptionis. C. de præscript. triginta vel quadraginta annorũ. vbi fit differẽtia inter præscriptionẽ longi & longissimi tpis: quia præscribens longo tpe cũ titulo, potest rem vendicare etiam à dño directo: secus in præscribente longissimo tpe sine titulo: quia is nõ vẽdicat à vero dño. quicquid nimium generaliter dixerit Corn. in consi. 14. lib. iij. Corne. tñ opinio. voluerunt Petr. Cy. & Ray. in d. l. si quis emptionis. vbi voluerunt, ꝙ etiam acquirens vtile dominium per præscriptionem, possit agere rei vendica. contra dñm directum. sed Alex. in consi. 238. in princ. lib. vj. tenet, ꝙ agi non potest contra dominum nec alium habentem rem hypothecatã à vero domino. Rursus si res
26 † præscripta perueniat ad tertium possessorẽ, & dñm directum dicatur acquisitum præscriptione, nõ poterit dominus directus agere contra tertiũ possessorem: quia ageret sine vllo iure: secus si dñiũ directum non dicatur extinctũ præscriptione: quia poterit dñs directus agere contra tertium possessorẽ. nec poterit tertius possessor opponere cõtra dñm directum de iure tertij, qui præscripsit: & dicere:
tu non

tu non potes agere, cùm alius præscripserit dominiũ vtile huius rei. d.l. si quis emptionis. Bal. in cõsi. 9. Factũ tale est. lib. j. ¶ Decimoseptimò † quæro, an exceptio istius præscri- 27
ptionis tẽporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, obstet agenti possessorio? Dic ꝙ sic: etiam si agatur possessorio ad decimas. Rota decisi. 259. Si rector alicuius. in nouis, refert, & sequitur Gozadin. in consi. 7. ¶ Decimo-
octauò † quæro, an præscribatur iuramento fidelitatis per 28
tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, vt acquiratur libertas nõ præstandi, si quis illud nõ præstiterit per tempus tam antiquum? Ab. in consi. 82. ver. ij. principaliter. lib. j. ꝙ sic. Sed aduerte circa istud dictum Abb. quia si loquimur in eo, qui recognouit rẽ feudalem, aut in eius successore vniuersali, non vr̃ præscribere ius directi dominij nisi à tempore interuersæ possessionis. l. malè agitur. C. de præscri. triginta vel quadraginta anno. Cessante igitur interuersione possessionis, nũquam currit præscriptio contra dominum directum. Si verò loquimur in successore singulari dictum Abb. posset procedere, posito, ꝙ talis successor nunquàm recognouerit, & rem tenuerit, tanquã liberã bona fide. imò isto casu non videtur necessaria præscriptio tẽporis tam antiqui, sed sufficere videtur præscriptio triginta vel quadraginta annorum: per dicta suprà in viij. q. In eo verò, qui tenet rem tanquã feudalem, non videtur ꝙ possit præscribere contra iuramentum fidelitatis: quia ex quo dominus directus vtitur iure suo, in aliquib. videtur conseruare ius suum in totum. In † materia enim 29
præscriptionis vsus in parte, conseruat ius in totum. l. si is, qui vsumfructum. ff. de vsufr. Bar. in consi. 189. Primò quæritur. Romá. in consi. 198. Non est dubium. Pau. de Castr. in consi. 179. In causa, quam magnificus. lib. j. Cornæ. in consilio 268. libr. iiij. & quia vasallus videtur in mala fide: quia tenendo rem, tanquã feudalem, scit se teneri ad iuramentum fidelitatis. Dictum † tamen Abb. posset procedere re- 30
spectu præstationis eorum, quæ continentur in iuramẽto fidelitatis: quia si vasallus per tempus tam antiquũ ea nunquam præstitit, vel aliqua tantùm præstitit, non posset dñs eum cogere ad præstandum iuramẽtũ fidelitatis tale. per quod nouitas fiat cõtra vasallũ. ita Soci. in consi. 257. versi. præterea aduertendum est. lib. ij. & contra dictũ Ab. adduco Bal. in d.l. malè agitur. versi. per quas leges dicunt.

31 ¶Decimononò quæro,† an in cõsuetudine collectandi forenses, requiratur tantũ tempus, cuius initij memoria nõ extat in contrarium? videtur dicendum, ꝙ sic: quia habet causam discontinuam, per ea, quæ habẽtur in l. seruitutes. la grande. ff. de seruitu. & ita in specie quæstionis nostræ tenet Bar. in l. j. C. de mulie. & in quo loco. lib. x. & in l. cũ neque originales. C. de incol. eo. libr. x. sequitur Alex. in cons. 52. lib. v. & in cons. 78. circa fi. lib. vj. Aret. in cons. 132. In causa, quæ vertitur. ver. ij. respondeo. Dec. in consi. 285. circa fi. vbi tamen allegat Alex. in cõsi. 68 lib. ij. vbi Alex. tenet expressè contrarium, ꝙ nõ requiratur tantum tempus. & ꝙ requiratur tempus cuius initij memoria nõ extat in contrarium in collectandis forensibus, voluit Corn. in consil. 268. lib. iiij. Curt. iun. in cons. 90. Sed contrarium, ꝙ tãtùm tempus non requiratur, sed sufficiat tempus decem annorum in consuetudine collectandi forẽses: tenet Alex. in d. cons. 68. ver. nec obst. ꝙ videatur necessarium. lib. ij. vbi arguit hoc modo. Nam tale ius collectandi, non est de reseruatis principi: cũ inferior possit statuere, ꝙ forensis teneatur ad collectas. quod dictũ refert & sequitur Fel. in d. c. cũ nobis. ver. demũ nota vnum signum. de præscrip. Ias. in d. l. de quibus. versi. & per prædicta redditur valdè. ff. de legib. Curt. iun. in consi. 6[illegible]. Ista opin. vr̃ procedere præsupponta potestate statuendi cõtra forenses possidentes bona in territorio statuentium. Sed difficultas est in rñdendo ad argumentum suprà factũ in contrarium, ꝙ istud ius collectãdi habet causam discontinuã, ob id necessarium vr̃ ꝑ antiquissimũ, cuius initij memoria nõ extat in cõtrarium. Sed solutio colligitur ex dictis Doct. istã partẽ tenẽtiũ: videlicet, ꝙ hîc agitur de cõsuetudine, per quã acq̃ritur ius vniuersis de populo: in qua cõsuetudine etiã iuri cõtraria, sufficiũt decẽ anni, nõ habita rõne an habeat cãm cõtinuam vel discontinuã: vt s̃. vidimus in iiij. differentia inter cõsue-
32 tudinẽ & præscriptionẽ. Secundò † rñderi potest, ꝙ cõtrarium procedit in iuribus realibus habẽtibus cãm discõtinuam, in quibus requiritur tp̃s antiquissimũ: secus in personalibus in quibus cadit possessio, vel quasi qñ aliquod ius debetur à persona personæ. nã tunc talis possessio seu quasi, dicitur cõtinua propter animũ personæ, cui ius debetur: quæ persona cõtinuè retinet possessionẽ ciuilẽ aio Ita rñdet & declarat Bar. in l. iusto. §. nõ mutat. ff. de vsuca

sequi

ſequitur Pau.de Caſt.in cõſ.444.In cauſa, quæ vertitur inter communitatẽ.li.j.in conſ.iij.In cã, quæ vertitur coram domino vicario poteſtatis Pergami.& in conſil.112.Super primo videtur dicendum dictam ſententiam.lib.ij.Aret.in conſi.153.Conſultatio.ver.ij.præmittendum.Corn.in dict. conſi.268.verſi.nec obſtat ſecunda ratio.lib.iiij.Addo Dominic.in c.non eſt.de conſue:lib.vj.vbi, ꝙ ius præſcribendi confirmationem Epiſcopi, aut Archiepiſcopi, non dicitur habere cauſam diſcõtinuam, cùm perſona Archiepiſcopi continuè poſſideat, ob id non requiritur antiquiſſimũ tp̃s in tali præſcriptione, cuius initij memoria non extat in contrarium.quod Domi.dictũ refert & ſequitur Aufre.in deciſ.Capel.Toloſ.q.324.in fin.aliquid dixi in conſ.iiij.Sed contra † iſtud dictum, ꝙ ſufficiat decenniũ in cõſuetudine 33
collectandi forenſes, vr̃ aliud obſtare: quia præſumptio iuris cõis eſt contra præſcribentem: cùm de iure cõi collecta non imponatur forenſi.l.reſcripto.§.fi.ff.de mu.& hon.ob id ceſſante titulo, vr̃ neceſſarium tempus, cuius initij memoria non extat in contrariũ.c.j.de præſcri.lib.vj.Solutio ille tex.nõ procedit in cõſuetudine inducta ab eo; qui expreſsè poſſet ſtatuere ſuper eo, ſuper quo inducitur cõſuetudo: quia tunc dici non põt pręſumptionẽ iuris eſſe cõtra inducentem cõſuetudinẽ, ex quo tale ius expreſsè tolli poterat.ita declarat Fel.in d.c.ſi diligenti.ver.iij.reſtrictio.de conſue.& quod ille tex.non procedat in conſuetudine, tradit Dec.in cõſi.134.ver.ij.rñdetur.Secundò rñdetur, ꝙ tex. in d.c.j.de præſcriptio.lib.vj.non procedit, niſi quando ageretur de leui præiudicio.Felin.in dicto capitu.ſi diligenti. Sed hîc videtur agi de leui præiudicio: quia ſi forenſis collectatur in loco poſſeſſionis bonorum, iam non collectabitur pro eiſdem bonis alibi in loco domicilij, aut originis: quia pro eiſdẽ bonis onere duplici grauari quis nõ debet.l.nauis.§.cùm autẽ.ff.ad l.Rho.de iact.l.incola.& l.fi.§. itẽ reſcripſerunt.ff.ad munic.l.Titia.§.qui inuita.ff.de leg. ij.l.qui dotem.ff.de dote pręleg.& in collecta tradit Bar.in conſi.196.Ciuitati Camerinæ.ver.nec obſt.quod no.Tertiò reſpondetur, ꝙ non procedit tex.in dict.c.j.niſi quando ius commune fortiter reſiſtit contra præſcribẽtem: ſecùs ſi ſit leuis præſumptio. Abb.in capitul.vigilanti: de præſcript.quod dictum pro aureo refert & ſequitur Felin.in capitul.de quarta.verſicul.ſed conſidera circa primum.&

in c.si diligenti.versi.dum subdit Abb.de præscriptio.Dec. in d.consi.134.subdit propterea Dec.ꝙ laici præscribũt ius patronatus.40.annis:quia ius commune non fortiter resistit.Eodem modo dicamus in casu isto, ꝙ ius commune non fortiter resistit,cùm ex cõsuetudine forenses plurimi
34 collectentur in locis,vbi bona possidẽt. ¶Vigesimò† quæro,quid in præstationibus annuis,an tollantur pręscriptione temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium? Guid.Papæ q.406.tenet,ꝙ tollantur spatio centum annorum.idem tenet Boërius decis.336.in fi.vbi idem, licet reditus annuus esset relictus in perpetuũ: per l.si vsusfructus ff.de vsufr.lega.vbi Bar.& idem Bar.in l.Mæuius.§.fi. ff.de lega.ij.plenè per Io.de Ana.in consil.39.Sed aduerte: quia puto,ꝙ Guid.Papæ,& Boërius nimiũ generaliter fuerint locuti.si enim loquimur in relicto annuo sine dubio bene loquuntur:q̃a illud ęquiparatur relicto vsusfructus, & non trãsit ad hæredes.l.in singulos.ff.de annuis leg.& legatum annuũ censetur relictũ ad alimenta.l.cũ hi.§ si in annos.ff.de transact.quod etiam legatũ alimentorum nõ trãsmittitur ad heredes.d.l.cũ hi.§.modus.ff.de transact.l. Titio vsusfructus.ff.de vsufru.leg.Bal.in auth.cui relictũ. in fi.C.de indi.vidui.tol.nõ igitur mirum si tali relicto annuo præscribitur centũ annis: q̃a non debetur vltra vitam legatarij,etiã cessante præscriptione.Sed vbi ageretur de præstatione annua debita ex cõtractu,tenendo opi. Vltramõtanorũ,ꝙ tot præscriptiones sint necessariæ,quot sunt anni.quã opi.tenẽt Guid.Pap.& Boërius in dictis eorũ decisionib.Similiter vbi ageretur de annuo relicto,cuius natura esset alterata per testatorẽ,ita ꝙ trãseat ad oẽs heredes in infinitũ:iuxta l.in annalibus.C.de leg.puto,ꝙ opin. Guid.Papæ & Boërij nullo modo possit ꝓcedere: q̃a si tot præscriptiones sunt necessariæ,quot sunt anni,q̃uo volũt, ꝙ pro iure futuro,& quod nondũ peti poterat,currat pręscriptio.cõtra reg.l.j.C.de anna.exce.q̃ nõ valẽti agere nõ currit præscriptio.Rursus doct.simpliciter & gñaliter loquuntur,ꝙ tot præscriptiones sunt necessariæ, quot sunt anni.& tñ attẽto dicto Guid.Papæ & Boërij,sequeret̃ maxima restrictio & limitatio ad cõclusionẽ doct.q̃a in effectu,si bñ cõsideras,solũ erit necessaria pręscriptio aliquot annorũ,donec vẽtũ sit ad præscriptionẽ cẽtenariã:contra l.de pretio.ff.de publicia.Nec aliq̃d faciũt iura allegat.per Guid.

Guid.Papæ,& Boëriũ:quia(vt dixi)loquuntur in his, quæ de sui natura nõ sunt trãsitoria ad heredes, put in vsufructu,vel annuo relicto.ob id arguũt de casu valdè diuerso, & habẽte rõnẽ valdè diuersam.¶Sed dicet†aliqs, imò agi 35
põt pro iure annuo de pręsenti,vt cogatur debitor soluere suo tẽpore:iuxta plenè no.in l.j.C.de fideic.Dec.in l.j.C.de insti. & subst.Capel.Tolos.q.30.& sic non obstabit reg.d.l.j. C.de anna.excep.Rñdeo,ꝙ tale iudicium non poterit perpetuare actionem,nisi ad annos 40.ideò si dicas præscribi annis centum,semper fiet contra illam regulam, ꝙ curret præscriptio nõ valenti agere:qa pręscribetur iuri de futuro,quod perpetuari non potuit in tm̃ tempus.¶Sed in alia præscriptione†breuioris tpis,quomodo præscribatur iu- 36
ribus annuis?Si quidẽ loquimur de iure annuo debito ex vltima volũtate:doct.cõueniunt Citramõtani,& Vltramõtani,ꝙ tot præscriptiones sint necessariæ, quot sunt anni: in annuo verò iure debito ex cõtractu Citramõtani tenẽt, ꝙ vna tm̃ est obligatio,ob id,quod vnica sufficit præscriptio.Bar.& Mod.in l.de pupillo.§.si in pluribus.ff.de oper. no.nun.& in l.cũ notissimi.§.in his.C.de præscri.30.vel 40. an.Spe.in tit.de loca.§.nunc aliqua.ver.41.Aret.in cõsi.112. versi.vnde concluditur.latè Cor.in consi.22.ver.his tñ non obstantibus.lib.iij.Ias.in consi.vij.ante fin.lib.j.vbi ista est communis opinio. Vltramontani verò tenent idem esse in iure annuo debito inter viuos,quod in vltima volũtate:vt tot præscriptiones sint necessariæ, quot sunt anni : vt per Guid.Papæ,dicta quæst.406.Aufrerius in decis.Capel.Tolos.q.342.vbi ꝙ ista est cõis opinio eorum, quam etiã opi. sequitur Boërius in dicta decisio.336.subdit tñ Boërius ibi in vltimis verbis,ꝙ de consuetudine generali Francię,sufficit†vna præscriptio triginta annorum.Quod si verũ sit, 37
apparet cãm præscriptionis in Francia multũ esse fauorabilem,& satis fauorabilis est in patria Delphinatus,in qua procedit præscriptio etiã cũ mala fide in actionib.personalibus contra cõem opinionem : vt per Guido Papæ,q.199.
¶Vigesimoprimò†quæro, qualiter probatur præscriptio 38
tãti tpis,cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ? tradit gl.in d.c.j.de præscrip.lib.vj.qñ scilicet testes deponunt, ꝙ nunquàm viderunt, neq; audiuerunt ipsi neq; audiuerunt alios vidisse aut audiuisse aliter fuisse factũ, & ecõtrà, si agatur de probando affirmatiuã,memoriã extare.similiter

Old.in cõsi.172.Quia omnes.ꝙ probatur memoriam non extare in contrarium,quando testes deponunt de cõmuni opinione,& fama eorum,qui circa id arbitrantur:scilicet,ꝙ nõ vidit aliquem,qui viderit videntem, vel audierit audientem cõtrarium eius,quod articulatur. Et ꝙ debeat probari communem opinionem esse,ꝙ memoria non sit in contrarium:vel communem opinionem esse nõ vidisse eos,qui viderint vel audiuerint,ab aliis, eorum tempore, fuisse seruatum contrarium,tradit Alex.in cõsi.16.ver.nec obstat etiam,si responderetur.lib.v.& in consil.177.libr.vj. Cor.in consi.268.versi.licet etiam talis probatio.libro iiij.
39 ¶Sed † an talis probatio memoriam non extare in contrarium,fieri possit per instrumenta?Io.Andr.in d.c.j.de præscri.lib.vj.ꝙ non.sequitur Alex.in d.cõsi.16.lib.v.¶Sed qualiter probetur affirmatiua,scilicet memoriam hominum
40 †extare in contrarium?Dic,ꝙ probando à cẽtesimo anno citra fuisse obseruatum cõtrarium ante litem contestatã. Alex.in d.cõsi.16.lib.v.post Io.And.& Ant.de Butr.in c.quid per nouale.de ver.sign.¶Similiter affirmatiua memoriam in contrarium extare,probatur per instrumẽta,ex quibus apparet de contraria obseruantia.Io.And.in d.c.j.circa fi. de præscrip.lib.vj.sequitur Alex.in consi.75.versic.ij.potest responderi.libr.iiij.pro quo facit Curtius iunior in consil. 174.vbi,ꝙ non potest considerari præscriptio, cuius initij memoria non extat in contrarium,quando constat de initio tituli non ita antiqui.& sic optimus probandi modus memoriam extare in contrarium,erit si produci possit titulus rei,de qua agitur,ex quo appareat rem nõ ita de an-
41 tiquo esse, vt contenditur.¶Sed videtur,†ꝙ etiam consuetudo antiquissima,& negatiua,cuius initij memoria non extat in contrarium,possit probari per scripturam.l.vetustissimam quæ est vltima, vbi Ange.C.de iure domi.impet. vbi ex librorũ recitatione probatur consuetudo circa præscriptionem pignorum.Sed certè ibi agitur de cõsuetudine affirmatiua præscribẽdi pignora.Sed in cõsuetudine negatiua,ꝙ per scripturã probari possit,adduco Soci.in cõsi. 94.In causa validitatis instrumẽti.ver.circa fm fundamentum.li.j.vbi,ꝙ per libros officij probatur consuetudo recipiẽdi fideiussiones,sine testibus:& sic cõsuetudo negatiua, ꝙ testes nõ sunt necessarij in receptione fideiussionis. Sed cõsidera ꝓ solutione,ꝙ ista potius vr̃ cõsuetudo affirmatiua,

tiua, quod recipiantur fideiussionũ acta sine testibus. Rursus ad dictum Soci. posset rñderi, quod nõ sufficit produci scripturas officij, in quibus apparet receptas esse fideiussiones sine testibus: nisi probetur, quod talibus scripturis fides data sit. ita Ab. in cõsi. 53. & in cõsi. 73. lib. ij. vbi, quod ex pluribus instrumentis, in quib. non reperitur apposita aliqua solennitas, nõ probatur cõsuetudo, quod instrumenta possint fieri sine illa solennitate: nisi probetur, quod talibus instrumẽtis fides data sit, & venerit in notitiã maioris partis notariorũ, & populi sed dictũ Abb. mihi nõ placet in tpe antiquo, cuius initij memoria nõ extat in contrariũ: quia tunc plura instrumenta de antiquo habent vim probationis famæ: vt habetur in l. cũ aliqs. C. de iur. deli. & dictũ est suprà in prima parte, quę probatio per famã in antiqs sufficit etiã vbi agitur de graui pręiudicio: vt sæpè dictũ est. ¶ Sed qualiter † probatur pręscriptio annorũ centũ: quã dixi esse maiorẽ 42
præscriptionẽ cuius initij memoria nõ extat in contrariũ. gl. in d. c. cùm nobis. de præscrip. dicit probationẽ esse impossibilem, cũ probari non possit, neq; instrumentis, neq; testibus, & idem dicit Dec. in c. cùm dilecta. in decimo, notab. de cõfir. vtili vel inuti. nisi sm eum, probetur per testes deponentes de auditu & fama: sed non puto talem probationem sufficere in præscriptione cẽtum annorũ: quia hoc modo ecclesia Romana, quæ sola gaudet priuilegio præscriptionis centenariæ, in effectu nõ ita reperiretur priuilegiata: cũ etiã inter priuatos sufficiat probatio per auditũ & famã in his, quæ excedũt merã annorũ centũ. vt s. diximus in prima parte, in materia famę. Rursus illa probatio per auditũ & famã, sufficit in probatione dñij iam acquisiti, seu quod iam acquisitũ dicitur, in antiquis. sed qñ agitur de probando acquisitionẽ dñij, in qua acquisitione necessarium est tempus centum annorum, quod sufficiat probatio per auditum & famam, hoc non videtur iuri consentaneum. Iam gl. & doct. in d. c. cùm nobis. de præscri hãc probationẽ præscriptionis centenariæ per auditũ & famam, expresse reprobant. ob id modũ probãdi talẽ præscriptionem centenariã tam per testes, quã per instrumenta, tradit Ab. in d. c. cũ nobis. fama tñ & aliæ præsumptiones multũ operãtur in huiusmodi præscriptione centũ annorũ probãda: vt per Bal. in d. auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl. ¶ Vigesimo secũdò † qro, an sublata præscriptione vel con- 43

ſuetudine, cenſeatur ſublata ea, cuius initij memoria non extat in contrarium? dic, ꝙ non: vt per Feli. in rub. de præſcrip. ſequitur Deci. in conſi. 271. & in conſi. 496. Quod procedit, licet reprobetur, aut tollatur præſcriptio longiſſimi temporis: quia nõ cenſetur ſublata ea, cuius initij memoria non extat in contrarium. Abb. in conſi. 26. verſi. ſed prędictis. libr. ij. & licet lex, aut ſtatutum loquatur per verba vniuerſalia negatiua, ꝙ nulla currat præſcriptio. Feli in d. rub. de præſcripti. Iaſ. in conſi. 92. lib. iij. ¶ Ampliùs ſublata præſcriptione, nõ cenſetur ſublata præſcriptio longiſſimi temporis 40. annor. quando ſtatutum remouens præſcriptionem, poteſt aliquid operari. Bal. in c. j. §. prætereà. circa fi. de c. Corra. & in conſil. 44. Contra quendam. circa fin. verſi. præterea dixit lex. lib. v. Aret. in conſil. 15. in tertio dubio. & in conſil. 103. In cauſa, & quæſtio. verſi. ſecundò præmitto. Fel. in d. rub. de præſcri. Curtius Iunior, in conſi. 158.
44 ¶ Vigeſimotertiò † quæro, an contra præſcriptionẽ centenariam, aut cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ, cõpetat reſtitutio in integrũ? Hanc quæſtio. latiſſimè examinat Boërius deciſ. 39. dicens, ꝙ ab adoleſcentia ſua vſq; ad id ætatis, tempus, nihil ſcripſit difficilius, propter varietates docto. quas copioſiſſimè adducit. Sed videtur mihi, ꝙ in vno confusè & æquiuocè fuerit locutus: quæ res difficiliorem præſtitit quæſtionem. nam dicit Boërius, ꝙ in hac materia Alexan. fuit ſibi contrarius: quia in conſi. 151. Viſo themate. in conſi. 163. lib. ij. in l. iij. §. Labeo. ff. de acqui. poſſeſ. & in l. cùm filius. §. in hac. ff. de verbo. oblig. tenent non competere reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum ex capite ignorantiæ. & tamen idem Alexand. in conſil. 71. lib. j. in conſil. iiij. verſic. nec obſtat ſi diceretur. lib. ij. in conſi. 116. libr. v. in conſil. 39. nu. 17. & nu. 21. libr. vj. quod priùs habetur, in conſi. 63. libro iiij. & in conſil. 150. lib. vij. ſecutus fuit Bald. in l. falſam. C. ſi ex falſis inſtrumen. vbi voluit, quòd tempus quadriennij ad petendum reſtitutionem in integrum, ſit † vtile ab
45
initio: nec currit ignoranti, licet per centum annos petita non fuerit reſtitutio in integrum. idem voluit Alexand. in conſi. 89. verſi. vel dato, quòd præſcriptio, lib. ij. in conſi. 69. verſi. vnum tamen rememoror. lib. iij. in conſil. 63. verſi. nec obſtat ſi diceretur. & libr. iiij. quæ conſilia refert, & ſequitur Iaſ. in d. authen. quas actiones. verſi. vnum tamen tene

perpe

perpetuò cordi. C. de sacrosanct. eccle. Addo Alex. in consi. 84. lib. j. idem etiam voluit Abb. in c. j. de præscri. & in consil. 32. circa fin. lib. j. Corn. in consil. 219. lib. ij. & in consil. 87. lib. iiij. Bertachi. in tertia parte sui repertorij, in verb. restitutio in integrum quando. versicu. 17. & in verbo, terminus currit. versicu. 17. Pau. de Castr. in consil. 298. Quòd dictus Guido. circa fi. lib. j. Soci. in consi. 194. versicu. iij. quia restitutio. lib. ij. & in consi. 66. circa finem libr. iiij. Deci. in consilio 36. & in consi. 42. in fin. Felin. in c. placuit. versic. limita septem modis. & in c. vigilanti. versic. ad illud quod lex. de præscript. Deci. in consi. 436. & licet Boërius, in dicta decisio. 39. nume. 4. dicat, quòd ista opinio Baldi est mirabilis: tamen si videantur doctores tam antiqui & Modern. eam sequentes, & fundantes per iura & rationes, non videtur ita magnoperè mirandum: licet Iason in §. rursus numero 73. Institu. de actio. eam firmare ausus non fuerit. sed ibi non citat Docto. quos allegat in dict. authen. quas actiones. ¶ Sed ex hoc † non poterat Alexã. notari contrarietatis. nam contrarietas cõsideratur, si dicimus aduersus præ- 46
scriptionem 40. anno. datur restitutio ex capite ignorantiæ, & restitutio non datur. Sed dicere, quando datur restitutio quadriẽnium, quod competit ad petendum restitutionem, est vtile, nec currit ignoranti, in hoc nulla est contrarietas: quia illud intelligitur in casibus in quibus restitutio competit. & in hoc quod quadriennium non currit, nisi à die scientiæ, Alex. nunquam fuit cõtrarius, sed semper sequutus est Bal. in d. l. falsam. C. si ex falsis instrumen. Abb. in dict. cap. j. in fi. de præscrip. in alio tamen fuit Alexand. contrarius: quia in dict. consi. 151. in consil. 163. libr. ij. tenet non competere restitutionem in integrum aduersus præscriptionem quadraginta annorum. Idem tentat idem Alexand. licet non ponat pro constanti in dicta l. iij. §. Labeo. in fin. ff. de acquiren. possessio. & in dicta l. cùm filius. §. in hac. ff. de verborum obligatio. sed idem Alex. in consilio 71. in dicto consi. 84. lib. j. in consil. 169. lib. ij. & in dicto consilio 116. libro v. tenet, quòd datur restitutio, secundum communem opinionem. Eandem opinionem, quòd datur restitutio, secundum communem opinionem ꝙ detur restitutio aduersus præscriptionem quadraginta annorum tenet Socin. in consil. 80. lib. iij. & in consil. 66. libro quarto. in eandem etiam opinionem videtur inclinare idem Soci.

in d.l cùm filius.§ in hac.in fin.ff.de verborum obligat.qui tamen Soci.etiam contrarius sibi fuit,& cõtrarium tenuit in consi.164.in fi.lib.ij.in consi.2.& in consi.38.in fin.libr.iij.
47 Contrarius † etiam fuit sibi Decius.nam in cõsi.29.in consilio 373.& in l.ij C.qui admitti.tenet,ꝙ nõ detur restitutio aduersus pręscriptionẽ quadraginta annorũ.Sed idẽ Dec. in dicto consi.36.in consil.164.verb.& exhis breuiter.&in consil.267.refert,& sequitur Alex.in dictis cõsiliis,in quibus tennit restitutionem competere.Variauit etiã in hac quæstione Gozadinus.nam in consi.8.in fi.& in consi.68.tenet,ꝙ non datur restitutio aduersus præscriptionem 40. annorum.Sed idem Gozad.in consil.56.tenet,ꝙ datur secundum veram & communem opin.Contrarius etiam sibi fuit Alex.nam in consil.13.tenet restitutionem in integrum competere ex capite ignorantiæ,etiã aduersus præscriptionem centenariam.Sed ꝙ non detur restitutio aduersus præscriptionem quadragenariam,tenet Alexandrinus in consi.12.in fi.in consi.56.circa finem,& latius in con-
48 silio 97 Heu miseros † litigantes, qui in manus incidistis doctorũ,qui leges circunferunt in ambabus (quod aiunt) manibus.Pudet me tãtæ doct.varietatis:qui apud vulgus intellectus velocitatem non considerans,æris consulendo rationẽ habuisse visi sint potiùs,quàm veritatis,cur non opi.vnam,aut alteram electam habuerunt,quam firmiter tenerent:aut si mutatio opinionis melior visa est,cur mutationis & varietatis non reddiderunt rationem. ¶In qua
49 difficultate † considerandum est,ꝙ in ecclesia res non habet dubium,ꝙ restituatur aduersus præscriptionem quadragenariam:vt per Deci.in d.cõsil.29.& in ecclesia,etiam loquitur Alexand.in dicto consil.150.libro vij.idem est in minore:quia si contra eum perfecta esset præscriptio 40. annorum inchoata cõtra defunctum,restitueretur in integrum.Socin.in consilio 153.versicu.ad secunda verò.& in consilio 299.ante fin.libro ij.Idem in ciuitate.Soci.in dict.
50 consi.66.lib.iiij.Sed difficultas † est in priuato maiore,an restituatur in integrũ ex causa ignorantiæ probabilis:hic doct.laborant,& suprà visum est de cõtrarietate. Breuiter ego puto,ꝙ si ignorantia sit probabilis,ꝙ competat restitutio.quam opi.tenuit Alex.in d.consi.71.in consi.84.lib. in d.consi.169.libro ij.& in d.consil,116.libr.v.eandem opinionem tenent plures doct.suprà relati.& licet Decius in
in con

d.consi.29.voluerit euitare auctoritatem Alex.dicendo,ꝙ
loquitur in ecclesia. Dico,ꝙ ista responsio non valet. quia
Alexan.loquitur etiam in locis.& clarè id apparet in dicto
consi.116.lib.v.Rursus considerandа est ratio Alexã.in di-
ctis consiliis:quia ignorans dicitur impeditus iusto & legi
timo impedimẽto facti,ob id quod restitutio datur etiam
laicis maioribus,quæ ratio nõ erat necessaria in ecclesia:
quia restituitur propter solam læsionẽ,etiã cessante igno-
rantia. Ideò posito ꝙ loqueretur Alex.in ecclesia solũ: ta-
men attendi † debet ratio dicti Alex.non eius dictum:quia
ratio ampliat dictum.l.cùm pater.§.dulcissimis.ff.de lega. 51
ij.& qñ ratio est generalis,illa attenditur in omni casu, in
quo militat.Bart.in l.pater filium.§.fundum.in fi.ff.de leg.
iij.Bal.in l.voluntas.C.de fideic.& potius attendi debet ra-
tio dicti,quàm cortex verborum.Bal.in cõsi.67.Dominus
Papa.lib.ij.per tex.in l.ita autem.in prin.ff.de admi.tuto.l.
milites agrum.ff.de re mili.& no.in l.si is,qui animo.ff.de
acqui.pos.& ratio statuti,ampliat statutum.Bal.in cõs.285.
Si quis.lib.iij.per l.non solùm.§.qui primipilum.ff.de excu
sat.tuto.Sunt † enim tria,quæ vnũ,& idem operantur:ver-
bum,ratio,& mens.& talis præsumitur voluntas aut mẽs, 52
qualis per verba aut rationem declaratur.Bald.in consi.ij.
Verba statuti.lib.j.& cũ ratio ignorantiæ aut impedimen-
ti,quod resultat ex ignorãtia,allegata per Alexan.militet
etiam in præscriptione quadragenaria contra laicũ maio
rem,perindè est,ac si talis casus expressus fuisset ꝑ Alexã.
quia † expressum id dicitur,in quo eadem viget ratio.pul-
chrè Abb.in consi.75.lib.j.Bal.in consil.384.Statuto ciuita- 53
tis cauetur,ꝙ nullus.lib.v.Eandem opinionem,ꝙ restitu-
tio competat aduersus † pręscriptionem quadragenariam
etiam maiori,voluit Alex.in consil.viij.libr.iij.dum vtitur 54
verbis vniuersalibus,ꝙ contra quamcunque aliam præ-
scriptionem cõpetit restitutio.Qui enim totũ dicit,nihil
excludit.l.Iulianus.ff.de leg iij.l.à procuratore.C.mãd.cũ
simil Eandem opinionem tenent plurimi alij doct.suprà
commemorati,& alij,quos Boër.refert in dict.decisio 39.
¶Secundò considero,pro hac opi.ꝙ etiam doct. † tenentes
non dari restitutionem contra præscriptionẽ 40.annorũ, 55
tñ pro maiori parte tenent illam cõpetere contra præscri-
ptionẽ triginta annorũ:& in hoc non est dubiũ, quin opi-
nio cõis sit:cum Bar.in l.i.§.si quis autem.ff.de iti.actuq;

priua.& in d.l.cum filius.§.in hac.ff.de verb.obli.& in triginta annis hoc firmat Decius in d.consil.29. Modò dico, ꝙ ratio allegata per Bar.& doct.communiter.pariter militat in præscriptione quadragenaria.nec doctor.id negant. modò dico,quòd ex identitate rationis idem dici debet in præscriptione quadragenaria, per ea, quæ statim dixi de identitate rationis : & latius suprà dictũ est in materia extensionis consuetudinis.itaque tota difficultas consistit in respondendo ad tex.in l.omnes.C.de præscrip.triginta vel quadraginta annor.quem Deci.multipliciter ponderat,& inducit in d.consil.29.& vult Deci.quòd quicquid deerat ad tollendum actiones,& eas præscribendum,per l.sicut. præcedentem,id suppletum sit per dict.l.sicut.restitutio in integrum non esset sublata ex capite ignorantiæ: tamen sublata sit per d.l.omnes.Sed parcat mihi Decius:quia ista
56 †inductio videtur nimium extranea:quia fateor,ꝙ mens illius.l.oẽs.fuit supplere d.l.sicut. adeò ꝙ omnes actiones & omnia iura,quæ non cõprehenderentur per d.l.sicut.essent comprehensa per d.l.oẽs.ita vt meta,& finis omnium iurium circũscriberetur spatio quadraginta anno.Sed intentio illius.l.sicut.nõ fuit tollere remediũ restitutoriũ,ꝙ posset cõpetere aduersus pręscriptiones legitimè cõpletas
57 ex causa iusta,& rationabili. Et ꝙ † istud sit verũ,ostendo vno fundamento æneo & aggeribus Taurini efficacior.si cõsideratio & ponderatio Decij vera sit,sequetur vna correctio cõis conclusionis,quæ habet,ꝙ quadriẽnij tempus cõcessum àlege ad petẽdum restitutionẽ in integrum,est vtile,& solum currit à die scientiæ:adeò ꝙ etiam vsque ad centum annos restitutio peti posset,vt suprà abundè vidimus.quã conclusionẽ ipsemet Dec.secutus est,in cons.36. & in cõs.42.in fi.š.alle.modò si per d.l.omnes.dicatur sublatum etiam remedium restitutorium, dico ꝙ lapsis xxx. annis,& sic cõpleta præscriptione xxx.annorũ,cõtra quã doct.volunt cõiter dari restitutionem in integrum,tẽpus petendæ restitutionis,finietur decennio,etiam præsupposita millies ignorantia probabili:q̃a post 40.annos frustra quæritur de restitutione in integ.cũ illa sit sublata per d.l. omnes ſm Decij põderationem. Vellem,ꝙ aliquis bis,terquatérque subtilis responderet ad hoc argumentũ.¶Ter-
58 tiò contra † Decium & alios tenentes restitutionẽ in integrum non cõpetere aduersus præscriptionẽ quadragenariam,

riam,propter verba vniuersalia, & prægnantia d.l.omnes. per quam omnia iura præscribuntur & publica & priuata. & quia plenissimam parit securitatem, & quia præscribẽs tanto tpe nullam molestiam & inquietudinem pati debet. l.fi.C.de fund.patri.lib.xj.considero, ꝙ talia verba nõ sunt sufficientia ad tollendum remedium restitutionis in integrũ, nisi specialiter dicatur. Quod probo. Primò, ex eo, ꝙ Bal.scribit in consi.236.Statuto ciuitatis.lib.j.vbi stãte statuto, ꝙ non possit appellari, querelari, vel de nullitate dici: poterit tñ peti restitutio in integrum,& tñ satis querelat, qui restitutionẽ petit. Secundò ex eo, quod not.gl.in c.coram fœlicis.de in integr.resti.vbi, ꝙ per illa verba generalia: ꝙ quis molestari, vel inquietari non possit directè, vel indirectè à quauis persona, nõ censetur sublatũ remediũ speciale restitutionis in integrũ. quam glo.pro nota refert & sequitur Aretin.in consi.160.In præsenti consultatione. ver.confirmatur ista responsio.Soci.in consi.153.versi.confirmatur responsio sua.& in cons.299.lib.ij.Ad idem videtur gl.in l.postquam liti.in gl.fi.& ibi moder.C.de pact.vbi licet tex.dicat, ꝙ nulla ratio permittit instaurari litem finitam per renuntiationem litis: gl.tamen dicit, ꝙ non censetur sublata restitutio in integrum.& illam glo.ibi pulchrè exornat Iaso. Rursus † cùm istud priuilegium restitutionis 59
in integrum, sit clausum in corpore iuris, non censetur ei derogatum per quãcunque dispositionem, etiam habentẽ clausulam derogatoriã generalẽ: sed derogatio specialis requiritur.glo.in l.ij.§.legatis.in verb.conueniuntur.ff.de iudi.gl.& Bar.in authen.qua in prouincia.C.vbi de crimi. agi opor.ita in restitutione in integrum arguit Crotus in repeti.l.nemo potest.ver.tertiò fallit.ff.de legat.j. ¶ Quartò † considero, ꝙ licet d.l.omnes. vtatur verbis vniuersali- 60
bus: illa tamen restringi debent ad id, quod est rationis.l. quamuis.ff.de in ius voc.Bal.in authen.ingressi.C.de sacr. san.eccl.& ibi Deci.& idem Bal.in l.si defunctus.C. de suis & legiti.Sed nulla ratio naturalis neque ciuilis dictat, ꝙ vbi quis fuit ignorans,& sic iustè impeditus, subueniri ei non debeat remedio restitutionis in integrum.aliâs priuaretur iure suo sine causa & sine aliqua sui culpa: cũ ignorãti negligẽtia aut culpa imputari nõ possit.l.argentum.ff. cõmoda.c.ij.& c.quia diuersitatẽ.de cõces.præbẽ.sed sine culpa priuari qs nõ debet iure suo.c.cognoscẽtes.de con-

ſtit.c.ſatis peruerſum.56.diſtin.inuentum.16.q.vlti.& cùm ignorans dicatur iuſtè impeditus.l.annus.ff.de calum.Bar. & Doct.in l.genero.ff.de ijs,qui no.infa.Iniquũ videretur
61 ſic impedito non ſubueniri.¶ Quintò † vbi res dubia eſſet, in dubio haberi debet interpretatio,vt ſit locus reſtitutio ni contra præſcriptionẽ:quia talis reſtitutio nititur æqui tati.l.denique.&l.nec vtilem.ff.ex quib.cau.maio.præſcriptio verò dicitur odioſa:quia qui ſe fundat ex tẽpore, dicitur iuuari ex circunuentione tẽporis.§.volumus.in authẽ. de ijs,qui ingred.ad appel.And.de Iſer.Marti.Laud.& Car. Alex.in c.j.in prin.in tit.quo tempore miles.in vſib.feud.& impium dicitur preſidium temporis:in authen.vt eccleſia Roma.circa mediũ.ob id præſcriptio,dicitur cõtra naturalem æquitatem inducta.Bal.in conſi.184.Municipal.lib. v.Calder.in conſi.v.in tit.de rebus eccl.nõ alienan.& dicit Ab.in conſ.71.lib.ij.ꝙ præſcriptio dicitur odioſa,tanquàm abſorbens ius alterius.§.poteſt.16.q.iij.& ꝙ præſcriptio repugnet æquitati naturali,eſt glo.in l.j.quam ibi valdè not Ange.ff.de neg.geſt.Iaſ.in conſi.159.libr.ij.ob id infert Iaſ. ꝙ arbitrator & alij, qui debent iudicare ſecundum æquitatem,non debent habere rationem præſcriptionis.quod etiam voluit Bolognninus in additio.ad conſi.Io.de Ana.in conſil.34.in qua tamen re Iaſ.fuit ſibi contrarius.& cõtrarium tenuit in conſi.72.in fi.lib.j.ſed iſtud non eſt præſentis ſpeculationis.& dicit Guido Papæ.q.409.ꝙ ſtatutũ tollens præſcriptionem,dicitur continere naturalem æquitatem,ne quis locupletetur cum aliena iactura.Ex pręmiſſis puto concludendum reſtitutionem in integrũ competere contra præſcriptionem quadragenariam,etiam laicis maioribus ex capite iuſtæ,& probabilis ignorantiæ.quã opinionem dicit veram & communem Boërius in d.deciſ.39.
62 nu.6.¶Hîc tamen † aduertendũ:ꝙ cum præſumatur ſcientia ex antiquitate temporis,vt ſuprà vidimus, non probatur ignorantia petentis reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis,per eius iuramẽtum:iuxta not.in clem.j.de iudi.Anchar.in conſi.170.Principaliter cõtra iſtos legatarios.Paul.de Caſtr.in conſi.66. Dubia ſuprà ſcripta.in octauo dubio.lib.j.Decius in cõſi. 657.per glo.in c.propoſuiſti.82.diſt.in verſi.non probatur: & ſic cùm præſumptio ſcientiæ,ſit cõtra petentem reſtitutionem in integrum,fortior requiritur ignorãtiæ probatio:vt

tio:vt habetur in c.qa verisimile.vbi Ab.in ij.no.de p̃sum.
¶Sed dubium † nunc est,præsupposito,ꝙ competat restitu 63
tio aduersus præscriptionẽ quadragenariã ex capite igno
rantiæ etiam laicis,& maiorib.xxv.ann.intra quantũ tp̃is
peti debeat restitutio? Si attẽdimus ad dictũ Bal.in d.l.fal-
sam.C.si ex falsis instru.quod Doct.videntur cõiter appro
bare,vt s̃.diximus:videtur ꝙ etiam post annos centũ peti
posit restitutio,præsupposita ignorantia in præteritum.
Sed Boërius in d.decis.39.nu.6.vult ꝙ post centum annos
peti non posit.allegat Salice.in d.authent.quas actiones.
Paris in d.c.placuit.nu.20.& num.22.de præscriptio. Addo
Iaso.in cons.209.lib.ij.vbi Iason hoc intrepidè tenet:quia
talis præscriptio habet vim tituli & priuilegij.ergo absur-
dum esset,quòd competeret restitutio.fortiùs voluit Cor.
in cõsil.244.lib.iiij.vbi voluit,quòd licet non sit decursum
quadriennium ad petendum restitutionem in integrum à
die scientiæ:tamen cùm restitutio in integrum petatur of
ficio iudicis nobili,tali officio præscribitur spatio triginta
aut saltem quadraginta annorum.per d.l.sicut.& l.omnes.
C.de præscri.triginta vel quadraginta anno.Sed istud fun-
damentum Cornę.non videtur bonum:quia in effectu ni-
hil aliud est dicere,quàm tempus petendi restitutionẽ in
integrum,non esse vtile, si vult ꝙ extinguatur spatio tri-
ginta aut quadraginta annor.Nec obstat ꝙ officio iudicis
præscribitur saltem quadraginta annis:quia fateor,quan-
do tempus illud petendi non est aliter determinatum. Sed
sic est,ꝙ tempus implorandi officium iudicis pro restitu-
tione in integrum,est limitatũ ad quadrienniũ vtile quod
non currit nisi à die scientiæ:ergo &c.& sic † fateor, ꝙ vbi 64
officiũ iudicis potest implorari,illi regulariter præscribi-
tur saltem quadraginta annis:vt per Bar.in d.l.sicut.Anto.
de Butr.in consi.26.Iam sic.in prin.Dec.in cõsi.266.sed vbi
à iure statutum est,ꝙ tempus implorãdi officium iudicis
sit vtile,& non curiat ignoranti,prout hîc,dico,ꝙ durante
ignorantia,non præscribitur nec currit præscriptio.¶Simi
liter non videtur obstare argumentũ Boërij,ꝙ hoc modo
ecclesia aut alius,cui datur restitutio semꝑ restituetur in
integrũ:qa nescio vñ sumatur tale incõueniens.nã cũ cur-
rat quadriẽniũ à die sciẽtiæ,& præsumatur sciẽtia ex anti-
quitate tp̃is,adeò ꝙ iuramẽto probari nõ poterit, ꝓfectò
difficilimũ vr̃ obtinere eiusmodi restitutionẽ in integrũ.

65 ¶Non obst.† ꝙ hoc modo ecclesia inferior, aut alius priuatus, cui datur restitutio in integrum, sit melioris conditionis, quã ecclesia Romana, cui cõpetit præscriptio cẽtenaria sine bñficio restitutionis in integrũ. Quia rñdeo duobus modis. primò, ꝙ imò inferior ecclesia Romana nõ erit melioris cõditionis, imò ne paris quidẽ: quia ecclesia Romana seruatur illæsa & intacta vsq; ad annos cẽtũ: ius verò inferioris perit & extinguitur in annis quadraginta ad summũ. & licet ex cã possit restitui in integrum: melius tñ, & vtilius multò est illæsam intactã cãm seruare, quàm post illatũ vulnus remediũ quærere: l. j. C. quãd. lice. vnicui. sine iudi. se vindi. Quid em̃, si lapsum sit quadriẽniũ à die scientiæ læsionis, quæ scientia de facili præsumitur in tp̃e
66 tam longo. Secũdò rñdeo, † ꝙ in hoc argumẽto præsupponitur, ꝙ ecclesia romana post annos cẽtũ nõ posset in integrũ restitui ex cã probabili: ponderãdo tex. in d. l. fi. C. de sac. san. ecc. ibi: sed ne videamur in infinitũ. & ibi: tũc enim tm̃ modò terminũ suæ vitæ imponimus. qui text. cõprehẽdit etiã ignorãtes. Ad idẽ ponderatur tex. in auth. vt ecclesia Romana. §. j. ibi: sed cẽtũ tantũmodò annorũ lapsu, &c. & ibi: sed ille seruetur innocẽs, qui re vera innoxius sit. Ad idẽ ponderatur tex. in auth. hæc consti. innoua. constit. ibi: vt sopito hoc tp̃is spatio, tã personales, quã hypothecariæ in perpetuũ cõquiescãt. quæ iura multũ vrgent, dicit Boërius cõtra opinionẽ Bal. & sequaciũ, dum volunt tp̃s quadriennij, esse vtile, & non currere ignoranti: adeò ꝙ si quis staret per cẽtũ annos antè, quã peteret restitutionẽ, adhuc posset petere præsupposita ignorãtia. & sic Boërius in hoc vult duo. Primũ, ꝙ ecclesia Romana nõ gaudeat bñficio restitutionis in integ. Secundũ, ꝙ illud tp̃s vtile petendi restitutionem in integrũ omninò pereat & finiatur spatio annorum centũ. Circa primũ, si verũ sit, sequetur incõueniẽs ꝙ beneficium centenariæ præscriptionis cõcessum de gratia spãli in fauorẽ romanæ ecclesiæ, retorquebitur in eius odium: quia propter tale beneficiũ amittet beneficiũ restitutionis in integ. cõtra l. nulla. ff. de legib. l. quod fauore. C. eo. tit. quod ob gratiam. de reg. iur. libr. vj. Circa secũdum, si verum sit, sequitur vna magna limitatio ad dictum Bal. in d. l. falsam. C. si ex falsis instrumen. communiter approbatum vt suprà vidimus per antiquos & modernos. ¶Non
67 obstat † modò ponderationes suprà factæ, ꝙ res procederet in

ret in infinitum:quia nego inconueniens infinitatis: quia; (vt dixi) cũ currat quadrienniũ à die sciẽtię,& pręsumatur scientia ob tẽporis antiquitatẽ: adeò quòd probatio ignorantiæ videtur multum difficilis, res non procedet ad infinitum: & si purè erit dare casum probabilis ignorãtiæ post annos centum: puta, quia instrumẽtũ aliquod fuit repertũ apud extraneũ, vel fortè apud aduersarium, quod occultũ factum sit per tantum temporis, vel dolo aduersarij, aut ex odio, aut inimicitia alterius subtrahẽtis, aut occultantis instrumentum faciens, in fauorem ecclesiæ, qd mirũ, si lex voluit succurrere ita læsis & probabiliter ignorãtibus? quid etiam si per incendium, aut bellum instrumẽta amissa sunt: & protocolla notariorũ in locis remotis, aut apud ignotos inueniantur, an nõ subueniri æquum sit? ¶ Iam attenta † ista consideratione, sequetur 68
& vna maxima limitatio ad regulã d.l.j.in fin. C.de annal: exceptio.l.in rebus.C.de iure do.vbi, ꝙ præscriptio, nõ currit nõ valenti de iure agere. Ideò filiofamiliâs in bonis aduentitijs nõ currit præscriptio durãte patria potestate: qa agere nõ põt, cũ administratio bonorũ ad patrẽ pertineat. Similiter mulieri in rebus dotalibus cõstãte matrimonio pręscriptio nõ currit: qa administratio bonorũ dotaliũ ad maritũ pertinet: vt habetur in dict.iuribus. Similiter ecclesiæ vacãti pscriptio nõ currit, vel si habeat prelatũ inutilẽ: qa interim agere ecclesia nõ potuit sine prælato.c.j.c.iiij. & c.ex trãsmissa.de præscri.c.qa diuersitatẽ.de cõcess.pręb. Ab.in cõs.101.in ij.dubio, li.j.& in cõs.22.Quidã Ioãnes.lib. ij.Fel.in c.placuit.ver.dum Ab.pulchrè de præscriptio.vbi idẽ vacãte imperio. Si em̃ ad infinitũ procedi nõ debet, & tps cẽtũ annorũ, dicatur meta pcisa omniũ actionũ: adeò vt in ppetuũ cõquiescere eas oporteat, sequetur quod si filiusfamiliâs habẽs bona aduẽtitia fuit sub potestate patris lõgissimo tpe: puta annis qnq; suprà septuaginta (ꝙ de facili põt accidere) & tertius tenuerit rẽ aduẽtitiã annis centum, sine titulo: tñ solũ tenuerit annis vigintiquinq; post mortẽ patris: sequetur qđ post annos cẽtum filiusfamiliâs agere non poterit, & sic limitabũtur dicta iura, volẽtia, ꝙ nõ valẽti agere pscriptio nõ currat, modò possessa non sit res ab alio spacio annorũ cẽtũ. quæ limitatio, & restrictio ad dicta iura nõ vr̃ recipiẽda.l.de pretio.ff.de publicia. Et si dicatur, iste casus vr̃ de rarò cõtingẽtibus, ꝙ qs nõ po-

tuerit agere in tpe tam antiquo, rñdeo, ꝙ etiam vř de rarò contingentibus, ꝙ in tempore tam antiquo nō habuerit quis notitiam de iuribus suis. Imò casus ignorātię post tempus tam antiquum videtur de magis rarò cōtingentibus, quàm casus nō valendi agere. Aliter etiam rñdeo ad istas considerationes, & ponderationes Boërij, ꝙ illa verba vtcunque ampla & prægnantia non sufficiunt ad tollendum beneficiū restitutionis in integrū, vt suprà diximus.

69 ¶Non† obst. modo argumentum Ias. in d. consil. 209. lib. ij. vbi voluit non competere restitutionem in integrum aduersus præscriptionem centenariam, aut eam, cuius initij memoria non extat in contrarium: quia talis præscriptio vim tituli obtinet & cōcessionis, ac spālis priuilegij, & credo, dicit Iaso. ꝙ non reperietur aliquis Doctor, qui aliter tenuerit: imò, ꝙ nullus sani capitis auderet attētare, ꝙ detur restitutio in integrum. nam parcat mihi Ias. non videtur bona cōsequentia: præscriptio tam antiqua vim tituli habet: ergo contra eā restitutio non cōpetit. q a videmus, ꝙ etiam contra titulum verum, & expresse habitum inter partes datur restitutio, vel priuilegio ætatis ex titulo de minoribus vel ex capite doli, vis aut metus, aut ex clausula generali: Si qua mihi iusta causa esse videbitur. Similiter datur remedium rescissorium aduersus titulū verū, ob causam enormis læsionis: iuxta l. ij. C. de rescin. vend. Si igitur datur restitutio aduersus titulū verū & expressum ob iustā cām: cui mirū videri debet, si detur restitutio aduersus titulum tacitū, qui maioris efficacię esse nō debet, quā titulus expressus. l. qui ad certū. ff. locati. Ad illud, ꝙ Ias. dicit, nō reperiri Doctorē, qui contrariū teneat: imò ne quidem, vt attentare audeat, rñdeo verum esse, quod post 40. annos in ecclesia, aut triginta in aliis non priuilegiatis, & lapso quadriennio à tpe scientiæ, non datur restitutio: sed si lapso tpe præscriptionis ecclesia, aut is cōtra quē pręscriptum est, & cui beneficium restitutionis competit, semper fuit in probabili ignorātia, dico, ꝙ durat tps petendi restitutionem in integrum, etiā si stetisset quis per annos centum, ꝙ non petiisset. & ꝙ vbi alius Doctor hoc nō tenuisset, nec tenere attentasset, tenuit tñ ipse Ias. in d. auth. quas actiones. sequendo Bal. in d. l. falsam. C. si ex falsis instr. itaque ne Ias. sit sibi cōtrarius, oportet intelligere, quod dicit in d. cōsil. 209. lib. ij. non competere restitutio. in integrum

contra

contra† præſcriptionẽ tam antiquã, ſcilicet concurrenti- 70
bus aliis requiſitis ad excludendũ talem reſtitutionẽ, i. ꝙ
lapſum ſit tp̃s præſcriptionis, & etiã tempus quadriennij à
die ſciẽtiæ ad petendum ipſam reſtitutionẽ. quo tp̃e lapſo
verum erit dicere reſtitutionẽ non cõpetere præſuppoſita
millies læſione. & ſic fateor, ꝙ non datur reſtitutio ob cau
ſam læſionis tantùm. Secùs, ſi detur probabilis ignorãtia
læſionis: quia tunc, durante ignorantia, tempus nõ currit.
¶In eccleſia† tñ eſt etiam alius caſus, in quo nõ currit tp̃s 71
reſtitutionis, etiã data ſciẽtia ipſius læſionis, videlicet, qñ
damnũ eccleſiæ eſſet grauiſſimũ, & eminẽtiſſimũ: vt eſt ca
ſus cum gl. cõiter approbata, in c. j. in fi. de reſtit. in integr.
lib. vj. tradunt Ant. de But. Ab. & Imo. in c. pe. de rebus eccl.
non alie. Roma. in conſi. 123. verſ. Sed circa idẽ videndũ re-
ſtat. in conſi. 369. in fine quarti dubij. & in cõſi. 407. circa fi.
Alex. in conſi. 47. ver. Nec ad hoc obſtat, ſi dicatur. libro v.
Iſtud autem damnum grauiſſimum, & eminentiſſimũ qua
liter iudicari debeat, pulchrè tradit Soci. in conſi. 266. libr.
ij. vbi, ꝙ debet intelligi, habito reſpectu ad vniuerſum pa-
trimonium eccleſiæ, non ad rem præſcriptam tantũ: quia
ſi ad rem illam haberetur reſpectus, ſemper damnũ eſſet
grauiſſimum. Debet igitur intelligi, qñ eccleſiæ patrimo-
nium enormiter diminueretur: q̃a in re pręſcripta cõſiſte-
ret dimidia pars, & vltra patrimonium & reditus eccleſiæ,
quod totũ tñ iudicis arbitrio relinquendũ ſit. ¶Similiter
dicunt Roma. & Alex. nõ currere dictũ quadriẽniũ eccle-
ſiæ: qñ varias mutationes prælatorũ ſuſtinuit, ob quas mu
tationes nõ fuit facultas iura eccleſiæ inueſtigare. & quia
ex tali mutatione p̃ſumitur ignorãtia: vt p gl. in d. c. j. de re
ſti. in integ. li. vj. quã etiã pro no. ſequitur Dec. in d. cõſi. 36.
¶Ex præmiſſis recapitulãdo infertur, ꝙ datur reſtitutio in
integrũ etiã aduerſus præſcriptionem 40. annor. ex capite
ꝓbabilis ignorãtiæ laicis & maiorib. nõ priuilegiatis. Se-
cũdò, ꝙ tp̃s quadriennij ad petendũ reſtit. in integ. dicitur
vtile & ignoranti non currit, etiã ſi per centũ annos petita
non eſſet reſtitutio. Tertiò, ꝙ de ignorantia fortiter cõſta-
re debet per fortes, & efficaces cõiecturas, & præſumptio-
nes iuris: cũ præſumptio ſciẽtiæ ſit contra petentẽ reſtitu-
tionẽ poſt lapſũ tãti tp̃is. Quartò, ꝙ etiã eccleſiæ romanæ
dat̃ reſtitutio poſt finitã p̃ſcriptionẽ annorũ cẽtũ, ſi detur
ꝓbabilis ignorãtia læſionis durãte tãto tp̃e. & idẽ in ciui-

tate in illis quatuor casibus, in quib⁹ gaudet præscriptione centenaria: iuxta terminos d.l.fi.C.de sac.san.eccl. Quæ omnia tñ, quia subtilia sunt, & cõfusionis difficultatisque plena, iudicio subiicio meliùs ac rectiùs sentiẽtis. Illud saltem præstasse me putẽ, occasionẽ subtiliùs speculantibus datã rẽ ad splendorẽ deducendi. Egeret sciẽtia hæc nostra mœcenate aliquo optimo, qui plures delectos ad explicãda iuris difficilia tm̃ benignè exhiberet, tueretúrve, vt ne opere aut negotio alij cuipiã animũ adiungerẽt. Dici non potest quã amplũ ad vniuersam legalis philosophię rẽpublicã cõpẽdiũ inde accederet. Planè cõtẽdũt pleriq; librorum legaliũ plus satis hodie constare. Sed enim librorũ necessitas tãta nũquã visa est, quibus nodi tot inextricabiles
72 dissolui possent. ¶ Vigesimoquartò, † quæro, visum est suprà, ꝙ oĩa iura præscribũtur per hãc præscriptionẽ tã antiquã, vtpote cuius initij memoria nõ extat in cõtrarium, an ista cõclusio patiatur aliquas fallẽtias aut limitationes, ita, ꝙ sit dare casus, in quibus nõ ꝓcedat præscriptio tãti tpis? Dic, ꝙ sic. & primò nõ vr̃ procedere cõtra supremam potestatẽ cõcessam Papæ, vel Cæsari, cũ nullus possit pręscribere, ne sit sub Cæsare aut principe. c. cũ non liceat. de præscri. vbi gl. Ab. & idẽ Ab. in c. per venerabilẽ. qui filij sint legiti. Roma. in consi. 371. circa fi. versi. dum autẽ quæritur. Alex. in l. more. ff. de acqui. here. quã opi. dicit magis communem Soci. in consi. 275. lib. ij. Eãdem opi. sequitur Dec. in consi. 307. ver. ij. respondetur. Ias. plura adducens, in cõsi. 208. lib. ij. & in l. imperium. ver. limita istam communẽ cõclusionem. ff. de iuris. om. iudi. socer meus Purpurat. in l. j. nu. 40. ff. de offi. eius cui mand. eandem opi. videtur tenere idem Purpur. in l. imperium. nu. 169. ff. de iuris. omni. iudic.
73 Contrarium, † ꝙ imò præscribi possit aduersus supremam potestatem principis tẽporalis: tenet Bart. in l. j. ff. de aqua plu. arc. in l. infamẽ. ff. de publi. iudi. in l. hostes. ff. de captiuis. & in pluribus aliis locis relatis per Feli. in d. c. cùm nõ liceat. versic. cæterum, dum subdit Abb. de præscriptio. vbi Feli. idem tenet & idem Feli. in c. cùm nobis. versi. secunda declaratio. eo. tit. de præscriptio. Abb. sibi contrarius in ca. fi. in primo notabil. de constit. vbi sequitur Bar. in d. l. infamem. & d. l. hostes. & idem Abb. in c. quod ad translationẽ. in primo not. de offi. lega. & in pluribus aliis locis adductis per Felin. in d. ca. cùm non liceat. Addo Abb. in consi. 82. in

Prin.lib.j.Bartol.etiam in d.l.infamem.& l.hostes.sequitur Alex.in consi.15.versi.& satis est,vt prædicta procedant.lib. v.& in consi.11.lib.vij.Ias.in consi.70.libr.iij.Curt.iun.in ij. parte tracta.feu.quomodo feudum inesse deducatur. in secunda q.prin.Car.17.Purpurat.in d.l.imperium. numero 174.gloss.Pragmat.Sanctio.in proœmio in verbo, Dei.Ex quibus apparet hanc opinio.esse magis communem,quò ad principem temporalem.in Papa enim omnes conueniunt,supremam eius potestaté in spiritualibus præscribi non posse:quia cum sit vicarius Dei in terris,esset pręscribere contra Deum,quod est absurdissimum cogitare. In temporalibus autem etiam contra Papam præscribi posset.& profectò si concurrant cōcomitantia ad præscriptionem istius supremæ potestatis:prout requirit Abb.in d.c. fi.in primo not.de constitu.nescio videre,cur prohibeatur præscriptio:non enim valet illa ratio,ꝙ nō potest quis esse ἀκίφαλος, id est,sine capite, quia dico, quòd ipse præscribens erit caput,prout est ipse Cæsar.Non obst.†tex.in d.c. 74
cùm non liceat.de præscriptio.vbi quòd præscribi non potest contra obediētiam:quia verum est,quamdiu quis durat subditus,non potest præscribere, ne sit obediens suo superiori.sed si gerat se pro libero tanto tempore, ꝙ sufficiat ad præscribendum libertatem:tūc libertate acquisita per præscriptionem,non tenebitur amplius obedire:quia †absurdum esset dicere,quòd libertas præscribi non pos- 75
sit.l.iij.§.si seruus.vbi not.ff.de acquir.posses.ita respondet Oldr.in consi.172.Quia omnes.versi.ad secundùm,cùm dicitur.versi.quod ergo dicitur.& idem Oldra.in consil.244. Ad obiectus.versi.iij.opponebatur & in consilio 254.Quia tota.vbi,quòd libertas,& exemptio possunt præscribi.Secundò respondeo,quòd ille tex.procedit in obedientia†in 76
spiritualibus,quæ præscribi non possit quominùs quis teneatur obedire Papæ,aut Episcopo:quia aliâs esset pręscribere,ne quis subiiciatur Deo.Secùs in potestate principis temporalis,& obedientia,quæ ei debetur:quia nihil repugnat,quò minùs possit quis gerere se pro libero cōtra Cæsarem,& acquirere sibi alios subditos.Hinc videmus multos esse principes,& multas ciuitates,qui & quæ nō subiiciuntur imperio.Tertiam responsionem tradit Oldrad. in cōsi.69.Cōsueuit.ꝙ iuri subiectionis nō potest præscribi à priuato:sed ab alio principe,aut ciuitate sic.allegat Arch.

in cano.placuit.16.q.iij.idem tamen videtur in priuato.
77 ¶Secundò,†non procedit præscriptio etiã centenaria,etiã quãtumuis antiqua,qñ esset nutritiua peccati.c.j.de consue.lib.vj.vbi reprobatur consuetudo etiã antiquissima,ꝙ quis habeat duas dignitates in eadẽ ecclesia, propter crimen ambitionis, & auaritiæ, ꝙ in clericis multũ abominantur canones.ita illũ tex.declarat,& intelligit Cur.iun. in consi.158.versi.est verum,ꝙ reperitur.Antiquitas enim tpis,peccatum non minuit,sed auget.c.cũ tanto.in princ. de cõsue.Hinc videmus,ꝙ antiqua possessio nõ iuuat detentorem beneficij sine titulo valido.c.dilecto.de præbẽ. c.iij.de insti.& c.j.de reg.iu.lib.vj.Calder.in cõs.9.in tit.de rerum permu.videmus etiam,ꝙ non præscribitur contra votũ,quò minùs impleri debeat,nõ obstante tpis antiquitate.c.sicut nobis.in fi.de regul.Idẽ si quis cõtraxerit matrimonium in gradu prohibito:quia nõ præscribit ob tẽporis antiquitatẽ:vt in tali matrimonio possit perseuerare.c.nõ debet.in fi.de cõsan.& affi.vbi gl.fi.videmus etiam hac rõne,ꝙ præscriptio legis iniustæ,nullo tpe causatur.
78 gl.in c.inter cetera.16.q.iij.¶Tertiò nõ†procedit præscriptio quantũcunq; antiqua,in ijs, quæ possideri non possunt:putà res sacra,locus publicus,via publica,quæ sicut possideri nõ possunt per priuatos:ita nec præscribi.c.cũm, quæ.vbi Ab.& Doct.de præscri.vbi laici decimas nõ præscribunt:qa eas possidere nõ possunt.& de rebus quæ non sunt in cõmercio nostro,& possideri nõ possunt,ꝙ pscribi etiã nõ possint,tradit Bal.in l.oẽs.in fi.C.de præscri.30.vel
iure cōmuni, in quo dominus cogere ſubditos poteſt ad molendū in ſuis molēdinis, & coquendū in ſuis furnis, qñ videlicet hoc ipſum faceret dñs ob publicam vtilitatem: quia cōpendiū quod inde perciperetur pro multura, & furnagio, cōuerteretur ad vtilitatē publicā. ita Bald. in conſil. 410. Quæritur vtrum dominus. libro quinto. Sed caſus eiuſmodi vix poſſet accidere, cùm ad propria, & priuata cōmoda omnia referātur. & hoc dictum Baldi ſequitur Iacobinus de Sācto Georgio, in tract. feudor. in verbo, & cū molendinis. in j. q. Sed hoc dictum reprobat Boërius in ſuis deciſionib. q. 125. dicens, quòd vera & cōmunis opinio eſt in contrariū, & quod hoc modo ſemper cogerētur ſubditi ad molendum, & coquendum in molendinis & furnis domi.
¶Sed pro † defenſione dicti Baldi conſiderandum eſt, 4
quòd doctores dicentes dominum non poſſe cogere ſubditos ad molendū & coquendum in ſuis molendinis & furnis, loquuntur, qñ dominus hoc faceret ad priuatā ſuam vtilitatem: ſed quādo ad publicam, ita ꝙ talis coactio cederet cōmodo etiam ipſorum ſubditorum, doctor. nihil dicunt in contrarium. Imò ſi videatur Soc. in conſi. 272. libro ij. quē Boërius allegat pro ſe, videtur Soci. velle hanc partem, ꝙ dominus poſſit ſubditos cogere ob publicam vtilitatem, dum principaliter ſe fundat, ꝙ ſtatutum de quo in caſu ſuo, ꝑ quod cogebātur ſubditi ad molendū in molēdinis domini, ſapiebat monopolium, tanquam factum ad commodū ſolius domini, & præiudiciū ſubditorum: & ſuper hoc potiſſimū inſiſtit Soci. Sentit ergo ſecus eſſe, quando ita ſtatueret dominus ob publicam vtilitatem. ſed quia Soci. adducit aliam rationem, quia dominus inferior recognoſcēs ſuperiorē, nō pōt ſtatuere cōtra ius cōmune. Pro clara intelligētia huius difficultatis vidēdū eſt de duobus.

Primò

Primò an dominus prohibeatur sic statuere, tanquàm cõtra ius cõmune, quo iure in re sua quilibet est moderator & arbiter, l. in re mandata. C. manda. & sic auferenda non videtur libertas subditis molendi vbi maluerint. Secũdò, an prohibeatur dominus sic statuere tanquam tale statutum cõcernat prȩiudicium aliorũ habentium molendina.

5 ¶Circa primũ † videtur simpliciter dicendũ, ꝙ dominus castri nõ possit statuta condere: quia hoc videtur de summo imperio, quod cõpetit soli principi. l. nõ ambigitur. ff. de legib. §. sed & quod principi. Insti. de iure natu. gen. & ciuil. & ita in specie determinat Ange. in l. imperiũ, ver. ex prædict. etiam deciditur. ff. de iuris. omni. iudi. sequitur Ias. ibi. & idẽ Ias. in l. oẽs populi. pro clara intelligẽtia. ff. de iusti. & iur. in j. lect. cõtrariũ ꝙ imò dñi habẽtes iurisdictionẽ perpetuã possint statuta cõdere: tenet Bar. in l. oẽs populi, in iiij. q. primȩ qõnis prin. ff. de iust. & iur. & in l. j. in prin. ff. quod quisq; iur. sequitur Alex. in cõsil. 124. vers. quantũ autem ad proclamata. lib. iiij. Dec. in cõsil. 199. idem tenet Guido Papæ q. cccliiij. Sed pũctus est, & difficultas in qõne ista. quia hoc non videtur procedere qñ dominus vellet statuere contra ius: vt per Soci. in d. consi. 272. lib. ij. & tradit Imol. in cons. 54. Alex. in l. nemo potest, ff. de leg. j. ob id videtur, quòd dominus non possit statuere, quòd eius subditi vadant ad molendum, & coquendum in eius molendinis, & furnis; quia istud videtur contra ius commune, quo iure quilibet potest molere, & coquere ad arbitrium. Ex quibus inferri videtur, quòd maior sit potestas vnius populi, quã vnius domini habentis iurisdictionem perpetuam: quia populus potest statuere contra ius cõe:

6 vt per Imol. in d. con. liiij. Ad istud † respondetur, quòd nõ obstat d. Bal. & Iacobi de S. Georg. quia nõ procedit, quãdo dominus & inferior à principe vellet statuere contra ius cõe ex causa publicæ vtilitatis. nam isto casu etiã inferior à principe potest alteri auferre rem suã, & iuri cõi derogare, siue ꝑ viã statuti, siue per viã edicti generalis. ita Alex. in d. cõs. 124. vers. quantũ aũt ad proclamata. lib. iiij. in d. l. nemo põt. & in cons. 106. vers. quintò probatur. lib. ij. Iason in dicta l. omnes populi. in fine in prima lectura & in secunda lectura, in l. non solum. §. morte. versiculo. quinta conclusione. ff. de operis noui nuntiatione. & in l. in primo not. C. de precibus impe. offer. Itaq; ex hoc capite non potui Boe

tuit Boërius reprobare dictũ Bal. & Iacob. de sancto Georgio. Videmus etiã, ꝙ ob causam publicæ vtilitatis possunt cogi subditi ad vẽdẽdũ suas res pretio viliori. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruct. Alexand. in consi. 190. lib. ij. Similiter ob causam vtilitatis publicæ põt quis cogi ad deputandũ eius nemora, molendina, & similia ad vsum publicũ recepta, cõpetẽti mercede. Ange. in cõs. 206. inter ordinamẽta. in prin. per l. vẽditor. §. si cõstat. ff. cõmu. prædio. si inferior à principe ob causam vtilitatis publicæ põt alteri auferre rem suã, si põt eum cogere ad vẽdendũ rem pretio viliori, quãtò magis poterit cogere subditos ad coquẽdũ in suo furno, & ad molendũ in suo molendino, siue per viã statuti, siue per viã edicti? Nec obst. quod dicit Boërius, ꝙ hoc modo subditi semper cogerẽtur ad molẽdũ in molẽdinis dñi: quia nego, quando ex tali coactione solùm obueniret vtilitas dño. Imò tũc solũ cogentur, quãdo tota respublica loci cõmodũ sentiet: qui casus rarissimè tamen accidere solet: quia vix fieri poterit, ꝙ domini velint deputare sua molẽdina, & furnos ad publicũ cõpẽdiũ: vt suprà dixi. Circa secũdũ † an valeat tale statutũ cogẽs subditos 7
ad molendũ, & coquendũ in molẽdinis aut furnis dñi, vel ciuitatis, qñ esset præiudiciale aliis dominis molẽdinorũ, quorũ molendina per tale statutũ breuioris reditus fiunt? Boërius in d. q. 125. tenet, ꝙ nõ. allegat Calderi inter cõsilia Ancha, in consi. 12. vbi, ꝙ nõ valet statutũ Spoleti, per quod per indirectũ subditi abstinebant à molẽdo in molendinis ecclesiæ: quia per tale statutũ fiebat præiudiciũ ipsi ecclesiæ, super quo facto idẽ etiã cõsuluit collegiũ Bononiẽse: vt patet in cõs. 13. inter cõsilia eiusdẽ Anchara. allegat etiã Ancha, in cons. 298. In territorio. Addo Ancha. in consi. 155. Optimis rationibus, vbi cõsuluit in eodẽ casu, in quo cõsuluerũt Calderi. & collegiũ Bononiẽse. quæ cõsilia refert & sequitur Alex. in cons. 211. lib. ij. Soci. in d. cõsi. 272. lib. ij. Ias. in l. ciuitas. ff. si cert. pet. in l. quominùs. q. 25. ff. de fluminibus. in l. j. ff. de legibus. ¶ Vt iste secũdus casus planiùs intelligatur diuido eum in tres casus. Primus casus est, an valeat tale statutũ in præiudicium ecclesiæ? Secundus an valeat in præiudiciũ laicorũ subditorũ statuẽtibus. Tertius, an valeat in prçiudiciũ laicorũ non subditorũ statuẽtibus. ¶ Circa primũ casum in ecclesia, ꝙ † statutum non valeat. 8
tenent Calde. collegiũ Bonoriẽse, Anchara. Alex. Socinus,

Iaſon,& Boërius in locis ſuprà allegat. quia tale ſtatutum videtur cõtra libertatẽ eccleſiaſticã. & per alias rationes, de quibus per eos ibi.& hãc opinionẽ dicit magis cõmunẽ Iaſon in d.l.quominùs.quæſtione.25. ¶Sed cõtrarium, ꝙ imò tale ſtatutũ valeat, etiã in præiudiciũ eccleſię: tenet Baldus inter cõſilia Anchara.in cõſi.xj. Calderin. ſibi contrarius,in cõſi.21.Epiſcopus in titu.de cõſtitutionibus cui cõſilio ſe ſubſcripſit Ancha. pariter ſibi cõtrarius. & illud cõſi.Bal.xj.inter cõſilia Ancha. ſequitur Iaſ.ſibi cõtrarius in cõſi.236.verſ.ſimiliter laici,lib.ij.& in cõſi.39.in fi.lib.iij. Curtius iunior in cõſi. 147.in fin Decius in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.verſi.tertiò,cõcluſio ſupra facta.de cõſtitutio. in conſ.269.verſ.& hoc eſt præſertim dicendũ.in conſ.271. verſ.nõ obſtat alia ratio.Iaſ.in l.filiusfamilias.§.diui.verſi. tu vltra alios.ff.de lega.j.Dec.in cõſ.293.& pro hac opinio.

9 † addo aliã cõcluſionẽ in ſimili,de qua per Bar.in l.reſcripto.§.fi.ff.de mune.& hono.vbi quãdo facultates eccleſiæ creſcunt,& bona laicorũ minuuntur,ne laici pauperiores ſuſtineãt omnia onera, poſſunt facere ſua prædia tributaria,vel ea hypothecare,aut obligare pro ſoluendis oneribus.& hoc modo tranſibunt prædia in eccleſiã, cum ſuo onere reali,& tenebitur eccleſia ad onera pro dictis prædiis.Idẽ tenet Ancha.in conſi.303.Hoc ſtatutũ. Calderi.in conſi.vij.in tit.de conſtitutio.& in cõſi.ij.in tit. de cẽſibus. idẽ tenent Abb.& alij Docto.relati per Soci.in conſi.12.lib. iiij.vbi hoc idem Soci.ſequitur alios etiã Docto.vltra Soci.idẽ tenentes refert & ſequitur Dec. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.verſi.quod autẽ ſuprà dictũ eſt.de conſtitutio. licet Feli.ibi in quinta quæſtio.dicat opinionẽ contrariã verio-

10 rẽ,& ſuſtẽtabiliorẽ & quòd valeat talis hypothecatio † bonorũ,licet fiat in præiudiciũ eccleſię,tenet Curtius iunior in conſ.68.vbi hoc habet pro indubitato. idẽ tenet Calca. in cõſi.vij.verſi.iſtã etiã opinionẽ. Addo etiã Bal.in conſi. 280.Præmiſſo ſtatuto.lib.ij.vbi, ꝙ hoc procedit, modò nõ fiat ſtatutũ odio clericorũ principaliter. & idẽ tenet Bald. in cõſi.434.Licet iudex.verſ.vtrũ autẽ prior es.lib.iij.dũ allegat Inno.in c.poſtulaſti.de foro cõpeten. quem etiã allegat Bar.in d.l.reſcripto.§.fi.Bartolum etiã in d.l.reſcripto. §.fi.ſimpliciter ſequitur Abb.in cõſi.26.lib.j.Iaſ. in d. cõſi. 39.in fi.lib.iij.& ſic Docto. magis cõmuniter conueniunt, ꝙ laici poſſint præiudicare eccleſiæ in iure quærendo ſaltem

tem per indirectum, modò id non faciant principaliter, vt noceant ecclesię: sed ad eorum commodũ & necessitatem, put quãdo ecclesia abũdat diuitijs:, & laici depauperãtur. Quis enim dicet eo casu, quid fieri in præiudiciũ ecclesiæ? An non magis pium, & Deo amabiliùs & gratiùs, laicos nõ egere, quàm ecclesiã luxuriari? cum † ecclesia nihil debeat 11
quęrere quàm necessaria ad victum, secundum honestatẽ: reliqua autem tenetur conuertere in alimoniam pauperũ, & fabricam ipsius ecclesiæ. cap. de reditibus. c. concesso. c. nulli episcoparum. & c. quatuor. 12. q. ij. Calde. in consi. ij. in tit. de peculio cleric. vbi verò ecclesia esset pauper, vel vix haberet necessaria ad victum secundum honestatẽ & qualitatem clericorum aut religiosorum, nõ auderem consulere contra ecclesiam: cuius protestor & intendo filium esse, ac humilem seruum, & in eius vnione mori certum est Deo auxiliãte. Posita igitur paupertate laicorũ ab vna parte, & abundãtia ecclesiæ ab altera parte, super veritate dicti Bart. in d. l. rescripto. §. si nõ videtur quærẽda alia ratio, quã diuina & naturalis, & isto casu nescio videre quomodò dicantur laici fraudem committere aduersus ecclesiã, si necessitatibus suis prouident, & cõtra ecclesiasticos cõquerentes potest reddi responsio Imperatoris contra philosophum quærentem immunitatem ab oneribus: de qua in l. professio. C. de muneribus patri. lib. x. professio & desiderium tuum inter se discrepãt, cùm Philosophi sit contemnere pecunias, sed eas magis, quã Philosophi contẽnere oportet religiosos, sæculo renunciantes, modò necessaria non desint. Hæc inquam Doctor. conclusio multùm videtur facere pro hac parte. licitũ † enim videtur vnicuique 12
inuigilare proprio cõmodo, licèt ex eo damnũ alijs ferat: modò non id faciat, vt alij noceat. l. Proculus. ff. de damno infe. l. j. §. denique Marcellus. & l. si in meo fundo. ff. de aqua plu. arcend. & prima charitas incipit à seipso. l. præses. C. de seruit. & aqua. instit. de donatio. §. j. ibi dum se magis quis velit habere. c. si. non licet. 23. q. v. ¶ Et tenendo hanc partẽ non videntur obstare argumenta, quæ adducuntur in cõtrarium pro parte ecclesiæ. Et primò, quod lex debet esse sancta & honesta, nõ cõcernẽs propriã vtilitatẽ cu incommodo alterius, & ꝙ vniuersitas habens bona cõmunia aut publica, in illis bonis iudicatur vt priuatus: sed priuatus nõ posset aliqd facere in pręiudiciũ alterius. quo fundamen-

13 to vtitur Ancha.in dict.cõs.298.Quia † respondeo, quod argumentũ procederet, quãdo ageretur de præiudicio alterius in iure iam quæsito: secùs, si in lucri amissione: quia tale præiudiciũ amissionis lucri nõ habetur in cõsideratione. Bar.in d.l.quominùs.in xj.q.in fi.ff.de flumi. vbi moder.& in molẽdino, quod tale præiudiciũ cessantis lucri nõ cõsideretur, tradit Signorolus de homodeis, inter cõsilia Bal. in cõsi.71. Casus talis est, Cõmune, & homines de villa frãcha.lib.j.quod Boërius in d.q.125.allegat pro se, cũ faciat
14 cõtra eum. Idẽ in molẽdino, quod † tale præiudicũ cessantis lucri nõ sit cõsiderabile, tenet Alex.in cõs.194.vers.& licet ibi aliquis.lib.ij. Hinc videmus citationẽ eorũ nõ esse necessariã, de quorũ præiudicio agitur, solũ in nõ faciẽdo lucrũ. Bar.in l.j.circa fi.ff.de leg.ij.Ias.in l.si quis arbitratu. versi.quintò limita.ff.de verb.obli.sed ecclesiæ non potest dici ius aliquod quæsitũ ex eo, quod laici accederent ad eius molendina: quia ob id cogi nõ poterãt ab ecclesia, vt accederẽt in futurũ, cùm sit actus merè volũtarius, vt suprà di-
15 xi. Prætereà † etiã quod ageretur de vero præiudicio nõ de lucri amissione, adhuc tale præiudiciũ nõ videretur considerabile: cũ veniat secũdariò, & in cõsequẽtiã: cùm principaliter nõ fiat tale statutũ aut nouũ molendinũ, vt alteri noceatur: & præiudiciũ quod venit in cõsequẽtiã & secũdariò, non attẽditur. gl.in c.quãuis.in glo.fi. vbi Geminia.de pact.lib.vj.quam pro not.ad hoc citat sequitur & exornat Ias.in l.nec quiquã.§.vbi decretũ.ff.de offi.procon.& lega. & in l.decem.ff.de verb.obli.& ita in ecclesia arguit Deci. in l.generaliter.C.de institu.& substitu.videmus etiã, quod
16 Papa potest præiudicare † laicis in cõsequẽtiã, vbi principaliter non posset: puta dispensando super voto.gl.Inno.& Doct.in c.ij.per illũ text.de voto.Deci. post alios in c.quæ in ecclesiarũ.versi.prætereà & secundò. de constitu.& illã gl.dicit singu.Ias.in consi.93.in fi.lib.j.Addo Rotam decis. 331.Supposito facto.versi.iiiij.quilibet.& versi. vj. hoc pro-
17 batur.in nouis. ¶ Non † obst.quod tale statutũ videtur tendere in præiudicium libertatis ecclesiasticæ. quia respondeo, quod tunc statutũ venit cõtra libertatem ecclesiasticã, quando aufert, aut diminuit priuilegium cõcessum ecclesiæ à Papa, aut principe.Cyn.& Moder.in authen. cassa, & irrita.C.de sacrosanct.eccles. vbi Deci. Soci. in consi. 241. versi.aut quintò.lib. ij. Sed hîc nõ apparet de aliquo priuilegio

legio cõcesso ecclesiæ, ꝙ possit cogere laicos ad molendũ in suis molẽdinis. Similiter nõ potest dici, ꝙ tale statutum tollat beneficiũ cõpetẽs ecclesiæ de iure cõmuni: quia iure cõmuni nõ cauetur, ꝙ ecclesia nec alius possit quẽ adstringere ad molẽdũ in suis molẽdinis. Bene tollitur beneficiũ iuris cõmunis personis, quæ cogũtur per statutũ ad molẽdũ in molendinis ciuitatis statuẽtis: sed subditi nõ possunt de hoc cõqueri: quia (vt suprà dixi) potest fieri tale statutũ ob publicã vtilitatẽ etiam contra ius cõmune. ¶Præterea, quod ecclesia perciperet vtilitatẽ ex accessu laicorum ad eius molẽdina, illud erat ex gratia & beneficio ipsorũ laicorũ: qui poterãt nõ accedere. Sed videtur † quòd possint 18
laici statuẽdo denegare eorũ beneficia ecclesię: quia iniuriã nõ facit, qui beneficiũ nõ impendit. Bal. in l. de quibus. in vj. q. ff. de legib. in l. si quis curialis. C. de episc. & cleri. & in d. authen. cassa. Soci. in consi. 122. lib. j. Deci. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. vers. & suprà dicta procedũt. de cõstitutio. & in consi. 83. vers. sextò respondetur. Licet autẽ istud nõ procedat, quãdo clericis semel beneficiũ, vel priuilegiũ acquisitũ fuit: vt dicit Deci. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. tamen hîc nõ potest dici aliquod beneficiũ acquisitum ecclesiæ. quia (vt dixi) ex accessu volũtario ius nõ quæritur. ¶Non obstat, ꝙ tale statutũ videtur dolosum, & iniquum, sapiẽs cupiditatẽ & auaritiã laicorũ cum iactura ecclesiæ. Quia fateor, quando laici sine magna necessitate & solũ ad augendos reditus, & causa lucri ita facerẽt. sed si ex causa necessitatis & vtilitatis totius reipublicæ ita statueret, ecclesia alioquin diuite & opibus abundãte, dico † ꝙ dolus cõ- 19
siderari non potest in permissis. In re enim à iure permissa dolus, aut fraus cõsiderari nõ potest. l. j. §. nõ fuit. ff. de dolo. l. iniuriarũ. §. j. ff. de iniur. l. nullus videtur. & l. nemo dãnum. ff. de regu. iuris. qui text. optimus videtur in hac materia. vbi dicitur ꝙ nemo dãnũ facit, nisi qui id fecit, quod facere ius nõ habet. & sic quãdo quis quid facit iure permittẽte, nõ cõsideratur ꝙ ex tali facto alius damnũ sustineat. itaq; si lex permittit, ꝙ necessitatibus suis succurrat quis, maximè, vbi agitur de necessitate reipublicæ: quomodò dolus aut fraus in statuẽtibus cõsiderari poterit? Pro hoc facit ꝙ scribit Oldra. in cõs. 203. Factũ tale est: collata fuit vbi, ꝙ ex pluralitate permutationũ de beneficiis ecclesiasticis nõ p̄sumitur fraus: q̄a cõtractus permutatio-

nis est de iure permissus. Alibi scribit Paul. de Cast. in cõsi. 388. Plus. in fi. lib. j. ꝙ simulatio cõsiderari nõ potest in actu permisso. fortiùs voluit Bald. in cons. 298. Quæritur vtrum vsurarius. li. ij. ꝙ vsurarius manifestus prohibitus testari, poterit donare causa mortis: licet eo modo fraudari possit lex: quia dicit Bald. non potest dici fraus assumere viã à iure concessam. sic in simili dicit Alex. in cõsil. 54. lib. vij. ꝙ statutum prohibens quid relinqui alicui personæ, non cõ-
20 præhendit donationem: quia verbum relinqui, † pertinet ad vltimam voluntatem. & tamen donãdo videtur statutũ fraudari. sed quia statutũ nõ prohibet donationẽ, in actu permisso, fraus cõsiderari nõ põt. Iã in dubio fraus aut do lus præsumi nõ † debet, quotiẽs alia coniectura capi põt. l.
21 merito. ff. pro soc. Bar. & doct. in l. nõ solũ. §. sed vt probari. ff. de oper. noui nunt. Non negẽ tamen, quin in casu Anch. fuerit bene consultũ in fauorem ecclesiæ: quia ibi præsupponitur ex facto, ꝙ laici ita statuerũt ex causa auaritiæ, & cupiditatis ad augendos eorũ reditus & deminuẽdos illos ecclesiæ sine causa vrgẽti. Secũdò: quia in casu Anch. laici non potuerũt statuere cõtra edictũ superioris, qui noluit reditus molendinorum ecclesię diminui. Tertiò, quia molendina ecclesiæ erãt in territorio statuentiũ: per ea, quæ infrà dicã in secũdo casu, ex qb[9] dictis qõ hæc de ecclesia
22 splẽdidior. ¶ Venio † ad secũdũ casum. an valeat statutũ cogẽs subditos ad molẽdũ in molẽdinis vniuersitatis statuẽtis in pręiudiciũ singulariũ personarũ, & subditorũ de ipsa vniuersitate habẽtiũ molẽdina in territorio ipsius vniuersitatis statuẽtis? & videtur dicendũ, ꝙ nõ: quia statutũ debet esse ęquale, & cõmune inter oẽs subditos sine dãno aliquorum particulariũ tantùm. & qñ statutũ cõcernit odiũ, & dãnum, nõ vniuersale sed aliquorũ particulariũ tantũ, illud dicit iniquũ & dolosum, adeò, ꝙ particulares sic grauati possunt à tali statuto appellare. Bart. in l. oẽs populi. in v. q. princ. in fin. ff. de iusti. & iur. & in l. fi. ff. de appell. recip. Alex. in consi. 190. lib. ij. & pro hoc videtur text. in ca. cum omnes. vbi Dec. in quinto no. de constitutio. & idem Dec. in c. consuluit. iij. de appellatio. nam cùm particulares habentes molendina in loco sint de corpore vniuersitatis, iniquum videtur, ꝙ consulatur cõmodo reipublicæ cum iniuria & dãno ipsorum particulariũ. & in molẽdinis particularium, tradit Ias. in d. l. j. ff. de legibus. in d. l. ciuitas. ff. si cert.

ff.si cert.pet.& in d.l.quominus.q.25. ¶Et ex hoc infertur,
†q̄ si ecclesia habens molēdina, esset de eodē loco, quòd 23
pariter cōtra ecclesiā nō valeret statutum: quia clerici habitātes in ciuitate iudicātur, vt ciues, non vt forenses aut extranei, cùm supportēt onera spiritualia. Anch.in cōs.61. Ista quæstio Alex.in cons.41.lib.vij.Dec.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.ver.non obst.q̄ beneficium statuti.de constitu.& in consi.114.Ias.in l.fin.ver.subdit Bald.hîc.C. de sacros.eccles.Et si dicas, per tale statutum nō infertur damnum considerabile subditis, cùm solùm priuētur lucro: vt suprà dictum est. Respondeo, q̄ etiam tale damnū cessantis lucri subditis dari nō debet: quia cùm sint de corpore reipublicæ, statutū ita debet concernere vtilitatem taliū particularium, habentium molendina, sicut aliorum. æqualis
†enim omnium debet esse conditio. & dignum est, vt qui 24
cum aliis vitam similem ducunt, similem sentiant in legibus disciplinam. cap.recolentes. de statu monach. Sed per tale statutum non solùm commodum non recipient, imò dispendium grande sustinebunt. ¶Secundò respondeo, q̄ imò videntur subditi sustinere damnum deminutionis patrimonij: quia cùm habeant molendina in loco, ad quæ subditi tantùm accederent, aut saltem totus ferè reditus consisteret in multura subditorum, si cogantur subditi desistere à molendo in molendinis ipsorum particularium, iam ipsa molendina omninò peribunt, non secus atque si ipsa ædificia molendinorū incendio aut bello vastarētur.
Et licet † ob vtilitatem publicā possit fieri statutū in præiu 25
dicium singularium personarum: vt not. Ange.in consi.63. Nobilis miles, dom.Raymondus. Ias.in d.l.j.ff. de legib. tamen non arbitrarer hanc causam legitimā præiudicandi particularibus habentibus molendina, vt reditus multuræ omnes perueniāt ad molēdina ciuitatis: quia in effectu ipsi particulares soli viderentur subire onus taliū redituū. Finge enim, q̄ vniuersitas egeat cētum aureis, & pro illis habendis statuat, q̄ omnes subditi veniant ad molēdum in molendinis ciuitatis, ipsi particulares domini aliorum molendinorum plus æquo grauarentur, cùm in oneribus
æqualiter omnes oporteat cōtribuere. Itaq; si alio † modo 26
succurri possit necessitatibus cōmunis, non videtur reipublicæ consulendum cum damno aliorum particularium. Hinc videmus, q̄ dispositio concernens vtilitatem publi-

cam,restringitur qñ agitur de præiudicio tertij.Soc.in cõ si.275.ver.nã.icet aliàs.lib.ij.per tex.in l.j.in fi.ff.ad Munic. iuncta l.Lucius.ff.de admi.tut.imò isto casu damnũ priuatorũ esset maius vtilitate publica:quo casu vtilitas publica non præfertur priuatę.l.vnic.§.sunt autẽ qui putãt.ff.ne quid in flum.publ.Dec.in c.ratio nulla.in prin.de præben.

27 ¶ Circa tertiũ casum,†an valeat tale statutũ cogẽs subditos ad molendũ in molendinis ciuitatis,qñ ex tali statuto fit præiudiciũ laicis non subditis statuẽtibus,si consideres verba Boërij in d.q.125.generaliter vult tale statutũ nõ valere.Sed aduerte,dũ Boërius allegat pro se illud cõsi.Sign. de Homodeis,inter cõsilia Bal.in cons.71.lib.j.quia apertè facit cõtra Boëriũ.nã Signo.vult non esse habendũ in consideratione damnũ cessantis lucri,& multurę:ex eo,ꝙ pauciores accedent ad molẽdina alterius.Istud idẽ volũt Bar. & doct.in d.l.quominùs.in j.q.iũctis his,q̃ habẽtur in q.xj. Bar.in fi.nã in prima q.quæritur,si quis possit construere nouũ molendinũ in ꝑiudiciũ habẽtis prius molendinũ,& in flumine priuato construẽtis.tenet,ꝙ sic:modò nõ id faciat animo principaliter nocẽdi alteri.In flumine autẽ publico,ꝙ nõ licet nouũ molendinũ facere in ꝑiudiciũ habẽtis prius molendinũ.posteà in fi.dictæ q̃õnis.11.Bart.declarat,qñ intelligatur ædificari in præiudiciũ alterius:videlicet,qñ prius ędificiũ destruitur,vel incõmodatur.Secus,si efficiatur minoris lucri.& in molẽdino ita declarat Alex. in d.cõsi.194.ver.& licet ibi aliquis.lib.ij.Ias.in d.l.quominùs.ver.tertiò diligẽter not.vbi etiã Ias. expresssè citat illud consi.Signorol.de homodeis.Similiter dũ Boërius allegat Anch.in c.j.de cõsti.Anch.ibi videtur facere cõtra Boëriũ, qui Anch.vult statutũ valere in odium laicorũ:modò non

28 †fiat in pręiudicium ecclesiæ.& ꝙ statutũ generale cogẽs subditos ad molẽdũ in molẽdinis ciuitatis,debet restringi ad subditos accedẽtes ad molendũ in molẽdinis aliorũ laicorũ,nõ ad molẽdina ecclesiæ.& ita Anch.refert,& sequitur Alex.in d.cõs.211.in fi.li.ij.& sic Anch.& Alex.expresssè volunt valere statutũ,qñ solũ cõcerneret pręiudiciũ laicorũ Similiter Cald.in d.cõs.12.inter consilia Anch.in aliis,quã in ecclesia,nõ audet decidere, an valeat statutũ:sed loquitur sub dubio,fortè.Præterea,si in flumine publico nõ nauigabili est licitũ ędificare nouũ molendinũ,ꝑ qđ minuat lucrũ alterius molẽdini antiquioris,vt oẽs doct.cõcludũt, modò

modò nō auferatur commodū aquę (vt statim dixi) quātò fortius videtur licitum vni vniuersitati statuere, ꝙ subditi aliò non accedāt aliò ad molendū quā ad molēdina ipsius vniuersitatis? quia hoc modo vniuersitas nihil facit in alieno: sed in suo statuēdo inter suos subditos. Itaq; si tale statutū cōtineat præiudiciū aliquorū: illud videtur cōsiderabile in ipsis subditis tātū, qui eo modo ligātur, nō in dñis aliorū molēdinorū. ¶Postremò † in vniuersitate cōsidero, 29
ꝙ ista quæstio videtur sine difficultate. nā qñ agitur de ligando singulos de vniuersitate, non videtur valere statutum, nisi oēs & singuli consentiāt: adeò, ꝙ maior pars vniuersitatis nō sufficeret. Præposit. in c. ad nostrā. de appellat. sed hîc per tale statutum singuli de vniuersitate ligantur, ne alibi possint molere: ergo omnium cōsensus videtur necessarius. Similiter in tali statuto agitur de interesse singulorum: imò ex eo alij aliis magis grauātur. Pone, ꝙ aliqui ex subditis viciniores sint aliis molēdinis, ita, ꝙ minori impensa molēt in molēdinis extraneorū, nōne hîc forti⁹ grauantur? vel pone, ꝙ sumptus multuræ sit vilior alibi, certè negari nō pōt, quin agatur de pręiudicio singulorū de vniuersitate. modò vbi agatur de interesse singulorū, maior pars vniuersitatis nihil pōt constituere in p̄iudiciū aliorū nō consentientiū. Imò in actu cōi pluribus, vt singulis, melior videtur cōditio prohibētis. l. Sabinus. ff. cōi diuidun. & quod oēs tangit, ab omnibus debet approbari. regu. qđ oēs. de reg. iur. li. vj. & tradit Ioan. de Lignano inter cōsilia Bruni Astē. in cōs. 77. Hoc ita præsupposito, dico, ꝙ aut in tali statuto omnes subditi consentiūt, & tunc nō videtur, ꝙ ecclesia aut alius habēs alia molendina possint conqueri: quia subditi deducunt in statutū, quod facere poterāt. Pone, ꝙ sine statuto subditi abstinerent à molēdinis ecclesiæ aut alterius: quæro an cogi possent? certè non: quia ex actibus volūtariis ius in futurū cogēdi nō acquiritur, nisi ecclesia aut alius ius cogēdi acq̄siuisset pacto, priuilegio, aut p̄scriptione causata ex prohibitione cōtra volētes alibi molere, & patiētia subsecuta ꝑ tēpus sufficiēs ad pręscribendū: itaq; si subditi sine statuto poterāt abstinere à molēdinis ecclesię aut alterius: quare nō eodē modo poterūt se obligare, vt in eis nō molāt? Sicut † dicimus, ꝙ simoniæ 30
vitiū non cōmittitur, qñ id in pactū deducitur, ꝙ iure cōmuni cōceditur. glos. & Docto. in c. cùm M. in ver. percipe-

ret.de constir.glo.& Doct.in c.significasti.de elect.& inca. ad audientiam.ij.de rescrip.Old.in cõsi.275.q.ver.circa septimũ.Dec.in consi.118.Et si diceres,istud nõ procedit,qñ aliter exprimitur in pacto,quã insit de iure cõmuni. Abb. in c.quãto de iudi.& in c.quærelã.de simo.Sed hîc videtur fieri statutũ aliter,quã esset permissum de iure communi.
31 Quia de iure cõmuni † licet subditi non tenerẽtur accedere ad molẽdina alterius,poterãt tamen accedere, si volebant,& hîc se obligãt ad non accedendũ.Respõdeo,ꝙ etiã de iure cõmuni est licitũ vnicuiq; facere,ꝙ sibi prosit:licet illud alteri noceat,modò non fiat nocẽdi animo. Concludo igitur in hac quæstione, ꝙ in præiudiciũ aliquorũ particulariũ subditorũ,& qui sunt de corpore vniuersitatis,onera publica pariter cũ aliis substinentiũ,non valeret statutũ eiusmodi cogẽs subditos ad molendũ in molendi-
32 nis vniuersitatis.Secũdò,ꝙ † appellatione subditorũ,isto casu venit ecclesia,habens molẽdina in loco,& ibi sustinẽs onera spiritualia.Tertiò,ꝙ si ecclesia non sustinet onera spiritualia in loco,& ibi vel alibi habet molẽdina,& sit ecclesia valde diues, adeò,ꝙ etiã cessante rẽditu, vel aliqua eius parte eius molendinorũ,nõ ob id indigebit:& statutũ de quo s.fiat in magnã vtilitatẽ reipublicæ:ita ꝙ appareat de bono animo statuentiũ,ꝙ nõ ex causa cupiditatis aut auaritiæ,sed ob bonũ publicũ ita agũt, ita ꝙ maior sit vtilitas sic statuẽtiũ,quã damnũ ecclesiæ inde prouenies, valeat eo casu statutũ.Quartò, ꝙ si agatur de præiudicio aliorũ laicorum nõ subditorũ vniuersitati statuẽti, valeat statutũ prædictũ,modò principaliter nõ fiat odio aliorũ habentiũ molendina,sed principaliter ob bonũ publicũ: nõ habita ratione an alij laici sint valdè diuites,vel nõ:sed
33 solũ habita ratione an fiat statutũ animo nocẽdi,qui † nocẽdi animus præsumi poterit,qñ vniuersitas breue ex ea relatura sit commodum.Nam Doct.dicunt pręsumi quid factum animo nocendi alteri,qñ ex tali facto nulla percipitur vtilitas.Paul.de Cast.in l.fluminum.§.fi.ff.de damno infect.& in l.altius.C.de seruitu.& aq.Rom.in consil.52.in fin.Imol.in l.si in meo.ff.de aqua plu.arcen.Alex.in consi. 174.lib.ij.Iason in consi.32.in secundo dubio.libro primo. & in consilio 150.libro secundo.Ripa in dicta l.quominus. ff.de fluminibus.Idem videtur dicendum, quando vtilitas modica percipitur ex tali facto: quia parum, & nihil æqui-

hil æquiparantur.l.illud.§.minùs.ff.de tributor.l.minùs.ff. de verb.sig.l.iij.circa princip.ff.quod cum eo.Bald.& doct. in authen.prætereà.in vltim.q.C.vnde vir.& vxor.Socin.in consi.30.lib.iiij.Dec.in con.573.& an dicatur vtilitas magna vel parua, debet considerari qualitas vniuersitatis: quia vniuersitas † dicitur ditior priuatis,ideò respublica semper 34
dicitur esse soluendo.l.ij.ff.de fund.dot.Ias.in l.sciendum. in prin.vers.tertiò limita.ff.qui satisd.cog.& dicitur vniuersitas aut communitas de personis potentioribus. Anch.in consi.vit.vers. prætereà conditio ecclesiæ. quod tamen est consi cuiusdam alterius doctoris.Idem tradit Bal.in cons. 311.Apparet.infi.lib.j.vbi, quod vniuersitas dicitur potentior vna persona ecclesiastica, & cum aduocatum Taurini agerē pro republica,& vniuersitate, Sauiliani, solitus erat dicere nobilis quondam Franciscus Ferrucij,vir grauis & magnæ practicæ, ne dubitarem de honorario vnius vniuersitatis: quia de re cōmuni leuiter succurritur vni.Itaq; absurdum videretur, si vna vniuersitas pro breui compendio vellet afficere damno grauiore aliquem priuatum. Et præmissa dicta & scripta sint ad correctionem cuiusuis rectius sentientis.& vbi casus accideret, plurimum poterit rectissimum æqui iudicis arbitrium,qui variè constituere poterit ex qualitate personarum,rerum & temporis.

¶Præmissa † etiam conclusio, quòd in iis, quæ sunt meræ 35
voluntatis, & facultatis, non inducitur consuetudo aut præscriptio, limitatur non procedere, quando in eis nata esset & competeret actio: quia tunc tali actioni præscribitur:cum omnes actiones tollantur spatio temporis 30.aut 40.ann.l.sicut.& l.omnes.C.de presc rip.30.vel 40.ann.Puta promittit quis rem vendere quandocunque soluetur certas quantitas. licet enim sit in facultate eius, cui promissio facta est,an cogat promittentē ad vendendum: tamen tali facultati præscribitur trigința annis: quia erat nata & competebat actio contra promittentem, vt vēderet etiam ante oblationem pretij: licet elidi posset exceptionis ope. ante solutionem pretij.ita Angel.in cons.55. Gulielmus & Frāciscus quem refert & sequitur Fel.in c.cùm accessisset. vers.secundò declaratur.de constitut. Brunus Astensis, in 36
consi.95.¶Ex qua limitatione † apertè comprobatur opin. mea contra Alex.quam posui in consilio meo.111.quod in causa propria composui, contra vniuersitatem Ripæ propè cherium. Nam Alex.in cons.136.lib.ij. voluit, ꝙ foren-

ſis obligatus ad onera ex conſuetudine non præſcribat li-
bertatem non ſoluendi, niſi eo modo, quo præſcribitur in
actibus merè volũtariis, & facultatis. & ſic ꝙ non incipiat
forenſis præſcribere, niſi ex eo tempore, quo fuerit inter-
pellatus ad ſoluendum, & contradixerit. deinde poſt con-
tradictionem exactum fuerit tempus legitimum ad præ-
ſcribendũ cum patientia interpellantis acquieſcentis con
tradictioni. Nam illud dictum Alex. apertiſſimè confundi-
tur ex præmiſſa limitatione: licet enim eſſet in facultate
vniuerſitatis exigere onera: tamen cum tali facultate con
iuncta eſt actio, competens contra forenſem ad ſolutio-
nem ipſorum onerũ: quæ actio, dicitur condictio ex lege,
deſcendens ex lege tacita conſuetudinis, aut ſaltem com-
petit officiũ iudicis, cui etiam præſcribitur, vt ſuperiùs vi-
dimus circa illam q. competat reſtitutio in integrum ad-
uerſus præſcriptionem. & quod dictũ Ang. ſit veriſſimum,
probatur inconuincibiliter: quia aliâs ſequeretur, ꝙ nulli
actioni præſcriberetur, cùm ſemper ſit in mera facultate
creditoris, an agere velit vel non. C. vt nemo inuit. & tamẽ
tali facultati pręſcribitur. cur hoc? quia cum tali facultate
coniuncta erat actio, per quam debitor ad ſoluendũ aut
37 aliud faciendum cogi poterat. ¶ Amplius † dico, quod non
ſolùm facultati præſcribitur, quando cum ea coniuncta
eſt actio, ſed etiam quando ex vſu talis facultatis naſcitur
ius deducibile in iudicium: puta in iure adeundi. nam pen
det à mera facultate, & à mero arbitrio heredis, an velit a-
dire, nec tale arbitrium aut talis facultas coniunctam ha-
bet actionem aliquam: quia non poteſt heres agere cõtra
aliquem, vt adire poſſit: tamen quia aditione ſecuta naſci-
tur ius deducibile in iudiciũ actiuè & paſsiuè: quia heres
adita hereditate poteſt agere & conueniri, tali facultati
adeundi pręſcribitur triginta annis. ita Ang. in l. pignori. ff.
de pignor. in l. licet. C. de iur. delib. & in conſ. 141. Dominus
Bernardinus. Corn. in con. 305. lib. iij. Deci. in l. petens. C. de
pactis. & in conſ. 164. verſ. venio ad aliud dubium. Iaſ. in l.
38 quandiu. ff. de acq. hered. Inde fit, vt mirer † modernorum
nonnullos ſecutos fuiſſe dictum illud Alex. in d. conſ. 136.
lib. ij. quod ſecutus fuit Curt. Iuni. in conſ. 60. verſ. procedit
etiam alia ſolutio. Alex. in con. 21. potuiſſent moder. allega
re Bald. in l. malè agitur. verſic. per quas leges dicunt. C. de
præſcrip. 30. vel 40. annor. vbi ſi dominus ſtetit per centum
annos,

annos, quòd non imposuit aliqua seruitia vasallo, vel non petiit homagiũ, non ob id præscribit vasallus libertatem: quia nunquàm habuit aliquam possessioñe libertatis, antequam fuerit requisitus, & cõtradixerit. Sed dictum hoc Bal. nihil obstat. quia loquitur in vasallo, qui nunquam interuertit possessionem domino super feudo. non mirùm, si non præscribit possessione ciuili semper remanente apud dominum directum feudi, ob id contra possidentem ciuiliter nunquam præscribitur, nisi possessio interuertatur. d. l. malè agitur. secus in d. Alex. vbi nulla cadit possessio ciuilis conseruatiua iuris, & vbi vniuersitas fuisset in possessione ciuili, illa mittitur per negligentiam & obliuionem longi temporis: iuxta no. in l. j. C. de ser. fug. sic quod saltem post decem annos incipit præscriptio currere, vt suprà dictum fuit. & aliâs illud dictum Alex. fuit contra me allegatum in publico iudicio: sed omnes aduocati, qui præsentes aderant, risum dederunt. Puto igitur dictũ illud Alexã. oppidò quàm falsissimum in iure. & cõtra illud dictum tenuit idemmet Alex. sibi contrarius in cons. 30. in v. dubio. lib. v. vbi voluit, quod sufficiat cessatio solutionis per 40. annos, si, durante dicto tẽpore, factæ fuerint impositiones collectarum, & solutum non fuerit. & sic solum considerat Alex. an euenerit casus solutionis collectarum: quia ab eo tempore incipit præscriptio currere. & illud cons. Alex. refert & sequitur Ias. in cons. 210. in fi. lib. ij. in cons. 25. lib. iij. & in cons. 101. lib. iiij. Addo vltra Ias. eundem Alex. sibi contrarium inter consilia Calcanei in consil. 49. vbi voluit, ꝙ præscriptio inducitur contra præstationẽ honorantiæ per cessationem soluendi spatio 30. ann. ¶ Ex præmissa etiã declaratione & limitatione infertur malè fuisse locutũ Abb. in d. consi. 101. vers. quinimò posset attentari. lib. j. quod est repetitum in cons. 57. lib. ij. quia in casu Abb. cum facultate coniuncta erat actio, ob id bene fecit, dum ita locutus est sub dubio forte. ¶ Limitatur † etiam præmissa conclusio, 59 quòd præscriptio non currit in his, quæ competũt iure facultatis: vt non procedat interueniente aliquo opere hominis. Puta, licet aqua scaturiens in fundo meo fluxerit in fundum vicini per mille annos, ex hoc non dicitur acquisitũ ius vicino: vt non possim impedire talis aquæ cursum: cum talis cursus consistat in mera facultate mea: quia permisi ita currere aquam scaturientem in fundo meo, ob id licitum

licitum eſt mihi quandocunq; præcidere venas talis aquæ
in fundo meo, & curſum aquæ impedire. d.l. Proculus.ff.
de dam.inf.& d.l.ſi meo fundo.ff.de aqua pluuia arc.Iſtud
40 tamen non procedit, quando aqua ita † curreret ex fundo
meo per opus hominis extructum in fundo meo ob cau-
ſam curſus talis aquæ. ex tali enim opere arguitur, quòd non
iure facultatis, ſed iure ſeruitutis ita aqua curreret. Ita
Pau.de Caſt.in conſ.243. Videtur, quòd non poſſit.circa fi.
lib.ij.vbi, quòd in curſu naturali aquæ non poteſt conſide-
rari ſeruitus: ſecus vbi interuenit opus manufactũ. Idem
voluit Calca.in conſ.56.licet Pau. non alleget. Idem etiam
voluit Bellamera in d.conſ.vij.vbi, quòd ex opere manufa
cto acquiritur ſeruitus negatiua, quando quis in flumine
publico habet aliquod opus ad retinẽdos piſces: quia tũc
poterit alios prohibere ne ibi piſcari valeant: & tamen a-
ctus piſcandi in flumine publico competit iure facultatis,
nec in eo procedit præſcriptio.l.fi.ff. de vſucap. & ſuprà di-
ctum eſt. Iſtam etiam limitationem voluit Bal.in cap. cùm
omnes.de conſtit. vbi, quòd nulla ſeruitus habet cauſam
naturalem: ſed aut impoſititiam, aut præſcriptã. quod Bal.
dictum refert, & ſequitur Iaſ.in l.j.in princip. verſ. tertiò in
contrarium.ff.de acq.poſ.& in d.l.quominus. q.28.ff.de flu
min. inferens; quòd ſcolatitia aut aquarum emiſſoria nul-
lo tempore præſcribuntur. Dum autẽ Bald.in ſeruitute re-
quirit cauſam impoſititiã aut præſcriptam, ita quòd ſolus
curſus naturalis non ſufficiat, cauſa impoſititia, & præſcri-
pta habetur ex tali opere manu facto. Ex quo apparet, quòd
non iure amicitiæ aut facultatis aqua currit ex ſolo curſu
naturali, ſed interueniente facto, aut opere hominis. Et ſic
dupliciter poteſt præſcribi in his, quæ competunt iure fa-
cultatis. Primò, ex prohibitione, cum patientia ſubſecuta
ad modum memoratum. Secundò ex cõſtructione, & re-
41 tentione operis manufacti. ¶ Sed cõtra † premiſſa, quòd in
iis, quæ competunt iure facultatis, non cadit præſcriptio,
videtur facere dictum Felin.in c.cùm M.Ferra. verſ.tertia
declaratio.de conſtit.vbi, ſi quis hoſpitatus fuerit amicũ
per tempus, cuius initij memoria non extat in cõtrarium:
gratis cogitur hoſpitari in futurũ: & tamen talis hoſpita-
tio videtur conſiſtere in mera facultate hoſpitantis: vt di-
cit Inno.in d.c. cùm eccleſia Sutrina.de cauſ. poſſ.& prop.
& hoc dictum Felin.refert & ſequitur Socer meus Purpur.

in tracta.de offic.asseſſo.nu.174.Reſpondeo,quòd Feli.non benè loquitur, ſi ita ſimpliciter † intellexit.nam vbi in iure hoſpitandi cadere poſſet præſcriptio, requireretur tẽpus, cuius initij memoria nõ extat in contrarium, cùm habeat cauſam diſcontinuam:vt not.in d.l.ſeruitutes.magna.ff.de de ſeruit.& tamen Innoc. & doct.dicunt, quòd in tali iure præſcriptio non cadit: niſi dicas,quòd ſufficit minus tempus propter poſſeſſionem ciuilem, quæ animo retinetur continuè: vt per Bart.in l.iuſto.§.non mutat.ff.de vſucap. Secundò dico, quod doct.allegati per Fel.hoc non dicunt: imò expreſsè contrarium. nam Inno.in d.ca. cùm eccleſia Surrina.loquitur nõ induci præſcriptionem etiam ſi quis amicum vicibus mille fuerit hoſpitatus. idem dicit Anch. in c.ſine poſſeſſione.de reg.iuris.lib.vj. Dec.in d.conſ.viij. & ſic volũt doct. quòd licet mille annis fuerit quis amicũ hoſpitatus,ſemel in anno computando, quòd ex hoc præſcriptio non inducatur,dum enim dicunt, ſi mille vicibus hoſpitatus quis fuerit,non dicunt continuè, quia hoc modo vnica tantum diceretur hoſpitatio, ſed intelligunt per interualla.Debet † ergo intelligi,quod Felin.dicit,quando 43
ex qualitate perſonarum, aut ex coniecturis poſſet apparere,quòd ex debito aut iure ſeruitutis, non ex mera gratia fieret hoſpitatio: vt quia hoſpitatus tale ius hoſpitandi peteret,tanquàm ſibi debitum: puta,ſcribendo literas,vel mittendo nuntios ad dominum domus pro parando ſuo hoſpitio vel dicendo domino domus : facias debitũ tuum vt benè recipiamur, vt decet.

QVARTÆ PARTIS

FINIS.

QVINTA, ET VLTIMA PARS TRACTATVS

de antiquitate temporis Aymonis Crauettæ à Sauiliano.

***

ARGVMENTVM.

Antiquum quid dicatur in feudalibus. Et quòd illa antiquitas colligatur ex possessione prædecessorum. Tum feudorum quotuplex sit qualitas. Et probandi feudi onus cui incumbat, & probandi ratio.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum dicitur, quod ab antecessoribus fuit acquisitum.*
2 *Feudum antiquum, & feudum paternum, quid differant.*
3 *Feudum nouum, quod dicatur.*
4 *Feudum in dubio an præsumatur antiquum, vel nouum.*
5 *Quæstio vbi est de aliqua qualitate, in qua præsens status rei non conuenit cum primo, ex præsenti non præsumitur in futurum.*
6 *Feudum antiquum, vel nouum alleganti & asserenti, onus probandi incumbit. Limit. nu. 7.*
8 *Feudum esse antiquum, quomodo probabitur.*
9 *Feudalia bona de antiquo probantur, per solam famam in antiquis excedentibus metam centum annor.*
10 *Feudi antiqui qualitas probatur ex verbis enuntiatiuis inuestituræ.*
11 *Feudum dignitatis, aut aliâs collatum à principe, an debeat probari per scripturam.*
12 *Feudi qualitas, testibus probari potest, licet substantiæ probatio requirat scripturam.*
13 *Feudum si quo casu requirat scripturam ad sui probationem, an sufficiat præsumptiuè probare.*
14 *Feudi renouatio arguitur ex possessione antiqua rei feudalis.*

5 *Renouatur quid faciliùs, quàm de nouo inducatur.*

6 *Feudum nouum, quando conceditur iure antiqui feudi, an adsumat naturam & qualitatem feudi antiqui.*

17 *Prælatus ecclesiæ, qui non potest infeudare de nouo bona ecclesiæ, sine iuris solennitatibus, nõ potest inuestire de nouo feudo, iure antiqui feudi. Secùs, si inuestitura sit de antiquo. nu. 18.*

19 *Feudo probando verbis enuntiatiuis non creditur eius, qui de feudo liberè disponere non potest.*

20 *Feudum nouum licet concedatur iure antiqui feudi, ab eo, qui liberè de feudo disponere potest, non tamen transit feudum, nisi ad comprehensos in inuestitura.*

21 *Feudum antiquum si renouetur vasallo, an desinat esse antiquum. & nume. 22. 25. 26.*

23 *Feudũ efficitur nouum ex mutatione formæ inuestituræ. Quod qualiter accipiendum, vide nume. 24.*

27 *Feudum nouum consideratur, respectu noui domini à primo causam non habentis.*

IAM videmus quid dicatur de antiquo in materia probationis: in materia præsumendæ solennitatis extrinsecæ: in actis iudicialibus & extraiudicialibus: in materia cõsuetudinis & præscriptionis, restat, vt videamus, quid † dicatur de antiquo in materia feudali. & sic quod dicatur feudum antiquũ. Feudum antiquum dicitur quod ab 1 antecessoribus fuit acquisitũ. gl. in c. j. in verb. inuestire. de succeß. feudi. no. in c. de natu. succeß. in feud. in c. j. de gradibus succes. in feud. quæ rubrica habetur in tit. de succes. fratrũ. cum simil. vt Alex. tradit in cõs. 30. lib. j. Deci. in cõsi. 78. in consi. 144. vers. his tamen & pluribus. & in consi. 445. Feudum etiã antiquum præsumitur propter antiquitatẽ possessionis, quando antiquitùs fuit possessum per prædecessores vasalli. Alex. in cons. 15. lib. v. Soci. in cons. 66. lib. iij. vbi, quando pater diu possedit aliqua bona, deinde filij reperiuntur inuestiti de eisdem bonis, præsumitur feudum paternum, non nouum. Sed † quæro hîc, quæ sit differen- 2 tia inter feudũ antiquum & paternũ: quia doct. promiscuè istis vtũtur. Dic ꝙ feudũ paternũ dicitur, quod est acquisitũ ab aliquo superiore, aut ascendẽte vsque ad quartũ gradũ. & sic quinque personæ cõtinẽtur, pater, auus, proauus, abauus & attauus. Iacob. Alua. in c. j. §. hoc quoq;. in quin-

to notab.de succeff.feudi.poft Bal.ibi in fin.& idem Aluaro.in prælud.feudo.in sexta diuisione. Ab illis autẽ personis suprà,dicitur antiquum:vt habetur per Bald.& Aluaro. in d.§.hoc quoque.tradit Alex.in consi.26.vers.& per prædicta patet etiã non obstare.lib.v.Deci. in cons 208. versi. sed tamen prædictis nõ obstantibus. Ias.in vsibus feudorũ
3 versi.tertia cõclusio.nu.83.Ex præmissis † satis potest colligi,quòd dicatur feudũ nouum , illud videlicet,ꝙ non est antiquum,aut paternum , & in quo nõ habet quis causam ab alio.Oldra.in cõsi.178. Quidam nobilis Veronensis.in consi.31.versi.secundò hoc probatur. Crotus in l.iiij.§.Cato.versi.notare etiã pro complemẽto.ff.de verbo. oblig.Si autem filius habet feudũ à patre,vel ab alio ascendẽte,dicitur feudum paternum,vel antiquum,secundum memoratam distinctionem. Ias. in vsibus feud. versi.tertia diuisio .nu.83.vel dicatur feudũ nouum , de nouo acquisitum, quod habuit initium in persona primi inuestiti.c. j in versicu.nouam inuestituram,quot testes sunt necessarij.Ias.in dict.versi.tertia diuisio.& in consi.64.li.iij. Curtius iunior,
4 in tracta.feud in prima parte.q.viij.¶Secundò quæro † an feudũ in dubio præsumatur antiquum,vel nouum: Bal.in c.j.in princip si de feudo fuerit controuer. inter dominum & agna.quod in dubio præsumitur antiquum.Ita Bald.refert & sequitur Decius in cons.252.in consi. 269. & in dict. consi.445.vbi etiam allegat Alex.in dict.consi.15. lib.v. Idẽ tenet Ias.in consi.114.lib.j.Contrarium,quòd imò feudum præsumatur nouum non antiquum, tenet Ias.sibi contrarius,in consi.24.libro iij. vbi , quòd feudum præsumitur nouum : quia non præsumitur fuisse aliud feudum, cum res quælibet libera præsumatur.& ista ratio Iaso. videtur
5 probari:quia † quando quærimus de aliqua qualitate,in qua præsens status rei non concordat cum primo statu rei,ex præsenti non præsumitur in præteritum. Oldra.Nicol.de Neapo. & Bald. in l.j.§. si magistratus. ff. de magistra.conue.Bald.in l.ex persona.C.de proba.in consilio.35 Alexand.in consilio 75.in consilio 92. lib. v.in consilio 8. & in consilio 191.in princip.libro vij.Areti.in consilio 15.in consilio 66.versicu. quod autem non probent. sed primus status rei repugnat cum præsenti : quia ab initio omnia bona erant libera.ob id non sequitur:res hodie est feudalis:ergo in præteritum talis fuit.& hoc fundamentum fortiter

titer vrget. Quid dicendum? † Aduerte: quia Bald. & Alexand. allegati per Decium non ita simpliciter, aut generaliter loquuntur, prout Decius eos allegat, quod feudum præsumatur antiquum. sed dicunt, quòd præsumitur antiquum ratione antiquæ possessionis. Ideò vera resolutio est, quòd semper agenti & alleganti feudum esse nouum, vel antiquũ, incumbit onus probãdi, ob id, si vasallus sit in possessione feudi, & dominus agat contra eum, dicens feudum esse nouum domino agenti, incumbit onus probandi, quod sit nouum. Si verò dominus sit in possessione rei, & vasallus agens contra eum, dicat feudum esse antiquum, ipsi vasallo incumbit onus probandi, quòd sit antiquum: quia præsumptio iuris est pro possessore. ita Iacob. de Beluis. in cap. j. de gradi. succes. in feud. quæ rubric. est in titu. de succes. fratrum. sequitur Alexand. in consi. x. lib. iij. idem tradit Paulus de Castro in consi. 44. Circa præsentem casum notandum est. versicu. si verò non constaret. in consi. 279. Visa petitione. versi. sed in contrarium. libro ij. Curtius senior in consi. 49. in consi. 50. Crotus in l. re coniuncti. ff. de lega iij Curtius iunior in tracta. feud. in prima parte, quæstione octaua. versicul. illud tamen, quod dixi. Istud tamen dupliciter limitat Curtius senior in d. consi. 50. Primò, vt † non procedat quando possessio feudi esset vitiosa. Secundò, nisi etiam agens esset in possessione. ¶ Tertiò quæro, † dictum est, quòd vasallus agens contra dominum possessorem, & dicens feudum esse antiquum, tenetur illud probare, quomodò probabitur feudum esse antiquum? Respondeo, quòd ex antiqua possessione, quando bona antiquitus possessa sunt tanquam feudalia & ita procedat dictum Bald. in d. cap. j. in princ. si de feu. fuer. controuer. inter domin. & agna. & Alexand. in d. consilio 15. libro v. & tradit idem Bal. in consilio 351. In bonis feudalibus. versicu. tertia maneries. libro j. & in consilio 310. libro tertio. Similiter probatur feudum antiquum, per antiquam inuestituram: quia aliæ sequentes inuestituræ præsumuntur factæ sequendo formam antiquæ inuestituræ. ita Paulus de Castro. in d. consilio 44. libro ij. ¶ Similiter † bona esse feudalia & de feudo antiquo probatur per solam famam in antiquis excedentibus metam centum annorum. Alexand. in consi. 15. lib. v. Dec. in consilio 269. & si dominium probatur per solam

6 7 8 9

famã in antiquis,vt abũdè vidimus in prima parte: quãtò fortiùs qualitas feudi,an sit antiquum,vel nouum: cùm facilius probetur qualitas,quã substãtia.gl.in l.talis scriptura.§.fi.in gl.fi.in fi.ff.de leg.j.& ita arguit Soci.in cõs.166.li.
10 ij.¶Similiter† qualitas feudi antiqui ex verbis enuntiatiuis inuestiturę,in quibus enũtiatur & dicitur feudũ esse de antiquo. Alex.in d.cõsi.15.lib.v.quod tamẽ intelligendum est secundũ ea,quæ latè suprà diximus de verbis enuntiatiuis
11 in prima parte huius tracta.Sed hîc† aduertẽdũ,dum dicitur feudũ præsumi antiquũ ratione antiquæ possessionis, & sic volũt Docto.sufficere probari antiquã possessionem feudi:sed in cõtrariũ facit Bal.in d.cõsi. 351. in cõs.sequen. l.j.vbi voluit,quòd feudũ dignitatis,aut habitum à principe,debet probari per scripturam.Ita limitando tex.in c.j.si de inuesti.inter domi.& vasal.lis oriatur. & in c.j.quot testes sint necessarij ad nouam inuestit.prob. Solutio. potest dici,ꝙ dictũ Bal.lege non probatur,& ꝙ nostrũ non est legem naturalẽ restringere.l.de pretio.ff.de publicia.& ꝙ in feudo non requiratur scriptura,tradit Ias.in l.j.versi.aliam differentiã.& versi.an autẽ in contractu feudi. C. de iure emphyteuti.allegat Bal.in rub.C.de cõdictio. ex leg.quòd
12 dictũ reputat Iaso.singu.Secundò † respondeo, ꝙ dictum Bal.posset fortè procedere,quãdo feudum in totũ negaretur:quia negaretur rem esse feudalem. sed hic nõ negatur rem esse feudalẽ:sed quæstio solùm est de qualitate feudi, an sit nouum vel antiquũ. quo casu qualitas testibus probari potest:licet probatio substantiæ requirat scripturam. cap.auditis vbi Abbas.in secũdo notab.de restitutio.in integrũ.Deci.in c.pastoralis.de rescrip. habetur in l.certi cõ
13 dictio.§.quoniã.ff.si certũ petatur. Tertiò † respondeo, ꝙ etiã in casibus in quibus requiritur scriptura, sufficit illud probari præsumptiuè:quia iuris præsumptio, dicitur probatio liquidissima.ita in terminis tradit Bal.in cõsi. 116.Columbinus.lib.j.in consi.14.Subtiliter.lib. iiij.& in consi.311. Quidã prælatus.versi.præterea probatio.lib. v. vbi licet ad probationẽ emphyteusis requiratur scriptura: tamẽ si quis soluit pensionẽ tanquàm emphyteuta longissimo tẽpore, præsumitur titulus emphyteusis, & talis titulus habetur pro scriptura.& in feudo est text.in c.si quis per triginta.in tit.si de feud.fuerit cõtrouersia inter dominũ, & agnat.& quod sufficiat probatio per præsumptionẽ, vbi scriptura requi

requiritur, voluit Bal.in l.j.C.de fideicõmiſ.ſequitur Alex. in conſi.126.verſicu.Fortificantur prædicta.lib. vj. Deci.in rubri.extrà de probatio.verſi. & adeò hæc procedunt.& in conſi.54.verſi.nam ſolet dici.Ideo probata poſſeſsione feudi per tẽpus antiquum, etiã prædeceſſorũ, præſumetur feudum antiquũ, etiã ſine alia ſcriptura.Et ex præmiſſis † apparet, ꝙ nimis generaliter locutus eſt Roma.in conſi. 103. 14
verſi.his ergo veris exiſtẽtibus, vbi ꝙ contractus emphyteuſis nõ poteſt dici tacitè renouatus, ex quo ad eius probationẽ ſcriptura requiritur per l.item quæritur. §.qui impleto.ſecundũ vnũ intellectũ Bal.ff.locat.quod etiã voluit Alex.in conſ.17.verſ.ſecũdò principaliter.lib.iiij.& in cõſi. 76.verſi.ſed præmiſſis.lib.v. Deci.in conſ.328.in prin. Iaſo. in l.j.verſi.item per prædictã communẽ.C.de iure emphyteu.Nam iſtud debet intelligi, quòd non inducitur renouatio tacitè ex modico tẽpore : ſed vbi interuenit tempus longiſſimũ, ſecùs eſt. quia ex poſſeſsione antiqua rei feudalis, aut emphyteuticæ, arguitur titulus feudi, vel emphyteuſis etiã de nouo: à fortiori arguetur renouatio: cũ † facilius quid renouetur, quã de nouo inducatur. Alexan. in 15
cõſi.128.lib.vj.vbi poſt Docto.per eum allegat.tenet, quòd faciliùs præſumitur renouatũ mandatũ procuratoris reuocati, quando dominus patitur eum exercere actũ procuratoris, quàm inducatur mandatum de nouo. & iſtud nota.quia valdè ſingular. ¶ Quartò quæro, an feudũ probetur antiquum ex vnica inueſtitura, in qua feudũ nouũ conceditur, iure antiqui feudi? ſeu meliùs † quæro, an quãdo feudum nouum cõceditur iure antiqui feudi, aſſumat 16
naturam, & qualitates feudi antiqui? Oldrad. in dict.conſi. 178.Quidam nobilis.ante finẽ.quòd iſta verba, iure antiqui feudi, facti veritatem nõ immutant: per l.ſi fortè. ff.de caſtrenſi pecul.l.ſi donatione.C.de collation. ſequitur Iaſ. in conſi. 57.lib.j. in conſ.152.& in conſi. 180.lib. ij. Contrarium, quòd imò per talia verba feudum nouum aſſumat naturam antiqui feudi, tenet Baldus in cap.j.in princip.de alienatio. feudi pater.in cap.j.an agnatus, vel filius.ſequitur Alexand. in conſilio 30. verſicu. fortiùs dixit Baldus libro j.quod eſt repetitum in conſilio ij.li v.tradit idẽ Alexander in conſilio 55. verſicu.circa aliud dubium, quo quæritur, ſi antiquiores.libro iiij. & hanc opinionem dicit communem Decius in conſilio 194.ſequitur idem

Decius in consi.185. Eandem opinionem sequitur Iason sibi contrarius, in consi.j. lib.iij.& in consi.136.lib.iiij. Curtius iunior in tract.feud.in j.parte.q.viij.vbi respondet ad vnum fundamentum Ias.in contrariũ. Eandem opinionẽ testatur communẽ & sequitur Crotus in l.si is, qui pro emptore.ver.iij.& vltimò inducitur.ff.de vsucap.& in l.re coniuncti.q.26.ff.de leg iij. Eandem opinionem sequitur Ripa in l.j.ff.de leg.j. modò si in concessione feudi, sint verba vniuersalia, quòd sapiat naturam antiqui feudi, seu quòd concedatur iure antiqui feudi in omnibus & per omnia: allegat Soci.in consi.165.ver.vj.corroboratur.lib.ij. Addo eundem Soci.in consi.272.ver.ij.quia licet dictis comitibus.lib.ij.sed certè ista vniuersalitas verborum non habetur in consideratione.& Doct. communiter idem volunt etiam sine illis verbis vniuersalibus. Tota enim vis in hoc consistit, an cõcedens feudum nouum, possit mutare eius naturam, vt sapiat naturam feudi antiqui. Planè si mutare non posset, quid operabuntur verba vniuersalia. ¶ Limita-
17 tur † nũc præmissa cõclusio, vt non procedat in eo, qui de feudo liberè disponere nõ potest: puta in prælato ecclesiæ, qui non potest infeudare de nouo bona ecclesiæ sine solennitatibus iuris: tunc enim nõ potest inuestire de feudo nouo iure antiqui feudi.& ita procedat dictum Oldra. in d.cõsi.178.dum allegat d.l.si fortè. ff.de castren.pecul.& d.l. si donatione.C.de collatio.& ita Oldra. intelligit Dec.in consil.53.vers.nec obst. si dicatur. Old.etiã ita intelligit Ias. in cõsi.1.ver.eandem opinionem.lib.iij.& in consi.136.ver. eandem opinionem.lib.iiij. Eandem limitationem tenet Paul.de Castr.in consi.283.De vtroq;.lib.ij Alex.in d.cõsil. 10.lib.iij. Veronẽ.in consi.31. Ias.in vsib.feu.ver.quid autem econtrà.nume.88.& in consil.180.vers.iiij.respondetur.lib. ij. Crotus in d.l.re coniuncti. Brunus Attensis, in consi.40
18 ¶ Ista limitatio † sublimitatur, vt nõ procedat, quãdo talis inuestitura prælati esset de antiquo: quia propter antiquitatẽ tẽporis staretur ei. Ias. in vsib.feud. vers. subdittamen. Brunus in dicto cons.40.& pro hoc facit, quod supra dictum est, feudum præsumi antiquum ratione antiquæ
19 possessionis. Sed aduertendum est circa istam † sublimitationem: quia aliud est quærere, an quando enunciatur in inuestitura feudum esse antiquum, credatur verbis enunciatiuis. Aliud, quãdo constat feudum esse nouũ, an possit

concedi

concedi iure antiqui feudi,& talis concessio immutet naturam,& qualitatem feudi. Nam quando agitur de verbis enuntiatiuis,& sumus in eo,qui de feudo liberè disponere non potest,fateor,ꝙ non creditur talibus verbis enuntiatiuis,nisi simul in antiquis. Sed si apparet ex verbis inuestituræ prælati,quòd feudũ verè erat nouum. dico,quòd illa verba iure antiqui feudi,etiam in antiquis, nihil agũt: quia non est tractandũ de aliqua præsumptione, ratione antiquitatis tempore,quãdo apparet de veritate in cõtrarium:nisi esset præscriptũ per possessorem feudi contra ecclesiam,sed tunc ius possessoris sumitur ex præscriptione, non ex enuntiatis per prælatum:& sumus tunc in illa difficultate,an error iuris impediat præscriptionem. ¶ Aduer- 20
tendum † est etiam circa præmissa,ꝙ licet feudum nouum concedatur iure antiqui feudi ab eo, qui de feudo liberè pôt disponere:non tamen transit feudũ,nisi ad cõprehensos in inuestitura. ideò si sit hæreditarium, non admittentur agnati,nisi sint hæredes. Soc. inter consilia Bruni Astensis, in consi.10. allegat Alex. in d.con.10.li.iij. vbi etiã Alex. declarat efficaciam istius clausulæ, iure antiqui feudi.

¶ Quintò quæro, † si feudum antiquũ renouatur vasallo, 21
an desinat esse antiquũ. Puta, vasallus cõmisit feloniã,ob quam meretur feudo priuari. dominus ea non obstãte renouat feudũ, an dicatur feudũ nouum, vel antiquũ? Dic quòd nõ desinit esse antiquũ. c.j. de vasallo decrepi. ætatis. Bart.& Doct. in l. si mihi & Titio. ff. de verbor. oblig.& in l. quod dicitur. j. ff. de impen. in rebus do. fac. Rom. in consi. 315. Alexan. in d. consi. 300. lib. j. quod est repetitum in cons. ij. lib. v. Socin. in consil. 100. lib. iij. Decius in l. j. in princip. in glo. fin. ff. quod quisque iuris, latiùs idem Dec. in dicto consi. 53. Iason in d. l. si mihi,& Titio. & istud procedit sine dubio,quando renouatur feudum sub commemoratione antiquarum inuestiturarũ. Aret. in d. l. si mihi & Titio. Brunus Astensis, in consi. 79. ¶ Limitatur † nunc præmissa con 22
clusio,vt non procedat quando feudũ erat omninò extinctum:quia vasallus priuatus esset feudo ipso iure, ita quòd alia sentẽtia priuationis necessaria nõ esset. nã tunc ex tali renouatione efficitur nouũ feudũ. Bald. in c. j. §. insuper. in fi. de prohi. ali. feu. per Fed. Alex. in cõs. 34. li. v. & pro hoc, ꝙ res omninò extincta, si renouetur, ꝙ dicatur noua, & alia res est, text. in l. inter stipulantem. §. homo liber. ver. & na-

uis.ff.de verb.oblig.in l.j.§.opus.ff.de oper. noui nuntiat. tradit Dec.in d.l.j.in prin.ff.quod quisq; iur.Ias.in l.ius autem ciuile.ff.de iusti.& iur.facit Curt.senior in consil.50. vbi, quòd ad probandum feudi nouitatem, facit interruptio ciuilis possessionis respectu domini, & naturalis, respectu vasalli: quibus per spoliationem priuati fuerunt do
23 minus & vasallus, per iura, de quibus ibi per eum. ¶ Secundò † limitatur, quando in renouatione feudi adiiceretur noua forma: quia tunc ex tali addictione nouæ formæ, diceretur nouum feudũ. Bald.in d.c.j.§. insuper.in fi. de prohi.alie.feudi per Fede.ex mutatione enim formæ inuestituræ, efficitur nouum feudum. Veronen.in d. consi.31.Ias. in d.l.si mihi, & Titio.ff.de verb.oblig. Idem voluit Oldr. in d.consi.178. Quidam nobilis. vbi quòd feudum dicitur nouum ratione nouarum conuentionum. sequitur Curt. senior in consi.50. decisio Neapol. decisio.112.& decis.248. nu.8. Brunus Astensis, in consi.78. & pro hoc bonus tex.in
24 d.l.ius autem ciuile.vbi Moder.ff.de iust.& iur. Sed † intellige istam limitationem, quãdo mutatur aut alteratur forma circa substantialia feudi: secus si circa accidẽtalia, ita Calde.in consil.11.in titul. de feudis. Dicta tamen Calderi.
25 ibi non transeunt sine dubio. ¶ Tertiò limitatur, nisi † feudum amissum per vasallum fisco principis fuisset incorporatum, aut possessio eius per dominum apprehensa: quia tunc si renouetur vasallo, dicitur nouum feudum. Bald.in l.j.q.xv.ff.de rerum diuis.Alex.in d.consil.34.lib.v.Iason in consi.152.lib.ij.& in consi.64.libr.iij. Gozadi. in consil.84. vers.ij. quòd non dicatur.versic.ad tertium dico. ¶ Istæ ta-
26 men † tres limitationes non procederent, quando feudũ renouaretur sub commemoratione antiquarum inuestiturarum, & sub eisdem pactis, & qualitatibus: ex iis quæ scribit Alex.in d.consi.30.versi.& ita etiam colligitur.libr. j.quod est repetitum in consi.ij.lib.v. Areti.in d.l.si mihi & Titio. Brunus Astensis, in d. consil.79. Non procederent etiam istæ limitationes, quando in renouatione feudi superior verbo restituimus aut reddimus, etiã si sint verba, & de nouo concedimus. Martin. Laud.& Præpositus in ca. j.de vasall.decret.ætat. Curtius senior in consilio 49. circa
27 medium.& latiùs. ¶ Similiter † feudum nouum consideratur respectu noui domini à primo causam non habentis: quia tunc videtur aliud dominium. Curtius senior in dicto

dicto consilio 50.

¶ Alia plura scribi potuissent in materia feudi antiqui: sed de ea habentur tractatus Moder. qui abundè & subtiliter scripserunt, nec instituti mei est feudorum hîc amplissimam materiam tractare.

¶ Finem habes lector huiusce tractatus nostri de antiquitate temporis, quem per tempus insanientis belli inchoatum, sub pacis tandem concessæ diem, Deo iuuante, absolutum habemus. In quo ipso tractatu boni, si quid deprehensum habeas, Deo id acceptum totum feras. Planè, si inuisum aut mendosum nactus quid fueris, hominem au ctorem esse, continuò, quæso, in mentem veniat: itaque adeò obnoxium erroribus. Non is sum, qui à sentẽtiis aut opinionibus meis nõ discedi expectem. Ad veritatis splendorem lumina omnes deflectere oportet, cuius vnius nomine, quæ scripta hîc notauimus, ea omnia rectiùs sentientis iudicio subiecta esse & volo & cupio. Laus Deo Christo redemptori nostro, Virgini eius matri, diuo Ioanni Euangelistæ patrono meo, ac vniuersæ cœlestium Curiæ. Die 14. Octobris. 1554.

QVINTÆ, ET VLTIMÆ PARTIS FINIS.

EIVSDEM AYMONIS CRAVETTAE EX SAVILIANO, super statuto Ferrariensi de indemnitatibus mulierum, Quæstio in vtranque partem.

* * *

SVMMARIVM.

1 *Consensus requisitus ex forma statuti, an possit præstari per procuratorem, aut nuntium remissiuè.*

2 *Consensus præstitus ex necessitate aut forma statuti, non præiudicat. nume. 36. 38. & 39.*

3 *Consensus præstitus super actu nullo non præiudicat. & nu. 40.*

4 *Consentiens non obligatur ex actu, cui consensit. & nume. 41.*

Ius superueniens non confirmat contractum rei alienæ nullum, quando ex tali contractu quis non obligatur. numer. 11. 13. 14. 24. 28.

5 *Accessoria reuocantur, reuocato principali. & numer. 3. latiùs. nume. 19. 47.*

6 *Hypotheca non consistit sine obligatione personali. vide nu. 45.*

Conditio tacita intelligitur in quolibet actu, si actus de iure teneat.

Renuntiationes & pœnæ appositæ in compromisso, habent tacitam conditionem, si laudum validum sequatur.

7 *Rati promissio, an sit superflua, & an alteret naturam principalis dispositionis. nume. 48.*

8 *Fauorabile an dicatur statutum Ferrariæ sub rubrica de indemnitate mulierum.*

9 *Extensio fit in materia odiosa, quando agitur, vt obuietur fraudibus.*

10 *Impropriè & largè intelliguntur verba in materia fauorabili.*

11 *Dolus an arguatur contra eum, qui contrahit contra prohibitionem statuti. nume. ibid. & 53.*

12 *Consentiens alienationi rei, in qua ius habet, sibi præiudicat.*

13 *Curatoris contractus non seruata forma iuris, non dicitur nullus, in odium ipsius curatoris, & latiùs. nume. 19. 20. 21. 28.*

15 *Intellectus ille in dubio capiendus est, qui conuenit rubricæ.*

Admini

16 *Administrator an teneatur ex cõtractu propter receptionẽ pretij.*
17 *Intellectus ille prævalet, qui probari potest per alias leges aut rationes, quando lex habet varios & multiplices intellectus.*
18 *Intellectus ille prævalet in quo maior est ratio dubitandi.*
Intellectus l. illicitè. ff. de rebus eorum. ibid. & nu. 19. vsque ad nu. 29. & nu. 26.
19 *Intellectus l. si is. C. de præd. mino. & nu. 26.*
20 *Exceptio datur, licet actio non competat.*
22 *Factũ proprio an cõtraveniat marit⁹ alienãs fũdũ dotalẽ nulliter.*
23 *Euictio non debetur emptori, sciẽter ementi rem alienam, etiam respectu pretij: nisi aliud actum sit.*
24 *Intellectus l. si seruo ff. qui & à quibus.*
25 *Statutum debet intelligi secũdum ius commune, vt minùs illud corrigat, quàm sit possibile. & illud quod est de iure communi, dicitur de mente statuti.*
26 *Extensio non fit ad aliam personam in statuto aliquem priuilegiante, quãdo ratio priuilegij aut fauoris in alio non militat, etiam si fiat actus nomine priuilegiati, quando ex tali extensione commodum non venit ad ipsum priuilegiatum.*
27 *Restrictio cuiuslibet dispositionis etiã vniuersalis, fit à sua causa finali. nu. 29.*
28 *Hæres non potest allegare turpitudinem suam: licet veniat ex persona defuncti.*
29 *Quælibet dispositio debet intelligi, vt aliquid operetur, quod pulchrè exornatur.*
30 *Dolus arguitur in eo, qui venit contra fidem datam, efficitur infamis: & incidit in crimen stellionatus.*
Pãcti nudi fidem fallere, verecundia est.
31 *Præsentiæ defectũ supplet scriptura, postquam peruenit ad manus eius, cui scribitur & nu. 55.*
32 *Deceptus sub aliorum confidentia, subueniri debet.*
33 *Nullitatem allegare non potest, qui causam nullitatis præbuit.*
Obijcere quis alteri non potest illud, cuius causam præbuit.
34 *In pari culpa potior est conditio tractantis de damno.*
35 *In dubio iudicandum est contractum reuocandum, non esse.*
37 *Ratione legis correctæ, censetur correcta lex, quando ratio exprimitur in lege.*
38 *Consensus aduocati in officio suo aduocationis, an sibi præiudicet. & ibidem quid in notario conficiente instrumentum super re, in qua ius prætendit, contra Corneum.*
39 *Administrator obligãs bona propria in cõtractu excedit limites*

sui

sui officij, ideò tenetur nomine proprio. Idẽ, quando promittit administrator pro se & hæredibus suis, quia officium administratoris non transit ad hæredes.

42 *Illud inspicitur, cuius contemplatione fit actus, non ipse actus. In correspectiuis vnum nõ põt esse sine altero. ibid. & nu. 44.*

43 *Consentiens actui, cẽsetur cõsentire etiã executioni ipsius actus.*

46 *Hypothecari possunt bona pro obligatione alterius.*

49 *Fauorabilis dicitur dispositio, fauẽs obseruationi iuramẽti. Per contrariũ odiosa dicitur dispositio, contraria ipsi iuramento.*

50 *Causa prohibitionis cessante, cessat prohibitio.*

51 *Statutum dicitur strictißimi iuris.*

52 *Extensio non fit cessante identitate rationis.*

53 *Error iuris, an inducat malam fidem.*

54 *Ex culpa sua lucrari quis non debet.*

55 *Futurum ius an remitti poßit, pulchrè.*

DIVINO subsidio ex corde postulato, In auditorio consilij iustitiæ, scitè lateq; tractatus fuit casus sequens: super quo & ipse scribere institui ob scribentiũ multitudinẽ & varietatẽ: non solùm aduocatorũ, sed etiam inter nos ipsos cõciliarios. Statuto Ferrariæ sub rubrica, De indemnitatibus mulierum, cauetur, ꝙ nulla mulier possit contractũ aliquẽ facere etiã iuratũ, sine cõsensu proximiorũ præsentiũ, aliâs si absint, aliorũ sequẽtis gradus; sub pœna annullationis cõtractus ipso iure, pręsumendo iuramentũ aliâs dolo aut vi extortum. Modò pater cõsensit filiæ per nũtiũ specialẽ, quẽ consensum promisit habere ratũ & gratũ, nec ei cõtrauenire obligãdo bona propria. Deinde filia, quæ locauerat bona consignata in dotẽ. ad formã. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. per quinquenniũ cum prædicto cõsensu patris, decessit: cui pater successit nobilis dñs Thomas Caualarini, ciuis Mutinensis. Idẽ pater mortua filia tanquã eius hæres, egit ad annullationẽ dicti cõtractus corã magnifico domino procuratore generali illustrissimi Ducis Ferrariæ, qui pronũtiauit cõtractũ nullũ de consilio magnifici dñi consultoris cameræ. A qua sentẽtia fuit appellatũ ad excellẽtiã ducalẽ: & commissa causa memorato dño procuratori generali decidẽda. tamẽ de cõsilio alterius cõsultoris, id est, magnifici cõsilij iustitiæ, quęrit̃ an benè vel malè fuerit iudicatũ per primũ dñm cõsultorẽ. Videretur dicẽdum prima

1 frõte, bñ fuisse iudicatũ. Nã præsupponẽdo † citra pręiudicium

cium veritatis, quòd ille cõsensus patris mulieri præstitus fuerit per procuratorẽ aut nuntiũ: iuxta not. in c. cùm parati. de appellat. vbi Deci. Ias. in l. fi. in fi. C. de procur. quem tamen articulum hîc ad præsens tractare non intẽdo; si filia contrahens poterat cõtrauenire illi locationi inualidæ ob formã statuti non seruatam: tantundẽ videtur permittendũ eius hæredi. l. sicut. §. si debitori. ff. quibus mod. pig. vel hypothec. solui. l. hæredẽ. ff. de reg. iur. & q̃ dixi in cons. 200. ¶ Neque videtur obstare, ꝙ heres consenserit contractui obligando bona propria, ob id, quòd ius superueniẽs heredi, proficiat conductori. l. cùm vir. ff. de vsucap. cũ simi. quia si heres ab initio & tempore cõtractus habuisset ius in bonis locatis per talem consensum, † non sibi præiu 2
dicasset, cùm fuerit præstitus ex necessitate statuti, non voluntariè. l. cùm quędã. C. de admi. tut. per quem tex. ista in propinquo consentiente ex forma statuti, tradit Bald. in cons. 102. Punctus, super quo. lib ij. Paul. de Castr. in consi. 259. Omnis difficultas. lib. j. & quod scribit idem Paulus de Cast. in cons. 423. Quia scio. lib. j. vbi, quòd gubernator ciuitatis interponens decretum in translatione ipsius ciuitatis, non præiudicat iuri suo, quod habet in bonis cõtentis in translatione: quia tale decretum interponitur ex necessitate officij. ¶ Secundò cõsensus † eiusmodi non videtur 3
nocere, ex quo actus super quo interponit̃, est nullus. Nã creditor consentiens alienationi pignoris, sibi non præiudicat, quando alienatio est nulla. l. iiij §. fin. l. si debitor. §. quæritur. & l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pig. vel hypot. soluit. l. debitum. C. de remissio. pign. tradit Roman. in cons. 132. vt retulit. Deci. in l. creditor. nu. 2. ff. de reg. iuris. si consentiens contractui inualido, aut ex necessitate, vel forma statuti, non præiudicat iuri suo, iam competenti de tẽpore consensus: quantò minus præiudicabit iuri de futuro, quod difficilius tollitur: vt habetur in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obl. & in l. j. C. de pact. ¶ Tertiò, licet pater consentiens filiæ cõtrahenti successerit ipsi filię: non tamen ex tali successione videtur cõfirmari ius cõductoris ex quo per talem cõsensum pater non obligabatur ex contractu, cui cõsenserat: quia † consentiens nõ obligatur 4
ex cõtractu cui cõsensit, vt ex eo possit cõueniri: nã aliud est cõtrahere, aliud contrahẽti cõsentire. l. aliud. ff. de reg. iur. & ita in consentiente, q̃d nõ obligetur ex cõtractu, tenet

net

ner Bart.in conſ.211. Quidam ſibi filios. Anch.in conſi.76.
per modum conſilij.in vltimo dubio. Corn.in conſ.256.lib.
j.modo quãdo ex contractu ſuper re aliena quis non ob-
ligatur, ſi contrahens ſuccedit domino, ex dominio antia
re ſuperuenienti nõ cõfirmatur ius emptoris, aut aliàs cau-
ſam habentis à tali hærede. text.eſt in l. ſi ſeruo.ff.qui,& à
quib.vbi ſi manumittẽs aut dans libertatem ſeruo alieno,
ſuccedit dño ſerui, ex hoc non confirmatur datio liberta-
tis: quia talis manumittẽs nõ obligabatur in aliquo ex ta-
li manumiſſione. quem text. ad hoc citant Bar.& doct.in l.
cùm vir.ff.de vſucap. Eodẽ modo cùm Thomas Caualari-
ni non obligaretur ex tali cõſenſu, nõ videtur, ꝙ ex ſuper-
uenientia iuris in perſona ipſius conſentientis, cõfirmetur
5 vis cõductoris. ¶ Quartò abſurdũ † videretur, ꝙ annullato
contractu principali in perſona ipſius filiæ, conſenſus pa-
tris acceſſorius, viribus conſtaret.l.cùm principalis.ff.de
reg.iur.& quod ſcribit Bald. in conſ.275. Præmiſſo ſtatuto
communis Veronæ.lib.quinto.vbi, quòd reuocato prin-
cipali, debent reuocari omnia acceſſoria: per no.in c.ij.de
prec. ¶ Quintò non videtur habenda ratio, quòd Caualari-
6 nus cõſentiẽs cõtractui inualido obligauerit bona propria:
quia cùm non obligetur ex cõſenſu: talis † hypotheca cõſi-
ſtere non põt ſine obligatione perſonali. l.ſi legati.l.cõtra-
hitur.& l ſeq.ff.de pig. Alex.in d.l.j.nu.24.ff.de leg.j.& quod
dicit gl.in l.fi.C.de hered.vel actio. vendit. vbi quòd hypo-
theca non poteſt cedi ſine principali. ¶ Sextò, in iſta pro-
miſſione rati & hypothecæ bonorum, videtur ineſſe tacita
conditio, ſi actus de iure teneat: quia verba debent intelli-
gi de actu valido & effectũ habente.l.iij.§.hæc verba.ff. de
quiſque iuris. ideò clauſulæ renuntiationum appoſitæ in
compromiſſo, recipiunt conditionẽ tacitam: ſi compro-
miſſum ſortiatur effectum. Bald.in l.ſi diuerſa. C.de trãſa.
Alex.in conſ.22.lib.j. Similiter pœna adiecta compromiſſo
recipit cõditionem: ſi laudum ſequatur validum.l.licet.§.
ſi ſeruus. vbi. Bart.ff.de pecul.l.apud Celſum.§.item quæri-
tur.j. cum gl.ff. de exceptio. doli. Curtius Senior in conſi.
53. Et in terminis conſenſus, quòd recipiat tacitam condi-
tionem, ſi actus ſit validus, dictum eſt ſuprà in ſecundo ar-
gumento, vbi allegata ſunt plura iura. & eadem ratione di-
cendũ eſt in promiſſione rati, ꝙ recipiat tacitam conditio-
nẽ validitatis actus, ſi valeat actus, ſuper quo de rato cau-
tum eſt

tum est aut promissum. & faciunt not. per Soc. in consi. 215. in fi. lib. ij. ¶Septimò non videtur obstare † promissio rati 7
ipsius Caualarini: quia videtur superflua. vt per Alex. & Ias. in l. si procurator. C. de procu. Rursus talis promissio de rato, nō videtur augere nec alterare naturam obligationis. clem. j. de præbē. & not. Dec. in terminis istius promissionis. in cons. ij. in fin. ¶Octauò † statutum Ferrariæ de indē- 8
nitatibus mulierū, videtur fauorabile: nam est editum in fauorem mulierum contra dolosos & fraudatores, ne mulieres imbecillioris concilij decipiantur. Nam dispositio quæ fit ad obuiandum fraudibus, dicitur fauorabilis, & latè debet interpretari. l. j. §. pecuniam. ff. de calumn. l. sed & Iulianus. in princip. §. mutui datio. ff. ad Macedon. c. quantò de priuile. Imò † etiam in materia odiosa, fit extensio, 9
quando agitur vt obuiam eatur fraudibus. c. si ciuitas. de sen. exc. lib. vj gl. fin. in ca. quanquàm. de vsur. lib. vj. Decius in consil. 398. in fin. & dicit Bald. in consil. 184. Municipali. libro v. quòd statutum factum ad obuiandum fraudibus, dicitur bonum & æquum. & quòd tale statutum factum ad obuiandum fraudibus, dicatur fauorabile: tradit Aret. in cons. ij. versic. Ad secundum respondeo. Socin. in consil. 77. & in consilio 80. versicu. nec obstat septimum. libro j. Cornel. in consil. 186. versic. nec obstat septimum argumentum. lib. ij. ergo tanquàm fauorabile tale statutum Ferrariæ latè debet intelligi, vt comprehendat non solum obligationem personalem mulieris, sed etiam accessoriam: quia fauorabilia sunt extēdenda. l. cùm quidam. ff. de lib. & posth. reg. odia. de reg. iur. lib. vj. & adeò † fit lata interpre- 10
tatio in materia fauorabili, vt verba sumātur largè. c. si. de præb. iuncto. ca. pen. de verb. sig. per quæ duo iura ita dicit Cal l. in cōs. 29. in tit. de reg. ¶Nonò, maximè videntur præmissa procedere cōtra ipsum dominū Antonellū Vechiū, qui contraxit contra prohibitionē statuti, quo casu videtur in dolo & mala fide. reg. qui contra. de reg. iur. libro vj. l. quemadmodum. C. de agricol. & censi. lib. xj.

¶Decimò, agit actor ex iure, quod superuenit, & sic ex iure de futuro, quod remissum dici nō potest per simplicem consensum patris: vt plenè habetur in l. j. C. de pact.

¶Sed præmissis nō obstātibus, quæ verè non obstant contrariū purò de iure veriùs: ꝙ imo malè contra ius, & æqui-

tatẽ fuerit iudicatũ,& ꝙ noceat cõsensus ipsi patri. Et pro
11 fundamẽto præmitto. † illã conclusionem verã & indubitatam,ꝙ vbi faciens dolũ circa rem alienã,sibi præiudicaret ab initio, si statim ius haberet: si ius ex post superueniat,sibi præiudicat l.si à Titio.ff.de rei vẽdica.l.si à Titio. ff.de except.rei.iudi.l.penu.ff.de fundo dotali.l.apud Celsum.§.si à Titio.ff.de exceptio.doli.d.l.cũ vir.ff.de vsucap. sed Thomas Caualarini, si de tẽpore cõsensus ius habuisset in bonis locatis, sibi præiudicasset: vt statim probabo. ergo ius superueniẽs eundẽ effectũ debet operari. ¶ Quod autẽ Thomas Caualarini sibi præiudicasset, si ius habuisset in bonis locatis de tempore consensus, probatur: quia
12 † cõsentiens alienationi rei in qua ius habet, cẽsetur ius illud remittere in fauorẽ acquirẽtis ipsam rem.l.sicut.§.venditionis.ff.quib.mod.pign.vel hyp.sol.l.in tribus.§.pen.ff. de don.l.si seruus cõmunis.ff.de do.inter vir.& vxo.l.apud Celsum.§.quæsitũ.ff.de excep.dol.l.si fideiussor.§.pater.ff. de fideiuss.l.si fundũ per fideicommissum.l.omnibus.§.nihil.ff.de leg.j.d.l.cùm quædã.C.de admi.tuto.l.ij.C.de remissi.pig.c.j.in prin.vbi Bal.de prohi.alie.feud.per Frede. c.j.§.prætereà.quib.mod.feu.amit.in vsib.feud. ¶ Secũdo,
13 principaliter † fundatur exceptio, & ius dñi Antonelli in l. per fundũ.ff.de seruit.rust.præ.vbi cõcessio nulla firmatur ex iure superueniẽti: quia actus ab initio non erat in totũ nullus: vt ibi declarat Paul.de Cast. & tradit Dec.in l.quod in initio.nu.9.ff.de reg.iur.vbi quòd sufficit actum valere ab initio aliquo respectu, vt firmetur tractu tẽporis ex iure superueniẽti. Sed iste cõtractus locationis ab initio erat validus, saltem respectu ipsius actoris consentientis,& bona propria obligantis: vt dicit Bal.in l.& si is.C.de præd.minor. quòd contractus principalis & accessorius curatoris alienantis contra prohibitionem iuris tenent in præiudicium,& odium ipsius curatoris, licet non in odium minoris.& quòd infrà dicam de falso procuratore succedente dño, quòd acta non dicuntur nulla in præiudicium ipsius procuratoris. Itaq; cùm respectu ipsius patris consentientis & promittentis de rato, cum hypotheca bonorũ, teneat cõtractus, ne ipse possit cõtrauenire: dico, ꝙ ex iure superuenienti ipsi actori contractus locationis conualidatur.
14 ¶ Tertiò, fundatur † ius domini Antonelli per tex.in l.illicitè.ff.de reb.eorũ, secũdum intellectum, quem tradit Bart.

ad illum

ad illũ text. in l. cũ vir. ff. de vsucap. nã ibi tutor alienauerat prædiũ pupilli, cõtra iuris prohibitionẽ, nõ adhibitis solẽnitatibus iuris: deinde in iudicio tutelæ soluit pupillo seu adulto litis ęstimationẽ, per quã dñium rei vẽditæ erat acquisitũ ipsi tutori, volebat tutor tãquã exceptus, vẽdicare fundum ab emptore. dicitur ꝙ repellitur exceptione, & tñ ibi nõ obligatur tutor emptori ex illa alienatione: q̃a nihil ꝓmiserat emptori nomine proprio: vt Bar. intelligit in d. l. cũ vir. dum allegat dictã l. illicitè. ex qua l. apparet, ꝙ licet illa alienatio esset nulla, quò ad pupillã: non tñ erat nulla, quò ad tutorẽ alienãtẽ. ideò licet tutor nõ obligetur de euictione: q̃a dedit tanquã tutor: tñ ipse factus dñs, cõtrauenire nõ põt, sed exceptione repellitur: secũdũ Bar. in d. l. cũ vir. Si tutor, qui nihil promisit noĩe ꝓprio, repellitur exceptione: q̃d hîc dicemus in actore, qui bona ꝓpria obligauit pro obseruãtia promissorũ per eũ, s. de rato habẽdo, & nõ cõtraueniẽdo cõsensui? ¶ Nõ obstat, ꝙ ideò tenetur tutor, in d. l. illicitè. q̃a proprio noĩe se obligauerit: q̃a istud cõsistit in facto, ꝙ nõ præsumitur, nisi probetur. l. in bello. §. factę. ff. de capti. c. cũ in iure peritus. de offi. dele. cũ simil. Rursus † in dubio ille intellectus capiẽdus est, qui cõuenit rubricæ. l. Imperator. ff. de in diem adiectio. Ita glo. Abb. & doct. in c. bonę. de cõfirma. vtili & inutili. vbi Deci. vers. iiij. ex gl. Alex. in l. j. in iij. notab. ff. si cert. peta. Sed ille titulus de reb⁹ corũ, sub quo sita est d. l. illicitè. loquitur in alienationibus, quæ fiũt per tutores aut curatores: & sic tutoriis nominibus nõ qñ ipse noĩe proprio se obligãt. Ideò nõ sine ministerio Bar. in d. l. cũ vir. allegauit illũ text. qñ cõtrahẽs nõ obligatur ex actu, quẽ facit: & intelligere d. l. illicitè. qñ tutor se obligauit noĩe proprio, nihil aliud est, quã Bar. improbare in d. l. cũ vir. ꝙ ineptè allegauerit illũ tex. & tñ frustrà hîc dicẽdũ sit de authoritate Bart. quãta sit circa veros & reales intellectus legũ: & profectò neminẽ adhuc legi, qui doctri. Bar. improbet in d. l. cũ vir. circa illũ articulum, super quo allegatur ab eo. d. l. illicitè. Ideò temerariũ admodũ visum sit Bar. in hoc pugnare: cuius dictũ fundatur in casu legis. sed ex alio dico, ꝙ d. l. illicitè. nõ põt intelligi, qñ tutor se obligauit proprio noĩe: quia text. dicit, ꝙ tutori, q̃ soluit æstimationẽ litis, inhibetur vẽdicatio p̃dij ex æquitate. si quidẽ ꝓprio noĩe se adstrinxisset, nõ solum excluderetur tutor ex æquitate: sed etiã de rigore iuris. l.

16 vẽdicátẽ.ff.de euict.¶Nõ obstat,ꝙ in d.l.illicitè. ideò † tenetur tutor:quia pretiũ receperit:quia respõdeo, ꝙ receptio pretij operatur, quò ad eius restitutionẽ: sed nihil facit,quò ad vnũ cõtractus.& ꝙ receptio pretij nõ habeatur in cõsideratiõe,quò ad cõtractũ, vt administrator teneat: tenet Corn in consi.223.circa fi.li. iij. Deci. in l.si institoré. ff.si certũ peta. & in cons.510.in ij.dubio. Ripa in l.si se nõ obtulit. ff. de re iudi.itaque ꝙ ibi tutor alienãs non possit cõtrauenire,nõ est,q̃a receperit pretiũ: sed q̃a facto proprio cõtrauenire quis non põt,etiã ꝙ pro alio fecerit.& licet nõ teneatur,vt cõuenire possit:tenetur tñ, ꝙ si agat repellitur exceptione.& ita intelligit Bar.in d.l.cũ vir.& si velimus intelligere illũ text.ꝙ tutor promiserit:Dico, ꝙ tũc tenebitur,etiã quò ad actionẽ.Nã promissio negatiua, de nõ contraueniẽdo,videtur tacitè inesse in omni contractu etiã pro alio celebrato:aliâs esset arguere dolũ in cõtrahẽte.& per hoc dicunt Doct.clausulã rati superuacaneã esse in mãdato:q̃a sine ea tenetur dñs ratũ habere:vt suprà dictũ est.¶Ex præmissis tollitur argumẽtũ, ꝙ d.l.illicitè habet varios intellectus.ob id ꝙ sup̱ ea fundamẽtũ fieri non põt Bar.in l.in ambiguo.ff.de rebus dub. quia posito ꝙ ita esset:tñ prævalere debet intellectus Bar. quẽ tradit in d.l.

17 cũ vir.ad d.l.illicitè.rationibus memoratis.Præterea,† quã lex habet varios intellectus,ille prævalet, qui probari põt aut per alias leges,aut alias rationes. Bart.in.d.l.in ambiguo.ff.de rebus dub.sed intellectus Bar.in d.l.cũ vir. ad d.l. illicitè.ꝓbatur per legẽ,l.si seruo.ff.qui,& à quibus.vbi faciẽs actũ nõ obligabatur.& tñ si cõtraueniat post ius supueniẽs,locus est exceptioni cõtra eũ:secũdũ gl.ibi,vt dixi in priorib.scriptis.Probatur etiã ratione intellectus. Bart. ad d.l.illicitè.Nã qua ratione se obligãt,aut cõtrahẽs noĩe proprio,tenetur etiã,quò ad actionẽ,& ad seruãdũ cõtractũ cõtra tertiũ:eadẽ ratione cõsentiẽs noĩe proprio obligari debet respectu exceptionis, vt si cõtraueniat suo cõsensui,excipi possit cõtra eum, qui cõsentiens actui,licet nõ obligetur,vt cõueniri possit:obligatur tñ,vt cõtrauenire nõ possit. & si cõtraueniat,vt excipi possit cõtra eũ.Ter-

18 tiò,respõdeo † ad dictũ Bar.in d.l.in ambiguo. ꝙ vbi lex habet varios intellectus,ille prævalet,in quo est maior ratio dubitãdi. Abb.in c.cũ in iure.per illũ text. in j.notab.de offi deleg.Dec.in l.quoties idẽ sermo.circa fi.ff.de reg.iur. & in

& in l.illá.C.de colla.Sed intelligere d.l.illicitè.qñ tutor se obligasset noĩe proprio,esset lex de indubitabili.& de casu claro. & eò magis esset de indubitabili:qui tex. dicit, ꝙ inhibetur vẽdicatio prædij ex æquitate, quasi dicat nõ de iuris forma,aut rigore.& sic præsupponit text. ꝙ tutor nõ se obligauerit noĩe ꝓprio.quo casu de iure videbatur admittẽdus ad vẽdicationẽ prædij,ex quo vẽdiderat tanquã tutor,& finita erat tutela, & solueratlitis æstimationẽ minori.nã finito officio , administrator non tenetur.l.fi.ff.de institor.Ange.in le.ꝓcurator,qui pro euictione.ff.de procur.Sed tñ cõtrariũ determinat text.de æquitate : q̃a licet vẽdiderit tutor noĩe alieno:tñ pugnare , aut cõtrariari videtur æquitati naturali,ꝙ ipse tutor , qui alienauit minus solẽniter,possit cõtrauenire & allegare nullitatẽ ad vtilitatẽ suã,ex quo illa nullitas nõ respiciebat personã ipsius tutoris,sed pupilli.& sic quatenùs attinebat ad personã tutoris,actus nõ erat nullus:si autẽ tutor in d.l.illicitè.se obligasset noĩe proprio,non fundaret se text.super æquitate: quia teneretur tutor & in æquitate & in rigore iuris.& sic text.in d.l.illicitè(si bene cõsideratur) videtur quæstionẽ istam omninò explicare : maximè iuncta declaratione & Doct.Bar.in d.l.cùm vir.ff.de vsucap. ¶ Quartò principaliter † pro ipso d. Antonello facit text.in l. & si is. C.de prædiis minor:vbi qñ curator distraxit prædiũ minoris nulliter,si obligauit bona ꝓpria,& prædiũ enũtiatur emptori, cõpetit emptori hypothecaria in bonis curatoris.& sic licet alienatio principalis sit nulla:tñ consistit accessoria,in qua nõ militat ratio fauoris,propter quã cõtractus principalis irritatur.nã,vt dicit gl.ibi in iij.lectio.curator est extra cãm ꝓhibitionis:q̃a nõ prohibetur alienari bona minoris in fauorẽ curatoris , ꝙ teneat obligatio bonorũ curatoris,illud minorẽ nõ onerat.& illã tertiã lect.gl.sequũtur doct.vt ibi per Alb.vbi Albe.dicit,ꝙ nullũ fit præiudiciũ minori ex eo,ꝙ curator tenetur,aut bona ei⁹ maneant hypothecata.& ꝑ illũ text.dicũt doct.ꝙ annullata principali obligatione,nõ corruit accessoria, in qua sit diuersa ratio sui:in qua nõ militat ratio annulationis:vt q̃a annulletur principale aliquo fauore speciali,nõ irritatur accessoriũ,ꝙ nõ sit æquè fauorabile.tradit Alex.in l.fi.§.fi.ff.de cõdi.indeb.in addi.ad Bar.in cõs.59.vers.quoad secũdũ.lib.j. ꝙ est repetitũ in cõs.39.li.iiij.Itaq; licet vitietur cõtractus 12

locationis,ꝑ statutũ in fauorẽ mulieris inductũ,nõ tamen æquè vitiabit in fauorẽ patris cõsentiẽtis, & obligãtis bona ꝓpria;cũ statutũ editũ fuerit solũ in fauorẽ mulierũ.& illa annulatio fiat iure speciali,irritãdo ẽt iuramẽtũ,& ꝑsumẽdo illud dolo, & metu extortũ.¶Nec obstat, ꝙ in d.l.& si is ꝙ curator obligauerit se ꝓprio noĩe:qa text. nihil dicit de obligatione aliqua personali curatoris ꝓprio noĩe: ergo nec nos dicere debemus.l.si seruũ.§.nõ dixit prætor. ff.de acqui.here.Loquitur tantum text.de hypotheca. & si obligatio ꝑsonalis intercessisset , vtiq; sciuisset text. de ea exprimere,sicut expressit de hypotheca.l.Stichũ,qui meus erit.ff.de lega.j.l.vnic.§.sinautẽ ad deficiẽtis.C. de cadu.tol lend.c ad audiẽtiã.de decimis.c.cũ in partib.de verb. sign. cũ simil.Imò verisimiliùs,& priùs fecisset text.mẽtionẽ de obligatione ꝑsonali,& principali,si interuenisset,quam de hypothecaria:argu.l.prætor ait.§.ꝙ aũt. ff. de iniur.l. eos. C.de aquæ ductu.lib.xj.Secũdo respõdeo,ꝙ iste intellect⁹ est diuinatiuus:ergo nõ admittẽdus.l.si putator. ff.ad leg. Aquil.c.vt nostrũ.vt ecclesia.benefi. Rursus per istũ intellectũ præsumitur factũ,de quo nõ apparet: cõtra l.in bello. §.factæ.ff.de capti.& postl.reuers.l.quæcũque. ff. de publicia.l.vni.C.de mãda.prin.c.cũ in iure.de offi.dele. Nec est verisimilis iste intellectus , ꝙ curator se obligauerit : qa si ita esset,verisimiliter de eo dictũ esset,vt suprà est dictum. Ergo intellect⁹ iste tãquã nõ verisimilis,reiici debet, sicut dicitur in testib⁹ deponẽtib⁹ nõ verisimilia,ꝙ eis nõ creditur.l.ob carmẽ.§.fi.ff.de testib.c.in nostra.co.tit. Tertiò re-

20 spõdeo,posito † citra præiudiciũ veritatis, ꝙ curator ibi ꝓprio noĩe se obligauerit.Istud nihil ad rem.nã obligatio ꝑsonalis curatoris cõsideratur respectu actionis,vt ipse teneatur de euictione cõtra tertiũ,si res euincatur ꝑ minorẽ:sed respectu exceptionis,vt possit excipi cõtra ipsum curatorẽ agẽtẽ ad prædiũ alienatũ ad vtilitatẽ propriã ipsius curatoris,non est opus,ꝙ ipse se obliget proprio noĩe,ita Bar.in d.l cũ vir.ff.de vsucap.vbi Bar. expresè voluit,ꝙ licet quis nõ obligetur ex cõtractu,quẽ facit,vt qa vẽdiderit noĩe officij,tãquã tutor,vel curator : tñ respectu exceptionis ꝓdest superueniẽtia iuris in ꝑsona talis cõtrahentis:ꝑ tex.in d.l.illicite.Sed hîc solũ agitur,vt excludatur agẽs per viã exceptionis,ꝓpter cõsensum suũ,quẽ pręstitit cũ ꝓmissione de rato,& obligatiõne bonorũ. nã ꝙ operatur et

tur expressa obligatio & promissio respectu actionis quærẽdæ: hoc operatur simplex cõsensus respectu exceptionis parẽdæ: vt patet ex iurib.s.allegatis in primo fundamento facto in fauorẽ d. Antonelli rei cõuẽti. Itaq; dicere, ꝙ in d. l. & si is. C. de præd. minor. ideò tenet hypotheca, & agi põt hypothecaria (quia curator expressè se obligauit. sed ꝙ in casu isto nõ nocet cõsensus actori, cũ hypotheca bonorũ, q ipse nõ se obligauit) nihil aliud est, quã dicere nõ datur actio sine obligatione expressa: ergo nec exceptio, ꝙ est absurdissimũ in iure: quia datur exceptio, licet non cõpetat actio. l. purè. ff. de exceptio. doli. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testa. mili. l. pen. §. fi. ff. de bono. pos. secun. tab. toto tit. ff. de cõdi. ob turpẽ cau. reg. in pari. de reg. iur. li. vj. Similiter pactũ nudũ prodest ad excipiẽdũ, licet non ad agendũ. l. iuris gẽtiũ. § igitur nuda. ff. de pact. Quartò respõ 21
deo, † posito, & nõ cõcesso, ꝙ in d. l. & si is. curator ꝓprio noĩe se obligauerit, tñ etiã principalis cõtractus alienationis prædij minoris sine illa obligatione, curatoris accessoria tenet, & valet in odiũ ipsius curatoris: adeò, vt ipse curator ad propriũ cõmodũ cõtrauenire nõ possit: secũdum Bal. ibi vbi dicit alios velle, ꝙ vtrũque valeat, id est, principale, & accessoriũ in præiudiciũ ipsius curatoris, Licet autem Bal. dicat, ꝙ prima opinio potest sustentari, vt valeat obligatio curatoris accessoria sine principali: tñ nõ negat, quin etiã valeat principalis in odiũ ipsius cõtrahẽtis ita, vt cõtrauenire nõ possit. Imò istud videtur Bal. habere pro indubitato: quia tũc minùs incidit difficultatis, ꝙ consistat accessoria obligatio cũ habeat principalẽ, cui nitatur, & hæreat: secùs, quando principalis nullo modo valeret: q tunc maius cadit dubij, ꝙ cõstet accessoriũ sine principali. & tñ dicit Bal. ꝙ licet sit maior difficultas firmãdi accessoriũ sine principali: tamẽ adhuc istud potest sustineri, licèt præcedẽs dictũ faciliùs sustineatur. & hoc modo intelligẽdo cõcordat d. l. & si is. cùm d. l. illicitè. ff. de rebus corũ. vbi apertissimè probatur, ꝙ alienatio facta per tutorẽ nõ solẽniter, tenet in odiũ ipsius tutoris: sic vt ipse cõtraueni re nõ possit. & ista declaratio, & intelligẽtia videtur realis naturalis & plenissima æquitatis. quę etiã nõ mediocriter iuuatur ex dictis infrà in octauo fundamento. ¶ Quintò principaliter † in fauorem d. Antonelli adduco, quòd post 22
longam disputationem tandem concludit Antonius de

Nicellis in tracta. de concord.glos.concordia. 120.nu.460. in fine illius numeri, & numero sequēti.vbi, ꝙ maritus qui alienauit fundū dotalē contra prohibitionē legis Iuliȩ, potest contrauenire alienationi, viuente vxore, & ad cōmodū vxoris:sed, ea mortua, nō potest cōtrauenire ad cōmodū ipsius mariti. & licet veniat tanquā heres, & sic ex persona vxoris:tamē excluditur ex facto suo proprio. Eodē modo dicendū est, ꝙ pater, qui consensit locationi filiȩ, ea mortua, nō possit cōtrauenire ad vtilitatem ipsius patris, cessante causa fauoris filiæ. Nec obstat, ꝙ maritus ipse alie-
23 nauerit:† quia tex.in d.l.cùm vir.ff.de vsucap.loquitur etiā eo casu, quo maritus alienās nō tenetur de euictione: vt quia vēdidit emptori sciēti fundū esse dotalē. quo casu nō agitur de euictione, etiā respectu pretij, nisi aliter cautum sit.l.si fundū. C. de euict.l.si fratres.C.cō.vtriusq.iud.gl.in c.ad audiētiā.de reb.eccl.nō alie. Paul.de Cast.in l.emptorem.§.fi.in.fi.ff.de actio.empti.& sic licet maritus nō obligetur ex alienatione, quā fecit, & consequēter sua nō intersit alienationē confirmari : tamen cōfirmatur respectu exceptionis, vt maritus contrauenire nō possit. & si cōtrauenia, repellatur exceptione . & ita d.l. cùm vir. inducit Cornæ.in cons.170.ver.nec decisio ista fundatur.lib.iiij.& hoc modo considerādo, d.l.cùm vir.cōcordat cū d.l.illicitè.vbi etiam tutor, qui non obligatur ex contractu, illi tamen contrauenire nō potest, ad commodū ipsius tutoris.
24 ¶ Sextò, principaliter† in fauorē partis conuētæ, adduco tex.in l.si seruo.ff.qui, & à quibus.iuncta glo.ibi, vbi si manumittēs seruū alienū, succedit domino:licet ex iure superueniēti non obligetur:tamē si molestet seruū in libertate data, repellitur exceptione:secundū glo.ibi. & idem tradit gl.in l.si ab eo.C.de libera.cau.quas gl.in effectu sequitur Bart.in d.l.cū vir.dum allegat d.l.si seruo.circa illud membrum, quo quæritur de cōfirmatione actus ex iure superueniēti, quò ad actionē. Ergo clarè præsupponit illā legē nō ꝓcedere respectu exceptionis Rursus Bar.in sua distinctione & doctri.qn̄ loquitur, an cōfirmetur ius, quò ad exceptionē, loquitur simpliciter, nō distinguēdo, an auctoris interesset, vel nō:id est, an auctor esset obligatus vel non, quā distinctionē, intersit vel non, solū facit, quādo quæritur de actione quærēda ex superueniētia iuris.& sic clarissimè vult Bar.quòd vbi quæritur de excipiēdo tantū, indistinctè

stinctè fiat confirmatio siue intersit auctoris eã fieri, siue non: obligetur auctor, siue non. Idẽ, ꝙ superueniẽtia iuris operetur confirmationẽ actus, quoad excipiendũ, licet auctor ex contractu non obligetur, nec intersit eius confirmari: tenet Paul. de Cast. in d. l. cũ vir. ver. si autem non ex causa de præterito. ff. de vsucap. glos. etiam in d. l. si seruo. sequitur Alber. in d. l. cùm vir. circa finem.
¶Septimò considero, † ꝙ statutũ debet intelligi secũdũ ius commune, & vt minus illud corrigat, quàm sit possibile. l. ij. C. de noxalib. c. cùm dilectus. de consuet. cap. ad audientiam. vbi Abb. & Doct. de cleri. non resid. Nam leges cõmunes se extendũt ad statuta: & ideò dicitur, ꝙ statuta recipiunt interpretationẽ passiuam à iure cõmuni. l. j. §. lex Falcidia. vbi Bart. & Doct. ff. ad legem Falcidiã. Bar. etiam Doct. in l. omnes populi. in tertia quæstio. sextæ quæstio. principal. ff. de iusti. & iure. & illud quod est de iure cõmuni, dicitur de mente statuti, quod à iure cõmuni recipit robur. Paul. de Cast. in consi. 452. Viso puncto suprà scripto. super primo quæsito. lib. ij. Amplius statutũ recipit interpretationem à iure communi: licet in materia statuti ius cõmune diuersimodè loquatur. Roma. in consil. 104. Pater reuerende. ver. ij. per id allegat glo. sing. in c. fraternitas. 34. dist. sed de iure † cõmuni, quando introducitur aliqua dispositio specialis fauore alicuius personæ: talis dispositio personam illam non egreditur, nec trahitur ad aliã persona m eiusmodi fauore non dignam, licet ipsa alia persona actũ faciat nomine ipsius personæ priuilegiatæ. tex. est in d. l. illicitè. ff. de reb. eorũ. & in d. l. si is. C. de præd. mino. vbi licet tutor cõtrahat nomine pupilli sine solẽnitatibus iuris, & actus annulletur fauore pupilli, aut minoris: non tñ annulletur fauore tutoris, vel curatoris, vt ipsi possint cõtrauenire ad commodũ eorũ propriũ: quia fauor pupilli, aut minoris, nõ respicit eorũ administratores, ideo lex habuit pro iniquo, ꝙ tutor possit allegare nullitatẽ actus ad sui cõmodũ: licet actũ gesserit ꝓ alio. Ita iniquitatẽ in tutore cõtrauenientẽ cõsiderat. tex. in d. l. illicitè. in fi. du dicitur, ꝙ repellitur tutor ex æqtate, ergo iniquè agit cõtrauenẽdo: qa iniqtas dicit, qđ æquitati repugnat. Eodẽ modo dicendu est in statuto Ferrariæ annullãte cõtractus mulierũ, nõ seruata eius forma ꝓpter fauorẽ ipsarũ mulierum imbecillioris cõsilij, ꝙ illud solũ intẽderit obseruari, quo-

H

Marginal numbers: 27 (beside "¶Septimò considero"), 28 (beside "dist. sed de iure † cõmuni").

ties agitur de cõmodo mulieris, nõ etiã egrediatur statutum personã mulieris, vt procedat in fauorẽ consentiẽtis mulieri ita contrahẽti, & promittẽtis de rato cũ hypotheca bonorum, eo casu, quo ex tali consensu, promissione & hypotheca bonorum, mulieris causa non oneratur, nec ei præiudiciũ infertur. Nã in fauorẽ alterius personæ tali fauore minimè dignæ, nihil intendit statutũ prouidere. sed imputandũ est ita consentiẽti, promittẽti, & bona propria obliganti. ob id statutũ operari non debet vltra intentionem ipsorum statuentiũ. l. non omnis. in prin. ff. si cert. pet.

27 ¶ Rursus † quælibet dispositio restringitur à sua causa finali. l. cùm pater. § dulcissimis. ff. de leg. ij. Bal. in cõsil. 209. Illa verba. li. iij. quod procedit etiã in dispositione cõcepta verbis vniuersalibus, quæ nõ obstãte vniuersitatẽ verborũ restringitur à sua causa finali, quæ nõ adaptatur ad rem, de qua agitur. Aret. in cõsi. 161. Verũ est, ꝙ comicus. versi. hoc præmisso dico indubitãter. sed causa finalis statuti Ferrariç, annullantis contractũ, fuit fragilitas sexus, & imbecillitas cõsilij mulieris, ergo restringi statutũ debet, vt nõ cõprehendat personã masculi, ad quẽ fauor statuti minimè pertinet. sed tũc propriè cõuenit regula iuris, ꝙ casus omissus in statuto remanere debet in dispositione iuris cõmunis. l. si extraneus. ff. de cõdi. caus. da. l. cõmodissimè. ff. de liber. & posthu. l. si cùm dotem. in prin. ff. sol. mat. cũ simil.

28 ¶ Octauò principaliter adduco † ꝙ scribit Io. And. in addi. Specu. in tit. de sent. prola. §. quoniã. versi. quid si procurator. vbi si falsus procurator succedit dño, nõ potest dicere sententiã nullã: quia allegaret turpitudinẽ suã. Nec obst. secundũ eum, ꝙ facto proprio cõtrauenire potest, quando est nullum ipso iure: quia respõdet, ꝙ acta nõ sunt nulla in præiudiciũ ipsius procuratoris, seu quo ad eũ: sed solùm respectu dñi. quod dictũ refert & sequitur Ias. in l. iusiurandum, ꝙ ex conuẽtione. §. fi. ver. hinc ex prædictis. ff. de iureiur. & licet Io. And. assignet aliã etiã rationẽ, ꝙ procurator falsus tenetur ad interesse: tamen istud nihil obstat, quia vbi militant in dispositione plures rationes, satis est, ꝙ vna cõstet, licet aliç deficiãt, aut cessent. l. liberorũ. §. notantur. ff. de iis, qui no. infam. l. si vẽtri. §. in bonis. ff. de priuileg. credi. §. Affinitatis. Instit. de nupt. Ideo satis est in casu isto, ꝙ cõtractus locationis nõ sit nullus respectu patris consentiẽtis, promittẽtis de rato, & obligantis bona propria,

pria,

pría, adeò vt ipse factus heres filiæ cõtrauenire non possit ad sui cõmodũ. Rursus, illa ratio in d. Io. And. quò ideò ꝓcurator falsus & idẽ heres dñi cõtrauenire nõ possit: quia tenetur ad interesse, obstaret in casu nostro, qñ reus cõuẽtus molestat⁹ à tertio, vellet agere cõtra actorẽ de euictione, aut ad interesse, & allegaretur cõtra eũ dictũ Ioã. And. nã exciperet, quod ipse nõ tenetur ad interesse, prout falsus procurator. At hîc solùm agitur de excludẽdo patrem agentẽ per exceptionẽ, quo casu militat cõtra actorẽ. ratio Io. And. quod actus non est nullus ad pręiudiciũ ipsius actoris. quæ ratio Io. And. optimè, & appositissimè videtur cõuenire cum dicto Bal. in d. l. & si is. C. de præd. mi. ꝙ ibi illa obligatio principalis seu principalis cõtractus non est lus in odium curatoris, etiã cessante obligatione accessoria: sed ꝙ vtrũq; valeat. & tamẽ considerando obligationẽ principalẽ sine accessoria, curator ipse nõ modò obligabatur nomine proprio. & tamen dicitur, ꝙ actus principalis non est nullus respectu ipsius curatoris, ex quo Bald. dicto apparet, ꝙ dictũ ex prima ratione Io. And. efficacissimè facit ad decisionẽ totius difficultatis. Ad quod etiã vehemẽtissimè facit d. l. illicitè. vbi etiã tutor nõ obligabatur, nec tenebatur ad interesse. & tamen ipse cõtrauenire non põt ad sui commodum: quia quò ad eum, actus nõ erat nullus.

¶ Nonò considero, † quòd dispositio quælibet ita intelligi 29
debet, vt aliquid operetur. l. si qñ. ff. de lega. j. c. si Papa. de priuil. lib. vj. quod procedit, etiã in materia stricta, & odiosa. Cald. in consi. vj. in fin. in tit. qui filij sint legit. vbi loquitur in materia dispẽsationis. Similiter renũtiatio generalis trahitur ad casum fortuitũ, qñ aliàs nihil operaretur. Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitũ. vers. quarta fuit opinio. ff. si quis cautio. Aret. in cõsi. 104. Breuitas. ver. vltimò hoc clarè patet. Curt. iun. in tracta. feud. in quarta parte. q. 22. imò toleratur impropriatio verborũ potius, quam vt illa nihil operẽtur. l. si vno. in prin. ff. locati. l. si olei. C. eo. ti. l. quibus diebus. §. dominus. & quod ibi Barto. ff. de cõdi. & demõst. & dixi in consi. 135. modò iste cõsensus patris cum promissione de rato & obligatione bonorũ suorũ, quid, inquam, oĩa ista operabũtur, nisi intelligãtur in casu, quo tractaretur de annullãdo contractũ per ipsum patrẽ: & quatenus ad eũ attinere posset. Nã respectu mulieris, si ipsa cõtraueniat, dicitur illa nõ operari: quia cõsensus minùs legitimè

præstitus mulieri nõ nocet.l.quoties.ff.qui satisd.cog.nec erat opus respectu mulieris, ꝙ pater aliquid promitteret de rato, & minus, ꝙ obligaret bona propria: sed satis erat, ꝙ consentiret simpliciter, vel constitueret nuntiũ specialem ad cõsentiendũ. Itaq; illa promissio rati, & hypotheca bonorũ interuenerũt respectu personæ patris, vt ipse contrauenire nõ posset, quatenus ad eũ pertinet: neq; vitiari cõtractus posset ex defectu cõsensus ipsius patris. Ergo, vt operetur talis promissio rati, & hypotheca bonorũ, necessariò dicendũ est, ꝙ pater quatenus ad eũ attinebat, voluerit promittere, prout & promisit de non contrauenjendo, etiã casu, quo mulier ipsa posset cõtrauenire. nam illa obligatio bonorũ propriorum apertissimè arguit, ꝙ pater noluit stare in puris terminis simplicis consensus, vt infrà dicã, respondẽdo ad cõtraria. ¶ Decimò, vltra talẽ cõsensum cũ ꝓmissione rati, & hypotheca bonorũ, cõcurrit alia promissio eiusdem actoris in literis suis missiuis, aut eius filij & recognitis in iudicio in hæc verba. *Circa amãdato, mio padre lo mutata molto volũtieri & magiormente quãdo intẽdere che voy lo tolite: ma per questo nõ restate di fare lo instrumẽto sopra di me senza altro mãdato, che io vi prometto che mio padre fara quãto vorrete voy & aduisate mi che lo faro fare.* In quo fundamẽto præsupponẽdũ est, ꝙ filius recognouit literas, & ipse solus causam semper aget patre ad iudicia minimè apto, sed domi semper agẽte ob corporis crassitudinẽ, & negotia filij nũquã nõ approbãte, in qbus literis missiuis cõsidero, ꝙ inductus fuit dñs Antonell⁹ ad ita cõtrahẽdũ ex verbis hortatiuis, & cõfirmatiuis ipsius scribẽtis. vt mirandũ sit, quomodò potuerit iudiciũ eiusmodi inferre, & conductorem inquietare nomine illius contractus: quẽ ad verba tã

30 efficacia ipsius agentis celebrauit. Nam † in dolo videtur pars, offendẽdo eius fidem, & promissionẽ.l.dolus.ff.mãd. l.j.§.est autem apud.ff.deposit.l.vendicantem.ff.de euict. imò in crimen incidit stellionatus, fidem non seruans.l. Titio.ff.ad Municipal.& efficitur infamis. Bald.in l.felicissimam.C.de iis, qui à non domin. Iaso.in l.j.§.nuntiatio.versiculo quintò & vltimo.ff.de operis noui nuntiatione, sed vltra Iaso. quòd fidem nõ seruans, efficiatur infamis, addo text.in l.furti.§.mandati.ff.de iis, qui not.infam. not.Bald. in consil.291. Ad euidentiam. libro secundo. & quod scribit Bartol.in l.pecuniæ.in fine.ff.de alimentis, & cibariis legat.& in

gat.& in

gat.& in l.si fideiussor.in fin.ff.de fideius.vbi, quod fidem fallere, verecundũ est:licet pacto nudo promissa sit.ideò si fideiussor repetit à principali, quod pro eo soluit, non põt imputari, cur nõ opposuit aduersus creditorem de pacto nudo sequitur Ias.in l.iuris gentiũ. §. sed cùm nulla. in tertia limitatione.ff.de pact.in l.fideicõmissum.ff.de cõd.inde.& in l.si mora.ff.de ver.obl.Addo vltra Ias.Abb.in con.60.lib. j.Quid † hîc dicemus in pacto vestito, & efficaci facto, par 31
te præsente, propter efficaciam scripturæ, in qua promissio facta est? nam scriptura semper loquitur, ob id cẽsetur habitum pactum cum præsente, postquam venit scriptura ad eius manus: vt habetur in l.nuda.ff. de don. Bart.in l.cũ tabernã.§.idem quæsiit.in fin.ff.de pign.Aret.in cons.Si videtur dicendum.in prin.Soc.in consi.64. in fin.lib.iij.Bald. Nouel.in tracta.de dote, in sexta parte, priuilegio.78.versic.nec obstat ratio.Bar.ob id noua quædam & prodigiosa videtur verecundia, fidem in scriptis datã, offendere, quã ipsam ratam & integram seruari æquitatis custos fidelissimus prętor mandat.in l.j.ff.de pact. ¶ Vndecimò, considero † quòd subueniri volunt iura deceptis sub alarum con- 32
fidentia.l.si libertus ita iurauerit.ff.de oper. liberto. l.creditor.§.Lucius.ff.mandat.c.quantò de iureiuran.c.cùm venissent.de institu. Planè si reuocatur contractus conductionis, reperitur conductor læsus sub cõfidentia actoris, considerato tenore literarum scriptarũ ex volũtate ipsius agentis, per filium:in quibus dicitur, ne dubitaret reus cõtrahere sub verbo & fide ipsi⁹ scribentis. ¶ Duodecimò, cõsidero † quòd ipse Thomas Caualarinus causam nullitatis 33
(si qua sit) præbuit, scribendo per filium literas adeò efficaces, quibus inductus fuisset ad contrahendum, ob id audiendus non videtur allegans ipsam nullitatem, cui causam dedit.l.j.§.si omnes.in fi. ff.de vent.inspi.vbi si maritus post diuortium fecerit inspici ventrẽ vxoris, an esset prægnans vel nõ, si nõ inueniatur pręgnãs, nõ tenetur maritus ex tali inspectione iniuriarũ, quãdo mulier tali inspectioni causam dedit:quia constãte matrimonio finxisset se esse prægnantem. Ad idẽ gl.in l.j.§.si.aliàs est in l.iij.in fi.gl.ff. quand.actio de pec.est anna.vbi, quòd errorẽ alteri imputare non potest, qui erroris causam prębuit.tradit Paul.de Castro in consilio 307. Videtur, quòd non retineant.lib.ij. itaque præbuit agens causam nullitati, scribẽdo ad ipsum

reum

reum, per filium: vt in fide sua contractum iniret. ob id talem nullitatem iniquiè modò videtur obiicere. Et quòd præbens causam nullitatis, eam opponere non possit, tradit gl. Pragm. Sanct. in tit de elect. §. licet dudum. in verbo
34 canonicas. ante finẽ. ¶ Decimotertiò, posito † quòd etiam reus conuentus fuerit in culpa non prospiciendo rei suæ, & prouidendo, quòd contractus solenniter fieret. Dico ꝙ in pari culpa potior est causa ipsius tractantis de vitando damno. Bar. in l. cum mulier. ff. sol. matr. vbi stante statuto, quòd de quolibet contractu soluatur gabella, aliâs cõtractus sit ipso iure nullus, si neuter cõtrahentium soluat gabellã, potior est cã eius qui tractat de dãno vitãdo. ideò alter cõtrahẽs agens de lucro, nõ põt obiicere nullitatẽ contractus ob gabellã non solutã. sequitur Fel. in ca. dilecti. de except. ¶ Decimoquartò, licet ex p̃missis clarissima videatur facta res: tñ posito & non concesso, dubiũ dici posset, an iste cõtractus possit rescindi per tertiũ, qui cõsensit cũ promissione rati, & obligatione bonorũ, ad vtilitatẽ ipsius tertij cessante causa, & fauore mulieris, propter quã statu-
35 tum est conditũ? Dico ꝙ † in dubio iudicandũ est contractum reuocandũ non esse. l. si inter virũ. vbi Soci. in iij. not. ff. de reb. dub. Fred. de Senis. in cõs. 233. Casus talis est, monasteriis. Paul. de Cast. in cons. 278. Passus iste dubitabilis. lib. j. Alex. in cons. 157. lib. vij. Dec. in cons. 168. ¶ Memoratis fundamentis ita iactis & confirmatis pro parte rei, superest, vt veniamus ad confutationẽ argumentorum, quæ in gratiam actoris proposita sunt. Ad quæ respondeo in specie. Itaq; non obstat primum argumentũ, ꝙ Thomas Caualarinus sibi non præiudicasset præstando cõsensum, tanquam pater ex forma, & necessitate statuti, causa cognita:
36 quia respondeo duobus modis. Primò † ꝙ in casu isto non põt dici cõsensus præstius ex forma statuti, ita ꝙ cogeretur. quia statutũ solũ cogit præsentes propinquos, in loco, non etiã absentes: vt patet ex lectura statuti. ob id consensus in absentia præstitus fuit merè voluntarius, & sic cessat ratio d. l. cum quædã. C. de admin. tuto. super qua se fundant Bal. & Paul. de Castr. in contrariũ allegati. cõsequẽter cessat legis dispositio. l. adigere. §. quãuis. ff. de iur. pat. c. cũ cessante. vbi latè Moder. de appell. & c. ij. de trãsa. Neophy-
37 tus. 61. dist. Imò † correcta ratione legis cẽsetur correcta lex. gl. sing. in l. j. in prin. in verb. prouidentia. ff. de legit. tut.

Salicet.

Salicet.in auth.ingressi.C.de sacrosan. eccles.cum simil.vt per Alex.in l.quod dicitur.ff.de ver.obli.& istud sine dubio videtur hîc procedere: q̃a ratio necessitatis officij exprimitur in d.l.cùm quædã.C.de admin.tut.quo casu q̃n ratio exprimitur in lege,ea cessante,cessat lex: vt per Iaso.in l.si cõuenerit.ff.de re iud.Et q̃d consensus † præstitus ratione 38
officij,& nomine alieno, noceat,q̃n voluntariè est præstitus,probatur in l.fi.ff.de inof.testa.vbi si filius exheredat aduocauerit seu patrociniũ aduocati præstiterit ꝓ legatario,censetur approbare testamẽtũ, nec põt illud quærelare.Ad idẽ tex.in c.ex literis.cũ gl.j.de trãsact.vbi qui scienter patrocinatur petẽti rẽ propriã ipsius aduocati, sibi præiudic.quæ duo iura ad hoc citat.Pau.de Cast.in cõ.314.Omisso primo,& secundo dub.in fi.lib.ij.vbi ẽt Paul. allegat Io.Andr.in c.inter dilectos.in vers.inter alios.de fide instr. Ecce licet aduocatus cõsentiat pro alio, & nomine officij: tamen sibi præiudicat. Ratio, quia licet officiũ aduocati sit publicũ,& cogatur aduocatũ agere, seu pro alio patrocinari.l.prouidendũ.C.de postul.tñ non cogitur postulare pro alio contra seipsum.itaq; imputatur aduocato,cur postulauerit pro alio,in causa,in qua ipse prætẽdebat interesse.ad idẽ adduco text.in l.ex sentẽtia.ff.de testa.tutel.& in l.vxori §.j.ff.de falsis vbi si notarius adscribit se tutorẽ in testamẽto:nõ põt se excusare à tutela:q̃a adscribẽdo,consensisse videtur.quæ duo iura apertè faciũt contra Cor. in cons.208.lib.iiij.vbi voluit, ꝙ notarius cõficiens instrumẽtum super re, in qua ius habet nõ præiudicat iuri suo.Nã non cogitur notarius recipere instrumẽtũ cõtra seipsum. & in terminis de tali cõsensu præstito ex forma statuti, ꝙ noceat cõsentiẽti,tradit Soc.in cons.43.& seq.li.iiij. per gl. in d.c.ex literis.in gl.ij.de trans.vbi,quòd præstans auctoritatem in aliquo actu sibi præiudicat. Sed istud intelligo procedere,quando non cogitur quis ad præstationem talis cõsensus authoritatis:per suprà scripta. Secũdò respondeo † ad argumentũ,posito non tamen cõcesso quòd talis 39
consensus patris fuisset necessarius,& ꝙ pater præsens cõsensisset ad formã statuti, adhuc tamẽ sibi præiudicasset promittendo habere ratũ, & gratũ ipsum cõsensum,cum hypotheca bonorũ ipsius patris consentiẽtis:quia statutũ solùm cogit ad cõsentiendũ pro filia:non autẽ ad promittendum nomine proprio obligando bona propria. Nam obligan

obligando bona propria, excedit terminos sui officij. tex. est in l. & si is. C. de præd. min. vbi, si curator vendens rem adulti minùs soléniter, obliget bona propria pro causa cótractus: tenet obligatio curatoris, & ex ea cōpetit emptori hypothecaria cōtra bona curatoris obligata. Et q gerens actū nomine alieno, teneatur nomine proprio, qñ obligauit bona propria, tradit Soci. in cōs. 100. vers. secūdò, quia lib. iij. Ratio est, quia obligādo bona propria excedit limites sui officij: cum pro alio non teneatur quis obligare bona propria. sicut dicitur, qñ administrator promittit pro se, & heredib⁹, q obligatur proprio nomine: quia excedit limites officij. Bart. in l. post mortē. §. tutor. post prin. ff. qñ ex fact. tuto. Bal. in l. ei, qui seruo. C. quod cum eo. Ancha. in cons. 23. Verba stipulationis. ver. tertiò hoc probat. Nam officiū administratoris, non transit ad heredes. l. cuius bonis. ff. de curat. furi. ideò promittendo pro heredibus, excedit limites officij. Et in terminis quod cōsentiēs pro alio, aut alieno nomine, sibi præiudicet, quando non præstat nudum ministeriū, sed nomine proprio, quid agit: voluit Bal. in cons. 233. Nobilis vir. circa fi. lib. v. sed iste pater non stetit in finibus nudi ministerij obligando bona propria.

40 ¶ Non obstat † secundū argumentū, quòd actus locationis dicatur nullus ob id, q cōsensus non videtur nocere sicut dicitur in creditore cōsentiēte alienationi pignoris, q sibi nō pͥudicat, qñ alienatio est nulla. Quia respōdeo, q argumentū pcedit, qñ alienatio est nulla aliūdè, quàm ex defectu cōsensus ipsius creditoris: nō est mirū, si nullitas cōtractus extēditur ad cōsensū. Sed hîc ptēditur nullitas solùm ex defectu cōsensus minùs legitimè pstiti, vt adseritur: vt qritur an noceat cōsensus ipsi cōsentiēti, in cuius persona cessat ratio nullitatis, posito q non noceat vēditori ipsius pignoris. & sic iura in contrarium allegata, loquuntur in casu diuerso habente rationem diuersam & separatam. Secundò respōdeo, quòd contraria procedunt in nudo & simplici cōsensu. sed hîc adest obligatio nomine pprio, cùm fuerāt obligata bona ppria ipsius patris cōsentiētis. Tertiò respōdeo, q cōtraria procedūt, qñ principalis alienatio sit nulla de iure cōi, & ordinario: ita q ratio annullationis concernēs principalē alienationē, militat etiam in cōsensu accessorio. Ob id sublato principali, tollitur & accessoriū. Sed casus noster loquitur, qñ cōtractus principa-

lis annullatur iure quodã speciali,& extraordinario,intro ducto in fauorẽ sexus muliebris imbecillis: q fauor non militat in persona patris cõsentiẽtis. Ob id annullato contractu principali nõ viciatur cõsensus accessorius, in quo ratio eadẽ nõ procedit,text. est in d.l.& si is.C.de pd.min.cũ aliis s.latè adductis in quarto fundamẽto,pro parte rei cõ uenti. Quartò respõdeo,q contraria procedunt, qñ actus principalis in totũ est nullus:sed hîc cõtractus principalis non est in totũ nullus,sed solũ respectu mulieris.sed respectu cõsentientis,&quatenus attinet ad eius præiudiciũ,nõ est nullus:vt in terminis not.Bal.in d.l.& si is.C.de præd.mino.& latiùs dixi s.in ij.iiij. vij.& viij. fundamento pro parte conuenta,quæ declaratio summa nititur æquitate,q vitiũ nullitatis egredi nõ debeat personã mulieris: quæ sola digna fauore,aut miseratione visa est.quã ipsam æquitatẽ considerauit in materia Iurisc. in d.l.illicitè. in fi. ff.de reb. cor. ¶Nõ obstat† tertiũ argumẽtũ,q ex tali cõsensu pater sibi nõ præiudicauit: quia cõsentiẽs cõtractui,nõ obligatur,vt possit cõueniri ad obseruationẽ ipsius cõtractus:qa argumẽtũ procederet,si cõductor cõueniretur ab aliquo tertio,& vellet cõductor agere cõtra patrẽ, q consensit ad defensionẽ,& obseruãtiã ipsius cõtractus, vel si vellet conductor agere contra patrẽ consentientẽ ad præstandũ aliquid,quod in contractu promissum esset ipsi cõductori.nã exciperet cõsentiẽs: ergo nihil promisi,ex quo conueniri possim,tñ consensi cõtractui,ne impugnare possim,aut illi contrauenire: sed hîc nõ agit cõductor cõtra patrem,vt aliquid præstet,sed contra patrẽ agentẽ ad irritationẽ contractus excipit:cõtrauenire non potes cõtractui,cui cõsensisti:quia cõsentiẽs cõtractui simpliciter,obligatur vt contractui cõtrauenire nõ possit: vt s.dictũ est.& sic talis cõsẽsus licet non prosit cõtrahẽti ad agẽdũ, prodest tñ ad excipiendũ,& repellẽdũ ipsum cõsentiẽtẽ,ne actum aut cõtractũ reuocet, cui consensit:aliàs nisi excipi posset,non esset verũ dicere, q cõsẽtiẽs sibi piudicet,& q pdat iura sua,vt s.ostẽdimus.Secũdò respõdeo,q imò pater cõsentiẽs filię, & promittẽs habere ratum, & gratũ, &c.dicitur obligari: quia cẽsetur cõuenisse de obseruãdo ipsum contractũ, cui cõsensit.l.ij. C.com.vtr.iud.vbi si partes cõsentiũt sentẽtię inualidę,obligãt vigore taciti pacti de nõ veniẽdo cõtrà: imò tenẽtur illã seruare,&mãdare executioni.Ita pari ratione 41

tione, qui cõsentit cõtractui, cui aduersarius etiã cõsensit, cẽsetur secũ pacisci de obseruãdo ipsum cõtractũ, & non veniẽdo cõtrà: prout venit Caualarinus, petendo annullationẽ locationis. ita dicit Corn. in cõs. 144. in fi. li. iij. sed vltra Corn. adduco text. vbi Bal. in l. ex sentẽtia. ff. de testa. tut. vbi notarius rogatus de testamẽto, si se adscribit tutorẽ in ipso testamẽto, cẽsetur se obligare ad suscipiẽdũ tutelã: adeò ꝙ nõ potest se excusare. & tamen illa adscriptio solũ habet vim cõsensus: quia adscribendo cõsentit, vt ibi per Alber. nam factũ ipsum attribuitur testatori. Quid hic dicemus, vbi vltra simplicẽ consensum adest promissio de nõ cõtraueniẽdo cum hypotheca bonorũ ipsius consentientis? Tertiò respondeo, ꝙ ille consensus & promissio de non contraueniendo ipsi consensui cum hypotheca bonorum, non interuenit ob causam ipsius consensus tantum, & propter se: sed respectu & contemplatione cõtractus locationis. itaq; si voluit habere consensum ratũ: ergo & cõ
42 tractum, cuius contẽplatione datur cõsensus: quia † illud inspicitur, propter quod fit actus, nõ ipse actus. l. si ita fuero stipulatus. & l. cũ enim. ff. de nouat. nã consensus correspectiuatur ad cõtractũ, & pręstatur ob causam ipsius cõtractus. sed in correspectiuis vnũ sine altero esse non põt. l. etiã. §. ex causa. ff. de mino. l. fi. ff. de acceptila. l. Clemẽs. §. j. ff. de her. insti. Ergo stante cõsensu rato, valere oportet & contractũ, cuius respectu cõsensus adhibitus est. quia ista sunt indiuidua seu correspectiua, quæ separationẽ nõ recipiũt. Itaq; si mulier cõtrauenisset, cõsensus corrueret. sed cũ mulier nõ cõtrauenerit, & consentiẽs nõ possit cõtrauenire cõsensui, quẽ ratũ habere promisit: ergo nec contractum, quo cessante cõsensus præstitus nõ esset. & nisi effectus cõsensus ei ꝓmissio rati cũ hypotheca bonorũ trahãtur ad contractũ secutũ, de nihilo operarentur, sed fierent omnia elusoria: cũ nõ fuerit adhibitꝰ cõsensus propter se,
43 sed propter cõtractum, & ad eius validitatẽ. Pro quo, adduco Bald. in l. fi. §. sin autẽ. C. de bonis, quæ liber. vbi, quod consentiens actui: censetur consentire executioni ipsius actus. Puta, si pater consensit dari curatorem filio, poterit curator exequi & facere quę pertinent ad suũ officiũ, absque alio cõsensu patris. ꝓ quo bonus tex. in l. si pupillorũ. §. j. ff. de rebus eorum, tradit Soc. in cons. lxxxij. in fi. lib. iij. vbi, quòd si pater cõsentit dari curatorem filio, poterit curator

rator adire hæreditatem pro filio, absque consensu patris: quia consensus præstitus ad aliquem actũ trahitur ad omnia, quæ sequuntur ex ipso actu, tradit etiam Iaf.in l.j.§.itẽ acquirimus.ff. de acquir.poss.ideò consensus præstitus: & promissio de nõ contraueniẽdo cõsensui, trahi debet etiã ad contractum secutum virtute talis consensus: nec potest contraueniri contractui, quin contraueniatur consensui. Quartò respondeo,† ꝙ correspectiuorũ idem est iudiciũ, 44
&, vno stante, cõsistit & alterũ: cõtra, vno cessante, cessat & alterũ: quia respectiua diuisionem non recipiũt.l.etiã.§.ex causa.ff.de minor.l.fi.ff.de acceptil.l.Clemẽs.§.j.ff. de hære. instit.l.filio.l.matri alumnæ.§.Seia.ff.de adimen.lega.Fred. de Senis in consil.237.Factũ est tale: Quidã nomine Thome⁹.Abb.in conf.61.vers.moueor.lib.ij. Alex.in consi.III.li. iij.sed consensus Caualarini & locatio secuta inuicẽ correspectiuantur: quia vnũ fit respectu alterius: ergo promissio de nõ contraueniẽdo consensui, necessariò trahitur ad locationẽ, cuius respectu consensus est præstitus. Quintò respondeo, ꝙ stante tali promissione de habendo ratũ ipsum consensum, cũ obligatione bonorũ, si ipse cõsentiens ratũ consensum non habeat, sed illi cõtraueniat, tanquã minus legitimè præstito, clarũ est, ꝙ conductor posset agere hypothecaria ad bona obligata ob interesse cõtrauentionis: quia cõsensui non stetur per ipsum cõsentientẽ.d.l.& si is. C.de præd.minor.aliàs de nihilo seruiret illa promissio, cũ hypotheca bonorũ, à fortiori si ipse cõsentiens agat cõtrauenendo consensui, repelli poterit exceptione.l.j.§. quod autẽ.ff.de superficie.l.inuitum.§. cui damus.ff. de reg.iur.

¶ Non obstat quartum fundamentũ, quòd absurdum videtur consistere, consensum ad obligationem accessoriam absque principali: quia respõsum abundè est antè in quarto, septimo, octauo, & duodecimo fundamentis adductis in gratiam partis conuentæ. Ideò non repeto.

¶ Non obstat† quintũ argumentũ, ꝙ obligatio, aut hypotheca bonorũ Caualarini consistere non potest sine obligatione personali: quia respõdeo, ꝙ imò obligatur Caualarinus personaliter ad contraueniendũ per d.l illicitè.ff.de rebus corũ, & d.l.& si is.C.de.præd.minor.qui tex.non posset efficaci⁹ facere: quia ibi datur hypothecaria.nec dicitur, ꝙ tutor se principaliter obligauerit, vt cõueniri posset actione personali, sed tãtũ dicitur de hypothecaria: ergo excludi 45

videtur personalis actio.l.cũ prætor.ff.de iudi.l.maritus.C. de procur. Nititur ergo illa hypotheca obligationi personali,de nõ cõtraueniẽdo:quia tenet contractus principalis in odiũ ipsius curatoris,quò ad hoc,vt ipse cõtrauenire nõ
46 possit,vt suprà dictũ est.Secũdò respõdeo,† q̃ habet hîc hypotheca principale,cui hæreat,id est contractũ locationis: quia põt quis obligare bona ꝓpria, pro cõtractu alterius. l.si fundus.§.j.ff.de pigno.& licet cõtractus alterius sit nullus:nõ tamẽ annullatur hypotheca accessoria , in qua non militat ratio nullitatis.d.l.& si is.& antè sæpiùs est dictum Ideò pro cõtractu filiæ potuit pater obligare bona ꝓpria. ¶Non obstat sextũ argumẽtũ,quòd in isto cõsensu patris, &promissione rati cũ hypotheca bonorũ inesse dicatur cõditio tacita,si cõtractus principalis teneat: quia respõdeo, q̃ etiã cõtractus principalis tenet in odiũ & præiudicium ipsius patris, vt antè sæpiùs dictũ est in tertio fundamẽto, & in quarto,in quarta respõsione, & etiã in octauo fundamẽto.Secũdò respõdeo,q̃ licèt cõtractus principalis in totũ esset nullus : tamẽ obligatio accessoria nõ recipit tacitã cõditionẽ,si teneat principalis,ex quo in accessorio nõ militat rõ nullitatis,quæ in principali:iõ stat isto casu accessoriũ sine prĩcipali,nec habet̃ relatio aliqua ad validitatẽ aut inualiditatẽ ipsius principalis:vt nõ raro suprà est dictum.
47 ¶Non obstat,† dictũ Soci.in consi.215.in fin. lib.ij. quia in casu Soci.eadẽ ratio erat in accessorio,quæ in principali.& nisi succursum esset obligatiõi accessorię, grauabatur principalis : nõ igitur est mirũ si à pari ꝓcedunt. At secùs hic, vbi diuersa est rõ principalis,& accessorij.& vbi cõditio mulieris ne minimũ quidẽ lęditur, aut deterior fit ex validitate accessorij, ex quo cõtra mulierẽ recursus nõ dat̃. Quod probatur in d.l.& si is.vbi gl.& doct.& latè iam dictum est. Secundò respondeo,quòd in casu Socin. agebatur de vitãdo damno.hîc agens tractat de lucro,cũ iactura cõductoris , qui pretium soluit.ob id argumentum ex aduerso inductum nihil concludit propter diuersitatem rationis inter damnum,& lucrum.l.fi.C.de codicil.cum similibus.
48 ¶Non obstat† septimũ argumentũ,quòd promissio rati videtur superflua:secundũ Alex.& Ias.in l.si procurator.C.de procur. Nam cõsiderãda est ratio assignata per eos, quare dicatur superflua: quia tacitè intelligitur, ex qua rõne retorquetur argumentũ.Nã si mãdans, aut cõstituẽs nuntium

tium tenetur ratificare gesta per eũ, licèt expreſsè nõ pro-
miſerit: quãtò magis vbi expreſsè ꝓmiſit? & ſic nõ tollitur
effect⁹ promiſſionis quomin⁹ teneatur habere ratũ ex illa
promiſſione: imò augetur. Secũdò retorquetur argumentũ.
nam dicit Iaſon, ꝙ ſi dominus promitteret habere rata le-
gitimè geſta tantũ, non eſſet mandatũ ſufficiens: quia tene-
tur mandãs ſimpliciter habere rata omnia geſta, nõ ea tã-
tũ, quæ legitimè eſſent geſta. itaque ſatis eſt, ꝙ tenetur cõ-
ſtituens habere ratũ. Tertiò reſpondeo, etiã retorquendo
fundamentũ. nam Doct. dicunt, ꝙ ideò illa promiſſio rati,
eſt ſuperflua: quia omninò tacitè cõtinebatur: ergo vbi ta-
cite non cõtinetur, non erit ſuperflua: ſed in reſpõſione di-
citur, ꝙ iſte conſenſus patris recipit tacitã conditionem: ſi
actus tenet (quod ipſum tamen ſuprà euertimus) ergo ta-
citè non continebatur promiſſio rati: ergo nec operabitur
promiſſio rati. Non obſtat, ꝙ promiſſio rati nõ auget, nec
alterat obligationẽ. Decius in cõſ. ij. in fi. quia Decius vult,
ꝙ non extendatur obligatio per talẽ clauſulã ad aliud, quã
contineat promiſſio. Tamen in promiſſis vult, ꝙ operetur,
ob id, quòd teneatur cõtrauenièns his, quæ promiſit habe-
re rata, ſed hic nõ agitur de augẽdo aut extẽdendo obliga-
tionẽ ad aliud, quam promiſit: ſolũ enim agitur, vt non cõ-
traueniat promittẽs de rato cõſenſui ſuo, & licèt cõtractus
principalis nõ valeat in præiudiciũ mulieris: valet tamẽ in
præiudiciũ conſentientis. Si valet in eius præiudiciũ: ergo
& clauſulæ adiecta in ſua promiſſione, ſicut in d. l. & ſi is. C.
de præd. minor. valent omnes clauſulæ adiectæ in promiſ-
ſione tutoris, aut curatoris, quò ad eius præiudicium.
¶ Non obſtat † octauũ argumẽtũ, ꝙ ſtatutum Ferrariæ de 49
indẽnitatibus mulierũ, videtur fauorabile, tanquã factum
ad obuiandũ fraudibus: ob id ꝙ videatur extendendũ etiã
ad conſenſum acceſſorium. Nam reſpondeo multipliciter.
Primò, ꝙ iſtud procederet quando in effectu non annulla-
ret iuramentũ per indirectũ. Nam diſpoſitio fauens iura-
mẽto, dicitur fauorabilis, propter ſalutẽ animæ, ideò extẽ-
ditur: vt per doct. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer-
ſus venditio. Ioannes Andr. & can. in c. ex tenore, qui filij
ſint legitimi. Socin. in l. Marcellus. §. j. verſi. tertium inferri
ri poteſt. ff. ad Trebellianum. Ergo diſpoſitio contraria iu-
ramento, dicitur odioſa: vt contrariorum eadem ſit di-
ſciplina. l. j. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. Secundò

respondeo, quòd argumentum procederet in fauorem ipsius mulieris, cuius gratia fuit statutũ: nõ in fauorẽ tertij, in quo nõ militat causa fauoris: qua cessãte, cessare debet effectus statuti. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure pat. & ces-
50 sante† causa prohibitionis statuti, cessat effectus prohibitionis. Oldra. in cons. 208. Titius veniẽs ad mortẽ. & ista responsio tollitur per l. illicitè. ff. de reb. eor. & d. l. & si is. C. de præd. mino. Nam ius cõmune introducens solennitates in alienationibus minorũ, editũ est vt occurreretur fraudibus, quæ in minores cõmittebantur, ob id dicitur fauorabile: & tamen nõ extẽditur fauor ad personas tutorum, & curatorũ, in quib⁹ ratio fauoris cessat: imò si ad eos fieret extensio, diceretur talis lex extendẽs odiosa. Tertiò respõ-
51 deo: † ꝙ statutũ dicitur strictissimi iuris, cuius verbis tenaciter hærẽdũ est: nec illud restringere seu ampliare possum⁹. Bal. in c. j. § j. vers. quęro, quid de iure Lõbardo. qui feudare pos. in c. vnic. in fi. de feud. alie. Curtius senior in cõsil. 35. Alibi scribit idẽ Bal. in cons. 293. Promissis duobus statutis. libr. j. quòd statuto nihil addere vel supplere debemus, nec recedendũ est à forma statuti. Quartò respondeo, quòd
52 † in casibus, in q̃bus fit extensio de casu ad casum, illud intelligitur stante identitate rationis. l. illud. in fi. ff. ad legem Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obli. Sed nõ est par rõ, mulieris cõtrahẽtis, & patris cõsentiẽtis: quia si esset par rõ absurdũ esset, ꝙ validaretur cõtractus mulieris ex cõsensu masculi eodẽ fauore digni: arg. §. item maior. Instit. de excusat. tut. ¶ Non obstat nouum argumentũ, ꝙ dominus Antonellus videtur in dolo & mala fide, contrahendo contra prohibitionẽ statuti: quia istud nõ potest cõsiderari respectu ipsi⁹ Caualarini, ad quẽ fauor statuti nõ extenditur: & in cuius odiũ constat cõtractus: vt antè sæpè est dictũ. Pro quo tex. in d. l. illicitè. ff. de reb. eor. & in d. l. & si is. C. de præd. mino. vbi emptor non dicitur in dolo, aut in mala fide, respectu ipsius tutoris, vel curatoris: licet respectu pupilli, vel adulti contraxerit cõtra prohibitionẽ iuris. Secundo respõdeo, ꝙ argumentũ procederet, quando nulla fuisset adhibita solẽnitas statuti: sed hîc fuit adhibita. & licèt dicatur nõ potuisse adhiberi per nuntiũ: tamen in hoc posito & nõ con-
53 cesso, ita esse, diceretur erratũ in iure. error † autẽ iuris, nõ inducit malã fidẽ, nisi ageretur de dotali præiudicio: puta de præscribendo rem. l. nunquã. ff. de vsucap. secùs, vbi agitur de

tur de lucrandis fructibus. Nam error iuris nō nocet in lucro fructuū. glo. in l. si fur. §. j. ff. de vsucap. & in l. sed & si lege. § scire. ff. de petit. hæredi. vbi Bar. Sed hîc non agitur de præscribendo rem, sed de fructibus quinquennij. & quidē ex titulo oneroso. Tertiò respōdeo, ꝙ error iuris non solū non inducit malam fidē, sed ab ea excusat, etiam doctorē & iudicē. Alex. in l. ij. ff. quod quisque iuris. Decius in l. pen. in fi. C. de pactis. Hinc videmus, quòd vbi agitur de præsumendo dolum contra aliquē, potiùs præsumitur error iuris, quā dolus: quia ignorātia iuris, dicitur lata culpa: vt habetur in l. latæ culpæ. ff. de verb. signific. Ob id potiùs hærēdum est præsumptioni latæ culpæ, quàm doli. qui est detestabilior. Socin. in consi. 108. lib. j. Quartò respondeo, retorquendo fundamentū, quòd imò mala fides grauaret ipsum Caualarinum cōsensum non legitimè præstantē, & auctorem nullitatis. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aquiliam. & licèt imputari etiam posset contrahenti. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. tamen † in pari causa, potior est cōditio rei, ne consequatur actor cōmodum ex culpa sua, cū iactura rei. l. ij. §. j. ff. ne quis eum, qui. l. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de doli except. Alex. in consi. 100. vers. præterea iste testis. lib. j. Quintò respondeo, quòd imò dicitur seruata forma statuti per nuntium specialem, si videātur scripta nouissima causę patronorum, dum allegant Moder. in l. j. §. item acquirimus. ff. de acquir. posses. Ex quibus stat solidum argumentum pro reo esse æquitatem, quæ amplissimi ordinis viros permaximè mouere debet. 54

¶ Non obstat decimū & vltimum argumētū, ꝙ hic agitur de iure futuro, quod remitti non potuit, per talem consensum patris: quia † respondetur, ꝙ hîc sumus in pacto roborato consensu duorū: quia consensit pater in fauorē conductoris per nuntiū specialem, quod pactum sufficit, secundum doct. in l. j. C. de pact. Decius in consi. 31. vers. ij. nō obstat. Secundò respondeo, ꝙ imò hîc videtur stipulatio: quia pater promisit non contrauenire notario recipiente. Decius in d. consi. 31. Tertiò respōndeo, quòd etiam per simplicem consensum præiudicatur iuri de futuro, quādo adhibetur in præsentia partis, vt habetur in d. l. j. C. de pact. Imola in consil. 52. in secundo dubio. Sed hîc præstitus est cōsensus præsente parte. Primò propter notarij stipulationem. Secundò, quia nuntius consensit præsente cōductore. 55

Tertiò, quia præstitus est consensus in scriptis. scriptura autem semper loquitur. ita Ripa in d.l.j. in quinta falletia. C. de pact. Et propterea dicitur per scripturam actam rem esse inter præsentes, vt latiùs ante dictum est in decimo fundamento facto pro parte conuenta, circa fin. vers. quid hîc dicemus. Sed magis in terminis, quòd sufficiat simplex cõsensus in remissione iuris de futuro, adduco Alex. in consi. 8. lib. v. vbi dicitur, quòd consentiens alienationi rei, in qua prætendit ius fideicommissi de futuro, censetur ipsi fideicommisso futuro renuntiare, vt emptorem molestare non possit, licèt possit petere pretium ab alienãte, aut ab hærede eius. & sic regula, quę habet, quòd simplex consensus non præiudicat in iure de futuro, non procedit respectu tertij contrahentis, sub fiducia talis consensus: sed solum respectu alterius contrahentis. idem quod Alex. voluit Soci. in consi. 43. vers. ij. clarè etiam respondeo. libr. iiij. Idem clarissimè tradit & distinguit Corne. in consilio 144. vers. & licèt fortè. lib. iij. Quartò respondeo, quòd magna hîc videtur æquiuocatio. Nam quando hæredi superuenit aliquod ius, vt hæredi, non potest in persona hæredis considerari aliud aut diuersum ius, quàm esset in persona defuncti: quia ex persona hæredis nõ alteratur qualitas obligationis aut iuris. l. ij. §. ex his. ff. de verb. oblig. Ideò idem ius censetur in persona hæredis, quod erat in persona defuncti: ob id, si defectus formæ statuti non vocaretur in dubium, clarum est, quòd hæres non posset contrauenire, nec posset dicere: superuenit mihi ius de nouo, imò ius illud pręteritum consideratur, quale erat apud defunctum. sed illud solùm quæritur, an possit hæres contrauenire, sicut defunctus poterat. & dicitur, quòd non, propter factũ proprium ipsius hæredis, in quo non militat ratio nullitatis, quæ in facto defuncti, & sic quò ad effectum non consideratur, vt ius de futuro.

QVÆSTIONIS DE INDEMNITATIBUS mulierum Aymone Crauetta à Sauiliano auctore

FINIS.

REPETITIO RVBRICAE FF. DE LEGA. I. EDITA IN in magnifica Ferrariensium Academia, per magnificum & excellentissimum Iureconsultum dominum Aymonem Crauettam A SAVILIANO, EX DOMINIS GENOlis Senatorem illustrissimi Ducis Ferrariæ.

***

SVMMARIVM.

1 *Continuationem fieri ad proxima, regulare est.*
Continuare verbum quid.
2 *Ordo seruandus in omnibus.*
3 *In successionibus intestatorum ex ordine proximiores remotioribus præferuntur.*
4 *Relatio fit ad proxima.*
5 *Partitio materiarum tres effectus operatur.*
6 *Continuatio à remotis an quandoque fieri possit.*
7 *Dictum à dicti ratione regulatur.*
8 *Medio inhabili extrema coniungi impediri.*
9 *Testamenti appellatione largè veniunt codicilli: nisi de vtroque expressè mentio separatim facta sit. & nume. 11.*
10 *Codicilli quando propriè testamentum dicantur.*
12 *Masculinum non concipit fœmininum quandoque de vtroque expressa mentio habita est.*
13 *Verba doctissimi viri, propriè accipienda sunt.*
14 *Continuatio à remotis toleratur quando tituli intermedij pertinentes sunt.*
15 *Coniunctio extremorum medio pertinenti non impeditur.*
16 *Incontinenti fieri dicitur, quod fit ex interualo, si interualum illud ad actum sit necessarium.*
17 *Legata an dicantur accessoria ad testamentū, vbi Ias. & Crot. mordentur.*
18 *Accessorium non vitiatur principali vitiato, diuersa annullationis ratione in accessorio militante.*
19 *Legata an testamenti pars dicantur, & quæ vtilitas inde resultet.*
20 *Gabella pro accessorijs non debetur.*
21 *Gabella an debeatur de fructibus fundi venditi stante statuto,*

quòd de re vendita gabella soluatur.

22 *Gabella pro eadem re bis non soluenda.*

23 *Pars alia integralis, alia prædicamentalis aut subiectiua, alia verò accidentalis aut qualificatiua.*

24 *Partis prædicamentalis ab integrali differentia.*

25 *Legata an pars testamenti dicantur.*

26 *Legata an pars prædicamentalis, aut subiectiua testamenti dicantur. & nume. 28.*

27 *Testamentum quid.*

29 *Prælegata vbi maiorem hæreditatis partem absorbent, idem de eis iudicatur atque de hæreditarijs portionibus, & veniunt in restitutionem fideicommissi.*

30 *Legata integralem partem dici in vno casu Socin. & Crot. est.*

31 *Pars substantialis aut essentialis quæ.*

32 *Pars accidentalis aut qualificatiua quæ.*

33 *Testamentum propriè pro hæredis institutione accipitur, largè verò pro mentis testatione.*

Testamentum largè sumptum contractum dici. ibid.

34 *Institutio hæredis in testamento omissa, quòd tacitè vocasse venientes ab intestato censetur.*

35 *Substitutiones an dicantur accessoriæ ad testamentum sicut legata, aut æquè principaliter considerentur. & nu. 37.*

36 *Codicilli an dicantur accessorij ad testamentum, aut æquè principaliter noua declaratio contra Ias. nume. 38.*

39 *Codicilli largè testamentum dicuntur.*

40 *Codicillorum probatio requirit testes præsentes in conspectu testatoris, sicut testamenti probatio contra Mathesil.*

41 *Codicilli in genere accessorij ad testamentum non dicuntur.*

42 *Codicilli in specie sumpti valere possunt, testamẽto ẽt deficiẽte.*

43 *Testamẽtũ an valeat vt codicillus, quãdo vt testamentũ valere non potest, vbi latè de intellectu l. non codicillum. C. de testa.*

44 *Voluntas disponentis vbi restringitur ad certum actum, si non valet actus vt agitur, non valet vt valere potest.*

45 *Codicilli testamenti solennia habentes, valent vt testamentum, si in eis hæreditas directò relinquatur.*

46 *Denominatio fit ab effectu non à verbis, quando verbis effectus repugnat.*

47 *Disponentis voluntas ex procedendi modo colligitur.*

48 *Alienare prohibitus per testamentũ, an in codicillis alienare poterit.*

49 *Significatio propria dicitur quæ stricta est & naturalis.*

50 *Testari prohibitus, censetur codicillari prohibitus quomodo intelligatur.*

telligatur.

51 *Extensioni locus est in pœnalibus.*

52 *Extensioni in odiosis quando locus sit.*

53 *Separatorum separata eadem ratio.*

54 *Separata quæ dicantur.*

55 *Vniuersalia particularibus digniora.*

56 *Tractatum quæ in maiorem desiderant, præferenda veniunt.*

57 *Ordo circa titulos an attendatur.*

58 *Ordo scripturæ non attenditur in his quæ de se certa sunt.*

59 *Fideicommissarius an & quãdo loco hæredis habeatur. nu. seq.*

60 *Verba cui non conueniunt, nec dispositio conuenit.*

61 *Ius patronatus est transmissibile, vt quod cedi & vendi possit.*

62 *Ius patronatus ecclesiæ an transeat in fideicommissarium.*

63 *Ius patronatus non, nisi deficientibus sanguinis hæredibus ad extraneos hæredes transit.*

64 *Lego verb. adiectum vniuersitati bonorum, an institutionẽ importet. Quid si bonorum parti adijciatur. nume. 65.*

65 *Imperfecta duo simul iuncta nihil operantur, quando vnumquodque per se & in genere suo operari non potest.*

66 *Filij positi in cõditione non, nisi tacitè vocentur, grauari possũt.*

67 *Inducta ad vnũ effectũ non debent cõtrariũ effectũ operari.*

68 *Verbum obliquum adiectũ certæ rei institutionẽ nõ importat.*

69 *Lego verb. vniuersitati adiectum institutionem importat.*

70 *Correctio restringitur ad terminos in quibus fit, nec extẽditur.*

71 *Donatio quæ fit inter viuos nè, an causa mortis ex testium numero arguitur.*

72 *Relinquo verb. adiectũ vniuersitati bonorum, quòd institutionem importet.*

73 *Lego verb. an idem importet, quod relinquo.*

74 *Relinquo verbũ cõmune dicitur hæredis institutionẽ importãs.*

75 *Hæredis institutio quibuscunque verbis fiat, valet modò de testatoris voluntate constet, quòd testari voluerit.*

76 *Lego verb. adiectum quotæ hæreditatis institutionem non importat, alio vniuersaliter aut simpliciter instituto.*

77 *Fideicommissum sine hæredis institutione non valet.*

78 *In legatarium aut fideicommissariũ vniuersalem iura & actiuè & passiuè ex Trebelliano transeunt.*

79 *Lego verbum quotis adiectum alio vniuersaliter non instituto, quod institutionem importet.*

80 *Legatum partis hæreditatis sub conditione alio purè & vniuersaliter instituto an institutionem importet.*

137 *Dono verbum, in vltima voluntate prolatum quo accipiendum.*
138 *Disponentis intentio ex præcedenti modo arguitur.*
139 *Testatoris voluntas non minus facto, quàm verbis declaratur.*
140 *Actus præsumitur factus in causam necessariam.*
141 *Testamenti verba debent intelligi vt aliquid operentur etiam illa impropriando.*
142 *Actus denominatur à pleniori & efficaciori verbo.*
143 *Copula si inter genus & speciē ponatur, an generi per speciē derogetur.*
144 *Verba in dubio specificè nō genericè accipienda.*
145 *Contractus quando variè iudicari potest, ab ea parte qua plus participat, denominatur.*
146 *Actus denominatio ex accidentibus & circunstātijs definitur.*
147 *Denominatio fit à fortiori qualitate, si plures qualitates concurrant.*
148 *Actus in dubio meliori modo & forma fieri cēsetur.*
149 *Actus à potentiori denominatur.*
150 *Forma potentior materia.*
151 *In actu mixto quod potentius est attenditur.*
152 *Qualitas quæ præponderat in actu mixto consideratur.*
153 *Donatio absēti facta stipulatiōe et acceptilatiōe notarij valida tur.*
154 *Notarij caueant, ne aliqua verba scribant, virtus quorum à contrahentibus ignoretur.*
155 *Legatum an reuocari poßit, cùm testator promittit illud soluere legatario præsenti & acceptanti.*
156 *Donatio iudicatur inter viuos vel causa mortis prout melius valere potest. & nu. 157. & 159.*
158 *Donatio causa mortis absenti facta quòd valeat in vim fideicommißi, si vt donatio valere non potest, modo testium numerus adsit, etiam si extra testamentum facta sit.*
160 *Legatum factum quod reuocari nō poßit, an erit donatio inter viuos. & nu. 166.*
161 *Pactum contra substantiam actus an valeat.*
162 *Legatū donatio dicitur, & donatiōi cā mortis æquiparatur, n. 163*
164 *Proprietas verborū nō atte... ... de testatoris volūtate cōstat.*
165 *Legata prioris testamenti per posterius reuocata censentur, nisi expreßè dicatur. & nu. 166.*
167 *Legatum traditum an reuocari poßit. & nu. 169. & 172.*
168 *Voluntas factis fortiùs quàm verbis declaratur.*
170 *Poßeßionis causa ex nouo iure mutatur.*
171 *Filia instituta in sola dote præterita nō dicit̃ cōtra Pau. de Ca.*
173 *Legatum aut donatio non præsumitur fieri animo compensandi cum præcedenti debito.*

Lega

DVM Iaſ. hîc probat continuationem fieri debere ad proxima ab etymologia vocabuli. † quia verbum continuare, idem eſt quod ſimul tenere. pro quo dicit facere tex. in l. continuus. in princ. ff. de verb. oblig. Ille text. non videtur facere, qui vult actum continuum dici, licet interueniat momentum aliquod naturæ inter interrogationem, & reſponſionem, quo momento interueniente ceſſat continuatio, aut coniunctio, licet quò ad effectum iuris dicatur continuus. Sed pro hoc adduco text. in l. tria prædia. in princ. ff. de ſeruitu. ruſticor. prædior. vbi text. appellat prædia continua, quæ ſimul coniunguntur nullo ſpatio intermedio. quod verbum gloſſ. ibi non intellexit. dum expoſuit verbum obiecta. id eſt coniuncta: quia de coniunctis iam dictum erat. Ver. cõtinua. obiecta autẽ exponitur, 1

nitur, id est opposita. ita ꝙ ex summo prædio duci aqua posset ad fundũ inferiorẽ. Ad idẽ similis tex. in l. in traden dis. §. interpositis. ff. cõmu. prædior. vbi etiam fit mẽtio de tribus prædiis cõtinuis, id est simul se tenẽtibus. Similiter dũ Ias. adducit tex. in l. cum de lanionis. §. asinã molendariã. ff. de fund. instruct. ille textus nihil facit: quia loquitur ꝙ, vno legato, veniũt alia ad vsum illius necessaria, & proxima primis applicantur: puta legato æneo vase quodã ad calefaciendũ aquã, veniũt vrcei ꝑ quos infunditur aqua in æneũ, & alia necessaria ad vrceos, & deinceps q̃ ratio huc cesset: quia sine tali cõtinuatiõe materia ipsa intelligi pot. Similiter nõ desunt modern. qui dicãt l. ij. ff. de stat. homin. nõ probare necessario. quia nõ sequitur, Iuriscõsultus ita fecit: ergo ita necessariò faciẽdũ est. Sed certè imò videtur ꝓbare: q a nisi ita fieri debuisset, verisimiliter ita factũ nõ esset: cũ illud inspiciatur qđ fieri debet, nõ quod fit. l. pe. ff. de iust. & iur. & causa facti inspici debet potius q̃ ipsum factum. l. verũ. ff. de furtis. c. intelligentia. de verb. sig. cum simil. Ad idẽ adducitur l. ij §. quintus. C. de veteri iure enu. qui tex. nõ videtur probare: quia tãtũ dicit, ꝙ vtrique materię falcidiæ & trebellianicę applicati sunt singuli libri separati: quia sunt materiæ separatæ. quod ẽt probatur in l.
2 j. §. j. ff. de fonte. Sed istud probatur alio fundamento. † Nã ordo in omnibus seruãdus est: quia vbi nõ est ordo, ibi est cõfusio. §. inordinatum. vbi gl. in vers. cõfusum. in auth. de here. & falc. Sed nisi ponãtur tituli ꝑ ordinẽ, & cõtinuatim proximas, & coiũctas materias applicãdo, cõfusio q̃dã nasci videtur. Ideò † ꝓpter istũ ordinẽ iura voluerũt, ꝙ in suc-
3 cessionib⁹ intestati proximiores remotiorib⁹ præferãt. §. plures. Inst. de leg. agn. suc. l. ij. §. hered. ff. de suis, & leg. l. si. §. ij. C. de succ. edict. † Similiter relatio fit ad ꝓxima: nisi ra-
4 tionis idẽritas faciat, vt ad oĩa præcedẽtia fiat. l. si idẽ cũ eodẽ. §. fi. ff. de iurisd. om iud. Simile videmus, ꝙ si testator familiæ quid relinquit, admittãtur ad legatũ nõ oẽs de familia, sed proximiores in gradu. l. cũ ita. §. fi. l. pero. §. fratre. ff. de leg. ij. l. fi. C. de ver. sig. qđ ipsum nõ alia ratione prodit est: nisi vt ordo quidã seruetur. itaq; dicendũ est titulos & materias ita locari oportere, vt decor iste ordinis seruet.
5 † Nã talis partitio materiarũ ꝑ ordinẽ operat̃ effect⁹ illos tres, de qb⁹ ꝑ gl. in proœ. inst. §. igitur. in ver. easdẽ. legẽtis animũ incitat, mẽtẽ intelligẽtis præparat, memoriã artificios.

cisè reformat. & qui benè distinguit materias, & titulos, proximus est veritati secundũ Senecam, quem refert Sali. in l. filiæ cuius. vers. expeditis. gl. C. famil. ercis. & de effectu distinctionis, aliquid etiam habetur. infra. nu. 54. ¶ Hoc ita præsupposito, ꝙ cõtinuatio fieri debeat ad proxima, doct. opponunt contra continuationem glo. † . ꝙ fiat à remotis 6
propter titulos plures intermedios. ad quã op. dãtur tres so lutiones, vt hîc per Ias. Circa primã, ꝙ cõtinuatio tolerat̃ à remotis qñ sumus in principio libri. gl. in rubr. ff. de cõd. fur. in fi. quã gl. multi impugnãt: q̃a nõ dicit ꝙ in principio libri fieri debeat cõtinuatio à remotis: licet dicat, ꝙ posuit Iurisc. librũ: q̃a multa interseruit in medio Ias. defendit gl. arguẽdo à causa dicti nõ à dicto: † quia ratio dicti est illa, 7
q̃ de dicto disponit illud ampliãdo & restringẽdo. l. cũ pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij & intelligẽda sunt verba ex cã dicẽdi. c. intelligẽtia. de ver. sig. itaq; si illa interpositio materiarũ in medio fuit cã inchoãdi libri: ergo patet cõtinuationẽ ad proxima nõ desiderari in libri exordio. Sed puto quòd illa gl. probet totũ contrariũ, quòd imò continuatio non sit necessaria in libri principio. Nã si ideò positus fuit liber propter titulos intermedios: ergo ꝓbatur, ꝙ in libro nón est necessaria cõtinuatio. Secũdò considero, ꝙ si dicimus cõtinuationẽ libri fieri posse ad remota, incidimus in cõtrarietatem & impossibilitatẽ. nã quõ fieri potest, quòd sit cõtinuatio, si fit ad remota? etẽm remota simul se tenere & inter se cõiũgi nõ possũt. Ideò ego puto, ꝙ ratio ordinis seruãdi in cõtinuatione cõsiderata ita militet in principio libri, sicut in initio tituli, alter tñ & alio modo. quia in initio libri, habetur respectus ad librũ præcedẽtẽ, & sic ad materiã totius libri præcedentis, nõ ad materiã tituli proximi: prout patet in secũdo libro institutionũ. in tit. de rerum diuisione nã tractat de diuersa materia, id est de reb⁹. quia in primo lib. dictũ fuerat de personis, & sic in continuatione librorũ habetur respectus ad genus magis, quã ad speciẽ, seu magis quã ad particularia tractata sub genere. Et hoc mõ verũ erit dicere, ꝙ etiã in libris fit continuatio ad proxima, id est ad librũ proximè præcedentẽ, quod ipsum videtur ꝓbari in l. ij. §. quintus. C. de vete. iur. enuc. q̃ tex. loquit̃ in cõtinuatione librorũ. aliâs eñ, vt dixi, ad remota cõtinuatio fieri nõ põt. & ꝙ ĩ remotis cõtinuatiõ nõ detur ꝓbat̃. † q̃a mediũ inhabile impedit extrema cõiũgi. 8

l. qui

l.qui sella.§.fi.& l.tria prædia.ff.de ser.rust. præd.l.seruitutes.la grande,in fi.ff.de ser.tit.generali.gl.in l.si indebitũ.§.j.vbi Bar.ff.rem ra.ha.Alex.in l.Pomponius.§.quæsitum.ff.de acqu.pos.sed melior tex.in l.in tradẽdis.§.j.ff.com.præ.vbi tex.ponit quatuor casus quando mediũ impediat, vel non impediat coniunctionẽ extremorũ.Primus casus est quando sine medio & citra cõtactũ illius vsus extremorum haberi põt:puta in seruitute altius non tollendi: nã media domus nihil impedit quominùs debeas seruitutẽ altius non tollendi.Secũdus casus, quãdo media domus impedit seruitutẽ:puta itineris: quia nõ possum habere iter ex domo tua ad domũ meã remotã, nisi priùs ĩponatur seruitus mediæ domui.Tertius casus loqtur in seruitute,cui' sit haberi non põt circa factũ mediæ domus, tamẽ ꝙ domus media seruitutẽ non impedit, cùm sit eiusdẽ personæ, cuius domui debetur seruitus.Quartus casus,qñ,retento tertio casu,dñs domus,cui debetur seruitus,alienat domũ dominantẽ,ꝙ emptor non põt vti seruitute,cũ domus media sit libera.Idẽ si dñs vẽdat mediã domũ,ꝙ seruitute debita domui retẽtæ vti non põt,cũ domus media sit libera.¶Circa saluationem cõtinuationis glo.quã faciũt Petr.de Besu.& Aret.hic,ꝙ continuatio glo.nõ fiat ad remota, sed imò ad titul immediatè præcedentẽ, scilicet de iure codicillorum capiendo testamentũ large,vt etiam cõprehendat codicillos.Ias.hîc reprobat istam saluationẽ per tex.instit.de leg.in princ.vbi tex. facit continuationẽ gl.hîc.& tamẽ in illo tex.non potest testamentũ intelligi de codicillis:quia titulus de codicillis posteà ponitur ex interuallo. Sed aduerte quia ista impugnatio Ias.non videtur bona.Etenim nõ loquitur imperator.in tit.de leg.inst.qñ loquitur de testamentis,non habet respectũ ad codicillos:ergo etiã gl.loquendo de testamentis,nõ habuit rationẽ codicillorũ: quia ista videntur omninò diuersa , & separata.nã Imperator idèo nõ habuit respectũ ad codicillos, qa expediẽs aut possibile nõ esset cũ materia codicillorũ nõ præcederet. Sed in continuatione gl.istud fieri põt,cũ præcedat titulus de iure codicillorũ : ergo potuit haberi respectus ad ipsum titulũ de iure codicillorũ : quia vt actus valeat, & sustineatur verba capiuntur largè.Aret.in l.à Titio.ff.de ver.ob.Sed & largissimè intelliguntur verba , vt actus valeat,& omni meliori modo quo fieri potest.Abb.in cons.63.lib.ij. Nam impropriantur

priãtur verba vt actus valeat.l.si vno.in prin.ff.loca.l. si stipulatus.in prin.ff.de vsur.l.insulam.ff.de præscri.verbis.gl. in l.& puto.§.j.ff.fami.ercis.Ad idem tex.in l.si olei.C.loca. c.constitutus.vbi gl in verb.rata.de religio.do.Bal.in cõsi. 516.Casus talis est,cùm quidã.Lanfrancus.in fi.lib.v.Alex. in consi.42.versi item dato ꝙ instrumentũ.lib.iiij.& in cõs. 53.versi.& plus est:quia etiam verba.libro vij.Socin.in l.ij. ver.secunda conclusio.ff.de vulgar.Deci.in rubric.extra de probatio. † Sed appellatione testamenti largè aut latè 9
veniunt codicilli:vt latè per Iaso.hic.& in consi.174.lib.iiij. ergo & vt valeat continuatio gl.dũ loquitur de testamentis,intelligenda videtur de codicillis,qui largè dicũtur testamentum.Ampliùs dico:† ꝙ codicilli propriè testamen 10
tum dici possunt,qñ fiunt condito testamento : quia tunc trahuntur ad ipsum testamentum.& perinde est ac si relicta in codicillis,relicta essent in ipso testamento.l.ij.§.j ff. de iure codicil.qui text.vt difficilis est, ita malè vr̃ intellectus per gl.& docto.ibi vt non immeritò dubitauerit Ioãnes in positione casus,& Albe.videtur sibi contrariari. Nã in summario dicit, ꝙ disposita in codicillis trahuntur ad tempus testamenti.deinde exponendo text.in illis verbis, acsi in testamento scripta essent,dicit scilicet de tp̃e codicillorum.Ideò puto ꝙ verus sensus sit, ꝙ in codicillis dependentibus à testamento relinqui non possit,quod in testamento relinqui non potest de tempore codicillorum,& hoc modo primus casus de plano procedit. Et si dicatur quare in hoc primo casu codicilli nõ trahuntur ad tẽpus testamenti,quo tp̃e erat seruus testatoris? rñdeo,ꝙ retrotrahitio fieri non potest:cùm mediũ,per quod fieri debet, sit inhabile seruo facto alieno.l.bonorum.ff.rem ratã haberi.Sed difficultas est in secundo casu qñ tempore codicillorum seruus erat testatoris.nã tunc in testamẽto relinqui potuisset libertas directa seruo alieno.Sed ratio secũdi casus est:q̃a legatũ libertatis nõ põt tenere,nisi ex cõfirmatione testamẽti,sed in testamẽto cõfirmãte libertas directè relinqui non poterat.& sic etiã in secundo casu cẽsetur data libertas alieno seruo habito respectu ad testamẽtum cõfirmans,cuius tp̃e erat alienus.nec põt cõfirmans trahi ad tp̃s codicillorum.quia hoc esset absurdũ.& quia fieret trahitio in futurũ.Rursus absurdũ esset trahere cõfirmans ad cõfirmatũ non secus atq; si trahere quispiam

vellet superiorẽ ad inferiorem. Iã hoc modo cõfirmãs vires à cõfirmato caperet. Sed ex alio vltra Ias. impugnari potest saluatio Besu. & Areti. hîc. Nã ipsi volunt ad saluandũ continuationẽ gl. ꝙ vbi loquitur de testamentis intelligatur de codicillis vt actus cõtinuationis valeat. Sed istud fieri nõ potest ex quo mẽtio expressa habita est de vtroq;, i. de testamentis & de iure codicillorũ in suis titulis separa-
21 tis. Sed † vbi vnũ contineri potest sub alio largè, aut etiam propriè, istud tñ non procedit qñ de vtroque mentio expressa habita est separatim. l. cũ ex filio. §. filio. ff. de vulga. Bal. in consi. 472. in causa prioris. in consi. 190. Sempronius Manfredi. lib. ij. vbi allegat dictum euangelij, Dicite discipulis eius & Petro. Nam licet Petrus esset apostolus, & veniret appellatione apostolorũ, tñ ibi non continetur, quia
22 de ipso Petro expresè mentio est habita. & in specie. † Simile videmus ꝙ in casibus in quibus masculinũ concipit fœmininum, illud non procedit qñ de vtroque fit mẽtio. Bal. in l. in multis. ff. de statu hominũ. Dec. in c. prudẽtiam. in prin. de offi. deleg. nisi dicatur ꝙ gl. ipsa non fecit mentionem de vtroque, id est, de testamento, & codicillis. ¶ Secundò impugnatur ista saluatio Besu. & Aret. tanquã omnino non verisimilis: nam si glo. habuisset hunc sensum, ꝙ facta fuerit continuatio ad proximũ titulum de iure codicillorum, quasi codicilli largè dicantur testamẽtũ, istud verisimiliter expressisset, & declarasset: nam sicut expressit de testamẽtis. æquè sciuisset dicere de codicillis. l. Stichũ, qui meus erit. ff. de lega. j. l. vni. §. sin autẽ ad deficientis. C. de cad. tollen. c. inter corporalia. de transla. episco. cum similibus. & quia verisimiliùs habuisset glo. in memoria titulum de codicillis proximiorem, quæ de testamentis remotiorem. argu. l. peregrè. ff. de acquir. pos. ¶ Tertiò impugnatur
23 ista saluatio Besu. & Areti. quia † verba glossatoris personæ eruditissimæ debent intelligi secũdum veram, & legalem significationem: sicut dicitur in verbis statuti editi à personis eruditis. Bar. in l. omnes populi. in tertia quæst. sextæ quæstionis principal. ff. de iustit. & iure. Curtius iunior in consi. v. vbi etiam dicit ꝙ præsumitur statutum editum à personis eruditis. Sed secũdum veram, & legalem significationem appellatione codicillorum nõ venit testamẽtũ, nec econtra, ergo dũ gl. rub. loquitur de testamẽtis, nõ videtur intelligenda de codicillis, qui ſm veram, & legalem signi-

significationem testamentum non dicũtur. Dico tñ quòd gl. meliùs, planiùs, & veriùs continuasset rub. ad titu. proximè præcedentem hoc modo. Visum est suprà de codicillis in quibus hereditas directè dari nec adimi potest. l. hereditas. C. de codic. sed tantũ legari aut fideicõmitti. Ideò cõsequẽs est, vt videamus de ipsis legatis, & fideicõmissis.

¶ Circa saluationẽ Christophori de Castellione, ꝙ toleratur † hîc continuatio ad remota, qñ tituli intermedij sunt 14
pertinentes & faciunt ad materiã testamẽtorũ. per tex. in l. j. in prin. ff. si tab. test. nullæ exta. cũ sim. vt hîc per Ias. adde ꝙ idem tenet Dec. in rub. C. qui admit. & in rubr. extra de præbend. Ex ista saluatione colligitur conclusio, quòd
† mediũ pertinens non impendit coniunctionẽ extremorum 15
seu transitũ ad extrema. Ideò diligẽter aduertendum in practica. quia doct. sæpiùs loquuntur in hac materia, ꝙ actus medius impedit extrema cõiungi. nã istud debet intelligi de medio inhabili aut impertinẽti, nõ de medio habili aut pertinenti. ꝙ probatur in d. l. in tradendis. §. j. ff. cõmu. prædio. Exemplũ aliud pulcherrimũ in l. cũ antiqtas. C. de testa. nã testm̃ debet fieri eodem cõtextu sine interuallo aut actu intermedio. Et tñ si interueniat actus intermedius necessarius nõ vitiatur testm̃: putà si opus sit testatorẽ infirmũ cibo aut potione refocillare, vel si immineat actus naturæ necessarius. Aliud exẽplũ in l. duos. §. fin. ff. de duobus reis, vbi, ꝙ modicũ interuallũ tpis aut actus medius obligationi non contrarius non vitiat constitutionẽ duorum reorũ: putà si intra rñsa duorum reorũ interrogatur fideiussor an velit fideiubere pro ipsis duobus reis. Aliud exemplum in l. quod ait. §. si. ff. de adul. vbi † pater de- 16
bet occidere adulterũ & filiam adulterã in cõtinenti vno ictu & impetu: & tñ si filia aufugit, dum adulter occiditur. deinde ex aliquo interuallo filia depræhenditur, & occiditur, dr̃ occidi filia incõtinenti, & sic actus intermedius in ꝓsecutione filiæ nõ nocet patri, cũ sit necessarius ad actũ.

¶ Expedita cõtinuatione sequitur videre de conclusione gl. dũ dicit, † legata esse accessoria ad testm̃. quam gl. con- 17
clusionẽ Ias. hîc intelligit facto testamento, ꝙ tunc legata dicãtur accessoria: qa rupto testõ corruũt & legata. l. si nemo. ff. de testa. tute. l. eã, quã. C. de fideic. Secùs si non fieret testm̃: quia tunc legata non possunt dici accessoria eius ꝙ non est. Sed hîc aduertendũ cõtra Ias. nã Ias. dicit, ꝙ, facto

testaméto, legata ideò dicuntur accessoria ad testm̃: quia rupto testaméto corruũt & legata. Ista ratio non vr̃ bona: quia, ea attenta, sequeretur, ꝙ etiam institutio heredis esset accessoria ad testamentũ: nã ruptor testaméto, corruit & institutio. nam oĩa contenta in testamento labascũt hereditate nõ adita. l. si nemo. ff. de testa. tute. l. si nemo. ff. de regu. iur. Et tñ absurdum esset dicere, ꝙ institutio heredis dicatur accessoria ad testamentum: cùm sit caput, & fundamentum testamenti. §. ante heredis. Insti. de lega. l. proximè. ff. de ijs quæ in testa. delen. Rursus sequeretur aliud absurdũ, ꝙ vbi legata cõseruãtur rupto testamento prout cauetur in d. auth. ex causa. C. de lib. præt. accessoriũ posse esse sine principali, qđ esse nõ debet. Nõ dico tñ q̃n aliud dictũ Ias. sit verũ, dũ dicit legata considerari vt accessoria ad testamentũ, q̃n conditũ sit testamentũ: imò non solùm verum, i. sed & necessariũ: quia si testamentũ conditũ non sit, impossibile est dicere ꝙ sint accessoria ad illud quod non est. ¶ Ex hoc infertur ꝙ oppositio Ias. est de impossibili. nã gl. dicit legata esse accessoria testamenti. Iason opponit: q̃a etiã ab intestato relinqui possunt legata. § j. Insti. de codicillis. Profectò plus satis fatua vr̃ oppositio. q̃a gl. loquitur in testaméto, Iason auté arguit q̃n testamentũ conditũ non est, cui dubiũ ꝙ si testamentũ conditum non est, nõ possunt dici legata accessoria testaméti: nã argumétum & oppositio Ias. procederet si gl. locuta esset de cã intestati. & eodem modo rñdetur hîc ad vnum argumentũ Croti. Nã Crotus opponit, ꝙ legata non dicuntur accessoria ad testamentũ: quia possunt in esse deduci sine testamento. nec rñdet ad istud argumentũ, sed solùm rñdet ad vnum aliud argumentũ, ꝙ annullato testaméto non semper annullantur legata. auth. ex causa. C. de lib. præte. nam ad primum argumentũ Croti patet rñsio ex præmissis ꝙ vbi deducuntur legata in esse sine testaméto, frustrà quæritur an dicãtur accessoria testaméti. Circa rñsioné Croti
18 ad aliud argumentũ, ꝙ † vitiato principali nõ vitiatur accessoriũ in quo inest diuersa ratio, seu in quo non militat ratio annullationis. l. stipulatio ista habere. § alteri. vbi Iason declarat in quarto notab. ff. de ver. ob. Ad idé tex. in c. debitores. de iureiur. vbi licet nõ valeat promissio vsurarũ: valet tñ iuramentum super ea. quia iuramentũ præstatur Deo, in quo turpitudo cõsiderari nõ põt, & declarat Ias. in

l. si ho

l.si homo mortuus.in fi.ff.de ver.ob.Sed puto meliorẽ rationem esse: quia non vertitur periculum salutis iurantis. &,attenta alia ratione,sequeretur ꝙ valeret iuramentum de cõmittendo maleficiũ:nisi dicamus ꝙ in maleficio adest turpitudo etiam ex parte iurantis,quod nõ est in promittẽte vsuras ex necessitate:vt habetur in d.c.debitores. Sed vltra Crotum magis in terminis adduco quod scribit Alex.in l.fi.§.fi.ff.de cõdi.indeb.in addi.ad Bar.in ver.accessorium.vbi,ꝙ extincto principali de iure speciali aut singulari,nõ extinguitur accessoriũ in quo nõ militat ratio illius iuris specialis.& idẽ tradit Alex.in consi.59.ver.quò ad secundum.lib.j.quod est repetitum in consil.39.lib.iiij.

¶Aliam conclusionẽ.& ipsam tacitã sumunt ex ista gl.rubri.seu ex continuatione gl.Alex.Senenses & Iason hîc.ꝙ †legata non dicuntur pars testamenti.Sed antè, quã ingrediar vadũ difficultatis,quo auidiores iuuenes fiant cognitionis nodi,illud est præmittendũ,ꝙ effectus nõ modicus resultat an legata dicantur pars testamẽti,vel solũ accessoria:putà stante statuto ꝙ de testamento soluatur gabella, an pertineat solutio ad heredẽ aut ad legatarios.nã si legata dicãtur accessoria testamẽti,legatarij non tenentur: †quia de accessoriis non soluitur gabella.Roma.in l.fi.§. quoties.in fi.ff.de publican.& vect.quẽ refert, & sequitur Dec.in c.prætereà.j.circa fi.de offi.deleg.Ancha.in cõsi.72. Tantã familiaritatẽ.vbi qñ gabella soluitur de principali,nõ soluitur de accessorio.Idẽ voluit Bal.in l.ij.per gl.ibi. C.de iure emphy.vbi etiã Ias.ver.& notate bene ex hac gl. vbi stante statuto ꝙ de cõtractu soluatur gabella,illud nõ intelligitur de stipulatione pœnali adiecta in contractu pro pleniori obseruantia.q̃a talis stipulatio pœnalis venit accessoriè ad cõfirmationẽ cõtractus principalis, vt metu pœnę legi cõtractus pareatur.Similiter† fructus fundi nõ veniũt gabellãdi:puta stat statutũ,ꝙ de re vẽdita soluatur gabella,vẽditur fundus plenus fructibus pẽdentibus,nũquid soluetur gabella etiã de fructibus? certè nõ.q̃a veniũt accessoriè ad fundũ.ita Iaso.in d.l.ij.C.de iure emphy.Sed hîc aduerte circa istud dictum Bal.& Iason. circa fructus. bus credo Iasonẽ equiuocasse,& ꝙ imò effectualiter soluatur gabella de fructibus pendẽtibus,non ꝙ fiat æstimatio separatim de fructibus, sed simul cũ ipso fundo.nã vidamus ipso rerum experimẽto,ꝙ vbi vẽditur fundus ple-

19 (beside "†legata non dicuntur pars testamenti")
20 (beside "†quia de accessoriis non soluitur gabella")
21 (beside "Similiter† fructus fundi")

nus fructibus, is pluris æstimatur, quã si fundus vacuus fructibus distraheretur. Si maius pretiũ cõstituitur ꝓpter fructus pẽdentes: ergo necessariò dicendũ est, ꝙ de fructibus soluatur gabella. Itaq;, ꝙ de fructibus separatim gabella nõ soluatur, illud nõ est: q̃a fructus pẽdẽtes dicãtur
22 accessorij ad fundũ. Sed † q̃a pro eadẽ re bis solui gabella nõ debet. l. nauis. §. cũ autẽ. l. incola. & l. fi. §. item rescripserunt. ff. ad Municip. l. bona fides nõ patitur. ff. de reg. iur. & ꝙ fructus pendentes nõ dicantur accessorij ad fundũ, sed pars fundi, est tex. in l. fructus pendentes. ff. de rei vẽdi. & in l. fi. §. pen. ff. quæ in fraud. credito. tradit Bal. in consi. 175. lib. ij. Alex. in l. si filius. §. j. ff. de ver. obl. Aliud tamen dictũ Ias. in d. l. ij. C. de iure emphy. ꝙ statutum mandans solui gabellam de venditione fructuum, non habet locum, quando vẽditur fundus fructibus plenus, verum est: quia illud inspicitur, quod principaliter agitur, videlicet de vẽdendo fundum non de vendendis fructibus. vt Bald. determinat in l. abstinendi. ff. de restitu. in integ. quam legit simul cum præceden. quæ incipit nõ solum. Secunda vtilitas resultat an legata dicantur accessoria ad testm̃, aut æquè principalis, & pars testamenti: quia aliud est, ꝙ aliq̃d sit principale vel accessorium. Ideò si statutum faceret mentionẽ de accessoriis testamenti, venirent legata, si sint accessoria: secùs si sint æquè principalia. Aliæ etiã vtilitates cõsiderari possunt secundum occurrẽtiam casuum & tẽporum quoties contingit disputari de principali aut de accessoriis.

¶ Secundò præmittendũ est pro iunioribus ad intelligentiam huius q̃õnis, an legata dicãtur pars testamẽti, quod
23 † pars tripliciter intelligitur. Vno modo pro parte integrali. Secũdo mõ pro parte prędicamẽtali, aut subiectiua. Tertiò mõ pro parte accidẽtali aut qualificatiua. Pars integralis dr̃, quæ integrat ipsum totũ, & sine qua totũ cõsistere non põt: putà homo cõsistit ex duabus partibus, i. ex corpore, & aĩa. istæ duæ partes dicũtur integrales: q̃a integrant, aut faciũt ipsum totũ, ita ꝙ sine altera ipsarũ totũ cõstare non posset. nã anima sola sine corpore homo dici nõ põt. Similiter corpus sine aĩa homo non dr̃. & ista integralis pars alio modo dici põt pars substãtialis aut essentialis. Pars prædicamẽtalis dicitur qñ totũ prædicatur de ipsa parte, seu qñ posita aut prædicata parte ponitur aut prædicatur ipsum genus, putà animal est genus, homo dicitur

citur species, aut pars generis. similiter bos dr species animalis. istę partes prædicantur & dicũtur de genere. quia si dico, est homo, ergo est animal: est bos, ergo est animal. Ista prędicamẽtalis pars differt ab integrali dupliciter. Primò, † quia pars prædicamẽtalis non integrat, aut perficit 24
ipsum totũ: ita ꝙ totũ stare non possit sine parte prædicamẽtali, q a homo pars aut speciei aut generis, nõ integrat genus aut aĩal, cũ possit esse aĩal sine homine: cum plures aliæ sint partes aut species animaliũ. Secunda differẽtia: q a pars integralis nõ prædicat, aut ponit totũ. imò sine toto esse põt, putà aĩa sine corpore, corpus sine aĩa, sed totũ non põt esse sine suis partibus integralibus. Similiter ista pars prædicamẽtalis dr subiectiua: quia subiicitur suo generi, quia posita specie necessariò ponitur genus: adeò, ꝙ à genere separari nõ põt. Ita declarat Bar. in l. qui vsumfructum. ff. de ver. obli. & Ias. hîc. Pars accidentalis aut qualificatiua dicitur quæ põt adesse, & abesse citra subiecti corruptionem, & sine qua totum cõsistere potest, nec ea prædicata ponitur genus, vt in die adiecta stipulationi. l. j. §. diem. ff. de edend. vbi Ang. & Alex. & infrà latiùs dicemus.
¶ His ita præmissis videndum est, † an legata dicãtur pars 25
testamenti. Et quidẽ circa partem integralem dicendum est, ꝙ non: quia testamẽtum potest stare sine legatis. ergo dici non potest, ꝙ ex legatis integretur testamentum. Sed quæstio est, † an dicantur legata pars prædicamẽtalis, aut 26
subiectiua testamenti, ita ꝙ prædicatis aut nominatis legatis prædicetur aut ponatur testamentum. In qua difficultate aduertendum est, ꝙ necessariò præsupponitur legata esse relicta in testamento: quia si relicta essent ab intestato, aut in codicillis, frustrà quæreretur an prædicentur de testamento, quod non est: sed an condito testamento, prædicatis legatis prædicetur & testamentũ: sicut prædicato homine necessariò prædicatur animal, quod est suũ genus. Iason hîc dicit, ꝙ legata non dicũtur pars prædicamentalis, aut subiectiua testamenti, siue capiamur testamentum in specie, in quo sint facta legata. quia nõ sequitur est legatum: ergo testamentũ. quia legata possunt fieri sine testamento, idest, ab intestato. Sed aduerte, † quia te- 27
stamentum dicitur testatio mentis, aut iusta sententia de eo, quod quis fieri voluit de bonis suis post mortẽ suam. l. prima. ff. de testamentis, quæ verba ita conueniunt lega-

tis sicut institutioni heredi, ergo præsupponẽdo testamẽtum in specie, vt̃, ꝙ prædicato legato, prædicetur & testamentum. & procedat cõsequentia, est legatũ: ergo testamẽtum. Nec obstat, quod dicit Ias. ꝙ isto modo caperetur genus, idest, testamentũ restrictiuè, cũ in eo essent relicta legata. Sed genus cõsiderari debet absolutè sine restrictione ad certũ casum. quia dico, ꝙ testamẽtũ non est tale genus, ꝙ absolutè capi possit sine restrictione ad certum casum, in casu nostro. Imò necessè est restringere ipsum ad casũ, quo legata in testamẽto relicta sint: q̃a aliâs (vt dixi) fatua esset quæstio quærere, an legata dicãtur pars testamẽti, si cõsideremus testm̃ sine legatis. & sic apparet, ꝙ capiendo testm̃ in specie, legata possunt considerari vt pars prædicamẽtalis aut subiectiua testamẽti cõtra Ias. Similiter dum dicit Ias. ꝙ capiendo testm̃ in genere, legata non possunt dici pars prædicamẽtalis, aut subiectiua testamẽti: quia cõsiderari potest testm̃ sine legatis, fatua, & impossibilis redditur quæstio, an legata, quæ non sunt, dicantur pars testamẽti. Itaq; concludo in hac conclusione tacita,

28 † ꝙ legata dicũtur pars prædicamẽtalis, aut subiectiua testamenti, cõsiderãdo testm̃ in quo relicta sint legata. & sic cõsiderãdo testm̃ in specie: quia (vt dixi) cõsiderãdo in genere sine legatis, superuacua fit quæstio. Sed dicet aliquis, si legata dicũtur pars testamẽti: ergo erũt ęquè principalia ad testm̃ sicut ipsum testm̃, & non eius accessoria, & sic cõtra gl. & Doct. hîc. Dico, q; erũt aut sunt legata pars testamẽti accessoria, tñ nõ equè principalis. vt si vnus princeps diuideret societatẽ suã in plures partes. & in vna parte ponerẽtur famuli: nã famuli dicerẽtur pars societatis, sed tñ accessoria, & ꝙ aliq̃d pars dici possit, licet accessoriũ sit, tradit Io. Nigri. hîc. versi. ego tñ dubito. Sed istud vi intelligẽdũ nisi legata absorberẽt maiorẽ partẽ hereditatis. q̃a tũc dicerẽ legata partẽ testamẽti principalẽ, imò &

29 principaliorẽ. Sicut dicimus in prælegatis, † ꝙ vbi absorbent maiorẽ partẽ hereditatis, idẽ de eis iudicatur, ꝙ de portionibus hereditariis: ideo per repudiationẽ heredis instituti trãseũt ad substitutũ. l. filio. cũ l. sequẽ. ff. de lega. j. Soci. in l. j. de colla. bono. super vj. q. Videmus etiam, ꝙ vbi prælegata absorbent maiorem partẽ hereditatis, veniunt in restitutione fideicõmissi tãquã portio hereditaria, quia idem de eis iudicamus, ꝙ de portione hereditaria. Bart. & Doct.

Doct.in l.Marcellus.§.quidem liberis.ff.ad Trebel.Dec.in consſ.349.Ideò iſto caſu ſtante ſtatuto,ꝙ de teſtamēto ſoluatur gabella,illa eſſet ſoluenda per legatarios maioris partis bonorum pro rata.Aliter etiam cōcludit Iaſ.in hac concluſione,ꝙ legata non dicuntur pars teſtamenti integralis,nec prædicamentalis aut ſubiectiua, neq; ſubſtantialis aut eſſentialis,ſed pars accidētalis:quia poſſunt adeſſe & abeſſe citra ſubiecti corruptionē.Cōſentio concluſioni Iaſ.præter quā in eò,quod dicit legata nō eſſe partē prædicamentalem teſtamenti,vt ſ.eſt dictū.In vno tñ caſu †legata dicuntur pars integralis teſtamēti ex mēte Soci. 30
& Croti hîc,qñ apparet,ꝙ teſtator volebat legare, & non legauit,licet aliundè teſtamentum perfecerit.nā iſto caſu non factis legatis remanet teſtamentū imperfectū ratione voluntatis,& non valet in aliquo teſtamentū tanquàm quid indiuiduum,& ſic non poteſt ſtare ſine legatis,quod intelligo qñ non legauit: quia non potuit morte aut alio impedimento præuētus:ſecùs,ſi nō legauit ductus pœnitētia:qa noluerit amplius legare.l.ſi is,qui.ff.de teſta.qui tex.loquitur qñ teſtator defecit in legādo morte præuentus:ſecùs,ſi ex mutatione volūtatis,vt dixi,per text.in l.ꝙ ſi iterū.ff.de adimen.lega.& ita no.Crotus hîc.vbi,ꝙ iſto caſu legata nō dicūtur pars integralis teſtamēti ex natura ipſius teſtamēti,ſ.ratione volūtatis imperfectæ.Sed hîc aduertendū,quia Crotus,mutata opinione,indiſtinctè tenet,ꝙ legata dicuntur pars integralis teſtamēti in ſpecie ſumpti in quo ſint relicta legata.nā in hoc malè mutauit opi.qa ſi eſſent pars integralis,ſequeretur,ꝙ,deficiētibus legatis ob cām caduci,vel propter repudiationē,aut aliter teſtamentū eſſet nullū.quia totū ſtare nō pōt ſine ſuis partibus integralibus.& tñ iſtud eſt falſum.vt habet̃ in tit.ff. de ijs quæ pro nō ſcript.hab.& in ti.C.de cad.tol.¶Ex præmiſſis etiam reſultat alia declaratio,aut diſtinctio partis: †quia aliqua dicitur pars ſubſtātialis,aut eſſentialis,ſine 31
qua totū conſiſtere non poteſt,quæ etiā dicitur pars integralis.† Aliqua dr̃ pars accidentalis aut qualificatiua, ſine 32
qua totū poteſt cōſtare,& quę poteſt adeſſe & abeſſe citra ſubiecti corruptionē.& de iſta parte accidētali,aut qualificatiua loquitur gl.in l.malū.in prin.in gl.ij.ff.de ver.ſigni. dum dicit,ꝙ pars etiam dicitur ſine qua totum conſiſtere poteſt,vt in die adiecta ſtipulationi.nā dies eſt pars ſtipu-

lationis.l.j.§.diem.ff.de edend.& tamẽ stipulatio stare potest sine die: quia potest fieri purè, & sine die.§.omnis.Instit.de verb.obli.¶In hac tamen difficultate an legata dicantur pars testamenti, non omitto dictum Croti hîc, qui dicit reprobando Soc. ꝙ ideo legata non possunt dici pars subiectiua testamenti, quia definitio testamenti non conuenit legatis. de qua in l.j.ff.de testa.declarando vt ibi per
33 Bar. Vult dicere Crotus, † ꝙ testamẽtum propriè, & strictè accipitur pro institutione hæredis, largè autem pro testatione mentis. idem voluit Bal.in l.& in epistola.C.de fideicommis.Sed aduerte quia large etiam contractus testamentum dici potest. gloss.in capitul.j.§.item sacramenta puberum.in versicul.super cõtractibus.de pace iuramen. firman.per text.in l.eandem rem.in princip.ff.de duobus reis.Dec.in consil.660.numer.10.Ias.in l.testamentum.in primo notabil.C.de testamen.decis.Neapolita.decis.260. nume.9.Nam etiam in contractibus testatur quis, & mentem suam declarat.& licet in testamẽto deficiat institutio hæredis quò ad verba: lex tamen supplet pro testatore.q̃a
34 † censetur testator tacitè vocare venientes ab intestato.l. conficiuntur.ff.de iure codicillorum.& dicit Bal.in consil 121.Præsupposito.libro quarto, quòd decedens ab intestato videtur tacitè ordinare illud, quod de eius successione ordinat lex.per not.in l.j §.vel maximè.ff.de colla.bonor. & in pulchra & vtili quæstio.tradit Soci.in consil.252 tertia quæstio.lib.ij.vbi si testator det licentiam heredi disponendi de certis bonis.& heres non disponat expressè, sed decedat ab intestato, an dicatur disposuisse in veniẽtes ab intestato? & cõcludit, quòd sic. idem tenet Curtius Iunior in consilio quarto. Et quod scribit Iaso.in rubrica.ff.de liberis & posthumis. Sed istud est impropriè. Ideò succedẽs ab intestato dicitur habere titulum à lege nõ à defuncto. Alexander in consilio quadragesimoquarto in fine, libro quarto. Ias.in l.j.versic.aliam subtiliorem rationem.j.ec
35 ¶ † An autem substitutiones dicantur accessoriæ ad testamentum, sicut legata: aut æquè principaliter considerentur. gl.hîc sentit, quòd pertineant substitutiones ad testamentum æquè principaliter. nam dum glo.rubr.in primis verbis dicit, dixit de testamentis, nunc de accessoriis testamenti, idest legatis, clarè præsupponit, quòd solùm nunc in materia legatorum Iurisconsultus incipiat tractare de acces-

accessoriis.& ꝙ prius non tractauerit de accessoriis.sed de pertinentibus ad ipsum testamentũ principaliter:ideò cũ in præcedentibus dictum fuerit de substitutionibus,in titulo de liberis & posthumis.in tit.de vulgari, & pupillari. & in titu.de acquirend.heredi.sequitur quòd substitutiones non dicuntur de accessoriis testamenti. Nam si essent de accessoriis,falsum esset quod dicit glo.ꝙ nunc incipiatur tractatus de accessoriis testamẽti:quia iam anteà cœptum esset de accessoriis agi aut tractari.† Similiter iuxta 36
declarationem præmissam sentit gl.quod codicilli non dicantur accessorij ad testamentum, sed cõsiderentur æquè principaliter:quia de codicillis dictum fuit in præcedentibus,omnia autem præcedentia veniunt ad testamẽtum æquè principaliter,ex quo de accessoriis nunc demũ fiat tractatus in materia legatorum.¶ Contra primũ † de sub- 37
stitutionibus ꝙ non veniant æquè principaliter ad testamentum,arguit Ias.hîc à sufficienti partium enumeratione, ꝙ substitutiones in hoc nõ videntur differre à legatis. nam aut consideramus testamentum in genere,aut in specie.si in genere,tunc potest esse testamentum sine substitutionibus.Sed istud argumentum non videtur bonũ, vt suprà dictum est circa legata,quia si consideramus testamentum in genere sine substitutionibus,non cadit disputatio an substitutiones dicantur pars testamẽti:nisi dicas, ꝙ cadit disputatio an dicãtur substitutiones pars integralis,aut substantialis testamenti,ita ꝙ testamentũ constare non possit sine substitutionibus.Aut dicit Iaso. consideramus testamentum in specie,& tunc aut testamentũ est imperfectum,quia adhuc in fieri,& deficit perfectio voluntatis testatoris,& tunc vitiatur testamentum in totũ tanquàm indiuiduum.& sic ita vitiatur in legatis sicut in substitutionibus,& institutione.& sic etiam isto casu legata non differunt à substitutionibus.l.si is qui.ff.de testa. Aut consideramus testamentũ in specie iam perfectum in quo sint substitutiones,& legata.& idem iuris videtur in legatis quod in substitutionibus:vt legata ita dicãtur pars testamenti vt substitutiones. Ad istud argumentũ rñdet Ias. ꝙ diuersa est ratio legatorũ,& substitutionũ:quia substitutio potest esse caput,& fundamentũ testamẽti, sicut institutio.quia testm̃ potest sumere robur à substitutione quãdo primus gradus institutionis esset nullus.l.iij.§.fi.ff.

de lib. & posth. & tūc si substitutus nō adiret, vitiaretur testamentū: ergo substitutio pōt dici caput, & fundamētum testamēti: secùs in legatis, quæ in nullo gradu cōsiderari possunt vt caput testamēti. & licet legata corruerēt, nō tā corruit testm̄: ergo legata non possunt dici pars testamēti æquè principalis, ita ꝙ ab eis dependere possit validitas testamenti. Sed hîc aduertendū, quia ista rn̄sio Ias. nō est generalis ad omnes substitutiones. nā solùm militaret in substitutione vulgari, à qua incipere potest robur testamēti: secus in aliis substitutionibus, à quibus validitas testamēti inchoari non pōt. Secundò aduertendū est, q a Ias. in hac rn̄sione videtur contrariari ijs, quæ prius dixerat circa legata, an legata dicātur pars prædicamētalis, aut subiectiua testamenti, vbi voluit, ꝙ qn̄ loquimur de parte prædicamētali aut subiectiua, capimus genus, aut testm̄ absolutè, non autē restrictiuè ad certū casum, & sic solū consideramus an testm̄ in genere possit stare sine legatis, nō aūt restrictiuè qn̄ in eo sunt relicta legata. & tn̄ Ias. hîc loquēdo de substitutione capit testm̄ in specie & restrictiuè qn̄ in ea facta est substitutio vulgaris. Sed capiēdo in genere satis est, ꝙ testamētū potest stare & valere sine substitutione cū sola institutione, & licet possit annullari deficiēte institutione. Tn̄ hoc nō habetur in cōsideratione: quia etiā potest annullari stante substitutione, si illa deficiat: vel quia substitutus nolit aut nō possit adire. Prætereà cōsiderādo illū casum, in quo testm̄ sumit robur à substitutione, non consideratur genus aut testm̄ simpliciter aut absolutè, sed restrictiuè in eo casu quo deficit institutio. Quid dicēdū? ergo par erit ratio legatorū, & substitutionū, minimè: sed ex alio dico substitutiones esse partē principalē, quia fiūt heredibus, & sic in tota, aut maiori parte hereditatis. Ideo cū teneāt in se portiones hereditarias, idem de eis iudicamus ꝙ de institutione. nā substitutus subrogatur in locū instituti: subrogatū autē sapit naturā eius in cuius locum subrogatur. l. si eū. §. qui iniuriarū. ff. si q̀s cautio. qua rōne dixi suprà legata etiā dici partē testamenti, qn̄ absorbent maiorem partem hereditatis. Similiter vbi fit substitutio vulgaris, à qua incipit testamentum, & qn̄ deficit primus gradus, in illo casu speciali dicet integralis pars, aut substantialis testamenti, non ꝙ absolute aut in abstracto cōsiderando dicatur substitutio pars substātialis aut integralis:

lis testamenti,& sic in specie aut in cõcreto cõsiderando, substitutio vulgaris dicitur pars substãtialis, aut integralis,& etiã dicetur pars subiectiua aut prædicamẽtalis. Similiter substitutio pupillaris sine dubio dicetur integralis pars testamẽti pupilli, imò dicitur ipsum totũ,& ipsum testamentũ pupilli. Sed respectu testamẽti paterni dicitur accessoria,& sequela eius §. liberis. Insti. de pupil. Substitutio autẽ fideicõmissaria particularis nõ vr̃ differre à legatis, prout latè videbimus in l. j. ĵ. eod. Similiter substitutio directa militaris, de qua in l. cẽturio. s̃. de vulgari. videtur pars testamenti non integralis, sed prædicamẽtalis & subiectiua & æquè principalis, maximè cùm fiat in tota hereditate. ¶ Circa aliam tacitam conclusionem glossæ, ꝙ † codicilli non dicantur accessorij ad testamentũ declarando vt s̃. Iason opponit contra gl. ꝙ imò codicilli dicantur accessorij ad testamentum: quia, rupto testamẽto, rũpuntur & codicilli,& legata in codicillis relicta. l. j. C. de codic. Iason rñdet ad argumentum, ꝙ imò codicilli non dicuntur accessorij ad testamentum: † quia largè codicilli dicuntur 38
testamentum per glo. in l. ij. in verb. personales. vbi Bald. C. com. de leg. gl. in l. ij. circa fi. in ver. omnes. C. de cõsti. pec. cum simi. vt per ipsum Ias. hîc. & per eundem Ias. in consi. 174. lib. iiij. facit, quia disposita in testamento locũ habent in codicillis. Ideò prohibitus testari censetur prohibitus codicillari. l. diui. §. pe. ff. de iur. codic. l. ij. ff. de leg. j. Similiter disposita in codicillis perinde habentur ac si in testamento disposita essent. l. ij §. j. ff. de iur. cod. Ad idem tex. in l. omne verbum. in prin. C. com. de lega. vbi tex. considerat actum testandi in legatis & fideicõmissis, dicẽdo, ꝙ omne verbum ex quo apparet de voluntate testatoris circa legata aut fideicommissa validum est, & sic cõsideratur actus testandi in legatis,& fideicõmissis, quæ in codicillis relinqui possunt,& quod in pulchro casu tradit Dec. in consil. 354. vbi † ꝙ sicut in testamento testes debent esse in cõspectu testatoris, ita ꝙ videant testatorem,& testator eos. l. si non speciali. & l. si vnus. C. de testa. ita & in codicillis cõtra Mathesi. no. 115. dictum tamẽ Mathesi. sequitur Alex. in d. l. si non speciali. Sed Ias. ibi. in ij. limi. dubitat. dicit tamẽ, ꝙ in practica staretur dicto Mathesil. quia nõ habet contradicentẽ: sed habet contradicentẽ Deci. Imò codicilli testamento cõfirmati propriè videntur testamentũ. l. ij. §. quin- 40

tus.ibi,testamentis,vel codicillis.nã dictio,vel,vt disiunctiua verborũ,& sensuũ coniunctiua.gl.in l.ad protegendam.C.de in lit.dand.tutor.rursus codicilli testō confirmato censentur esse in testamento d.l.ij.§.j.ff.de iur.codicil. Sed relatum dicitur esse in referente verè & propriè.l.institutio.ff.de condi.institu.Bal.in consi.212.E a quæ.lib.v.Sed ista responsio Ias.nõ videtur bona,nec valere videtur consequentia,Codicilli largo modo dicũtur testamentũ:ergo sunt æquè principales,aut non sunt accessorij ad testamétum.quia identitas nominis non operatur ꝙ aliquid dicatur principale,vbi est accessorium:puta in beneficio ecclesiastico.Nam vnum beneficium potest dici accessoriũ alterius.c.extirpandæ.§.qui verò.de præben.ca.super eo.de præb.lib.vj.& tamen vtrunque dicitur beneficiũ.¶Secundò considero contra Ias.nam Iaso.arguit & non rñdet ad argumentum,sed transit in diuersum,aut extrà propositũ loquitur.nam argumentum Ias.stat in hoc,ꝙ rupto testamento,rumpuntur codicilli tanquàm accessorij testaméti,& ab eo dependentes.nec rñdet Ias.ad istud argumen-
41 tum.Ideò aliter † rñdeo ad argumentum,ꝙ considerando codicillos in genere,illi nõ dicũtur accessorij ad testamétum.patet quia stare possunt sine testaméto,si fiant ab intestato.l.iij.l.ab intestato.& l pen.ff.de iure codicillorum ergo patet ꝙ non sunt accessorij ad testamentum.quia accessorium non potest stare sine principali.l.cũ principalis ff.de regu.iur.ideò obligatio fideiussoris sine obligatione principalis cõsistere non potest.§.fideiussores.Instit.de fideiusso Et si dicas nos loquimur condito testaméto:quia aliàs frustrà quęritur,an dicãtur codicilli accessorij ad te-
42 stamentum,quod non est.† Dico ꝙ etiam capiendo codicillos in specie facto testō,illi possunt subsistere in multis casibus deficiéte testaméto.Primus casus est quãdo testamentum statim ab initio est nullũ, puta præteritione alicuius iam nati.Nam cùm testamentũ statim sit nullum, nõ possunt dici codicilli accessorij eius qđ non est,seu dependentes à testō inualido.Bar.post Dy.in l.legata inutiliter.ff.de leg. j.Cy.Alex.& mod.in d.l j C.de codicil.nec isto casu codicilli conseruantur per authen.ex causa.C.de libe.præter. quia conseruatione opus non est,cũ valeant statim codicilli vt facti ab intestato,cũ testamentum statim sit nullum. ¶Secundus casus est,qñ fiunt codicilli in defectum testamenti,

menti,& ad hunc finẽ vt valeant si contingat annullari testamentũ per natiuitatẽ posthumi aut aliter. nã tũc perinde est ac si dictũ esset, si nõ valeat dispositio iure testamẽti valeat iure codicillorũ. l. qui filio. §. j. iũcta gl. fi. ff. de here. insti. secundum verum intellectum Bald. & Imo. ibi reprobato ĩtellectu diuinatiuo. Tradit Ias. in d. l. j. ante med. C. de codic. addo Alexan. in consi. 161. In tertio dubio. lib. ij. vbi Alex. ꝙ codicilli facti, condito testamento, subsistere possunt, licet testamentum deficiat, dummodò tales codicilli fuerint ab intestato cõfirmati: quia appareat ꝙ voluit testator codicillos seruari etiã per venientes ab intestato: per d. l. qui filio. §. j. & tunc dr̃ apparere de tali volũtate testatoris, ꝙ voluerit seruari codicillos ab intestato, qñ adiecta est clausula voluit valere in vim codicillorũ & iure cuiuslibet alterius vltimę volũtatis, & prout meliùs valere poterit. Idem ꝙ codicilli non rumpantur rupto testamẽto qñ fiunt codicilli in defectum testamenti voluit Aretin. in cons. 93. ver. his præmissis. Adde tex. in l. quia autẽ. in prin. iuncta gl. ij. ff. si quis omis. cau. test. ¶ Tertiùs casus est, qñ fiunt codicilli post testamentum nõ de tempore ipsius testamenti. nam qñ fiunt post testamentum, robur capiunt à seipsis, nec vitiantur propter nullitatẽ testamenti. ita Dec. in consi. 456. Pulchrum & singulare dictum si verũ sit, sed falsissimum est & contra tex. in d. l. ab intestato. vbi glos. in ver. quoquomodò. ff. de iure codicillo. nec Bart. in l. legata inutiliter. ff. de legatis j. & Alexand. in l. prima. C. de codicill. allegati per Dec. id dicunt ad quod allegantur. nam dicunt, quod vbi testamentum statim ab initio fit nullum, ꝙ tunc non vitiantur codicilli, vt suprà dixi in primo casu. Sed ꝙ codicilli facti post testamentum validum nõ vitientur rupto testamento: hæc non dicunt, nec dicere potuissent. q̃a cõtra tex. & hoc nisi fierẽt codicilli etiam ab intestato, i. in defectum testamẽti, vt in d. l. quia autem. cũ gl. ij. ff. si quis omi. cau. testa. Quæ omnia diligenter notanda. quia vtilia in practica nec alibi ita ordinata. Putarem tñ ꝙ siue fiant codicilli ante testamentũ siue post testamentum validũ, quod tñ postea rumpitur, conseruentur codicilli per auth. ex causa. C. de lib. præte. vt per Alex. in cõsi. 161. In tertio dubio. lib. ij. Ex quibus apparet ꝙ etiã capiẽdo codicillos in specie in multis casibus stare possunt sine testamento, licet conditum sit testm̃. Ergo non possunt di-

ei codicilli accessorij ad testamentum, nisi in vno casu, quo testamentũ conditũ est, & ipsum validum ab initio. Deinde fiunt codicilli simpliciter. nã deficiente testamẽto deficiunt & codicilli. d. l. j. C. de cod. & d. l. ab intestato. ff. de iure codi. Intelligendo tñ, ꝙ cõseruentur per d. auth. ex causa. vt statim dixi. In hoc tñ articulo an codicilli dicãtur accessorij ad testamentum, puto dari posse doctrinã magis certam & generalem: vt inspiciamus quid in codicillis cõtineatur. Nã si cõtineantur legata aut fideicõmissa particularia, recurrendũ erit ad illã cõclusionẽ, an legata & fideicõmissa particularia dicãtur accessoria. Si verò contineant substitutiones obliquas, æquè eundũ erit ad illã cõclusionẽ, an fideicõmissaria substitutio dicatur pars principalis vel accessoria. quæ doct. ꝑbatur ex no. per gl. Bart. & doct. in l. j. C. si aduer. trans. Vbi qñ necesse est applicare iura & actiones ad bona mobilia, vel immobilia, illud inspicimus ad quid cõpetãt. seu quid in eis deductũ sit. ideo si cõpetũt ad rẽ mobilẽ, iudicantur vt mobilia & econtra.

¶ Hîc etiã aduertendũ circa dictũ Bal. in l. j. §. de testamẽ per gl. ibi relatam per Ias. hîc. dum dicit saluari instrumẽ-
43 tum notarij in quo dicit, † talis condidit testamentum in quo legauit Titio cẽtum, & Sempronio fundum & aliter, heredem non instituit: quia intelligitur testamentũ larg. pro codicillo. sequitur Pau. de Cast. in l. proximè. §. de his quæ in testa. delen. Soci. in consi 142. ver. pro his adduco... j. Nam difficultas istius dicti consistit in l. non codicillum C. de testamen. Vbi quando quis voluit facere testament. instituendo vel exheredando, si non valet vt testamẽtum non valet vt codicillus. Ad illum tex. rñdet Pau. de Cast. in dicta l. proximè, ꝙ ibi apparebat de voluntate testatoris qui volebat testari non codicillari instituendo heredẽ, licet non coram septem testibus. & sic voluntas testatoris erat limitata ad actum testandi, ob id non valet in vim codicillorũ: secus qñ testator non instituit heredem, sed legat aut fidei cõmittit, licet corã septem testibus. q̃ tunc non apparet, qui voluerit testari omittẽdo institutionem heredis, quæ est caput & fundamentum testamenti. Ob hac rñsione ad d. l. non codicillum. inferuntur duæ con-
44 clusiones. Prima conclusio est, † ꝙ vbi actus dispositionis limitatur aut restringitur ad certum effectũ aut modum, si eo modo valere non potest, non valet vt valere potest. Ratio. quia

tio. quia in alio modo aut in alio effectu deficit voluntas disponentis, ex quo fuit limitata ad alium modum, aut ad alium effectũ. & ita illũ text in d.l. non codicillum. ad hoc citat Corn. in consil. 202. lib. iiij. Dec. in c. cũ super. de offic. deleg. Sed hîc aduerte circa istam primã conclusionem & circa declarationẽ prædictam ad d.l. non codicillum: quia ratio illius text. aliter declaratur per Paul. de Cast. in consi. 414. Viso, & examinato suprascripto puncto. lib. ij. vbi, quòd ideò dispositio non valet vt codicillus: quia codicillus est diuersa species à testamento, & ab eo dissimilis: quia propriè loquendo codicillus non est testamentũ, cùm non habeat ius institutionis. Idem volunt Paul. de Castr. Angel. & Imola, in l. j. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. Sed ista declaratio nõ videtur bona. quia vt actus valeat verba intelliguntur largè, & in diuersa specie. l. insulã. ff. de præscript. verbis. l. miles ad sororẽ. l. cũ pater. §. donationis. ff. de legat. ij. vbi actus sonans in donationẽ, sustinetur in vim fideicõmissi. quia vt donatio valere nõ poterat propter absentiã donatarij, & propter defectũ stipulationis olim necessariæ in donatione. l. si quis argentũ. C. de dona. gio. in l. nec ambigi. C. eod. tit. ¶ Tertiam declarationẽ ad d.l. non codicillum. tradit Bart. in d.l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. quòd vbi agitur de totali dispositione seu de faciẽdo vnum totũ & integrum actũ: si non valet quod ago vt ago, nõ valet vt valere potest. nam in d.l. non codicillum. testator intẽdebat facere testamentum totũ & integrum cũ institutione, & exheredatione: sed non potuit ita agere propter minorẽ numerũ testiũ. Ideò cùm in totum valere nõ possit, non valebit etiã respectu partis: quia codicillus nõ potest cõtinere totalem dispositionẽ testamenti propter institutionem & exheredationẽ, quæ in codicillis fieri non potest. Sed ista declaratio Bar. ita simpliciter intellecta non videtur bona. quia ea attenta sequeretur, q̃ semper annullato testamento annullarẽtur & legata. & tamen istud non semper procedit: puta eo casu quo censentur repetita ab intestato. iuxta nota. in l. licet Imperator. ff. de lega. j. Secundò sequeretur, quòd legata relicta in testamento nõ possent conseruari per auth. ex causa. C. de lib. præter. Tertiò sequeretur, q̃ nunquã dispositio valeret vt valere potest, quãdo non valet vt agitur. quia semper intentio disponẽtis est, quod valeat totũ quod agit, & semper intendit totũ agere. Ideo ista declaratio Bar.

potest suppleri ex dictis in prima declaratione, id est, quando agitur de totali dispositione testamenti: ita quòd appareat, quòd vult ipsum totum valere, & voluntas eius est limitata ad ipsum totum. vel debet suppleri declaratio Bar. ex dictis in secunda declaratione, quòd vbi agitur de totali dispositione testamenti, si vt testamentum valere non potest, non valet vt codicillus, in quo totũ valere non potest, cùm sit species diuersa, in qua institutio aut exheredatio fieri non potest. & ita supplent Ang. Imola. Paul. de Cast. & Ias. in d. §. si quis ita. sed ista suppletio Paul. Ang. Imol. Ias. videtur cõfutari ex dictis suprà in secũda declaratione. ¶ Quartam declarationem ad d. l. nõ codicillum. ponit Ias. in d. l. j. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. ꝙ ibi fuit defectus, tàm in eo quod agebatur, quã in eo quod agi poterat. nam agebatur testamẽtũ, sed in eo fuit defectus formę: quia in illo fuit numerus quinque testiũ cũ septẽ requirantur. Similiter in eo quod agi poterat, id est, in codicillo fuit defect' materiei: qa facta fuit institutio & exheredatio, quę materia codicillis non cõuenit: ideò non mirũ videri debet, si in d. l. nõ codicillũ. nõ valet dispositio, neq; vt testamẽtũ, neq; vt codicillus. quia neutro modo valere poterat, cũ in vtroque esset defectus, id est, in testamento defectus formæ, in codicillo defectus materiei. Sed aduerte: quia ista declaratio Iaso. non videtur procedere. quia quãdo quæritur, dispositio quæ nõ potest valere vt testamẽtũ, saltẽ valeat vt codicillus, illud procedit respectu eorũ, quæ in codicillis disponi possunt, & sic respectu legatorũ, aut fideicõmissorũ, non respectu institutionis, aut exheredationis: nõ cessat cõsideratio defectus materiei, & solũ militat defectus formæ respectu testamenti. Prętereà nõ est verũ, ꝙ in codicillis esset defect⁹. qa nihil deficiebat ad solẽnitatẽ, & validitatẽ codicillorũ: sed potiùs erat superfluitas institutionis & exheredationis, quæ vitiare nõ debet. arg. l. testamentum. ff. de testa. l. vnic. in prin. C. de rei vxo. actio. ob id recurrendum videtur ad alias declarationes. Sed considera, si melior solutio dari possit ad d. l. non codicillũ. nã apparebat ꝙ disponẽs volebat instituere, & exheredare. sed quia institutio & exheredatio habẽtur pro nõ factis in codicillis: magis videtur disponens cœpisse, aut tẽtasse actũ testamẽti, quàm codicillos facere, ob id actus nullo modo valet ratione imperfectæ voluntatis. l. si is qui. ff. de testa. Secundò considero, quòd ...

gna videtur æquiuocatio circa dictam l.non codicillum. ꝙ ibi actus nõ poterat valere, vt agebatur, vt testamentũ: neque vt agi poterat, vt codicillus respectu institutionis, & exheredationis, & sic ille actus nullo modo valere poterat: sed sumus in alio brocardico, an vtile vitietur propter inutile. & dicitur ꝙ sic. quia volũtas testatoris est īdiuidua. d. l. si is, qui. sumus etiã in illa regula, an sublata institutione corruant legata, & fideicõmissa. & dicitur ꝙ sic. quia volũtas testatoris dicitur indiuidua. d. l. si is qui. nam si vitiatur ibi: quod erat æquè principale: multò fortiùs vitiari debẽt, quæ veniunt accessoriè. Sed dicet aliquis, ista ratione attẽta etiã vitiari deberẽt legata in terminis auth. ex causa. C. de lib. præter. dico ꝙ in auth. ex causa. nullitas solùm respicit personã præteriri, aut exheredati: ideò reliqua conseruãtur. sed in l. non codicillũ. nullitas omnia respicit, ex quo intendebat disponens testari non codicillari. ¶ Sed contra præmissa opponitur. dictum est, ꝙ vbi dispositio non potest valere, vt testamẽtum, non valet vt codicillus. Contra, nos † habemus, ꝙ si codicilli habent septem testes, & in eis re- 45 linquitur hereditas directò, licet nõ valeant vt codicilli, valent tamẽ vt testamentũ. Ita voluit Paul. de Cast. in l. testamẽtum. C. de testam. Vbi fortiùs voluit istud procedere, licet sit apposita dictio taxatiua: putà quia dixit testator, ꝙ voluit valere iure codicillorũ duntaxat. Sequitur Cornęus in consi. 324. libr. j. Addo vltra Cornæum quòd idem tenet Paulus de Castr. in l. ij. C. de codicillis Alex. in consi. 53. vers. Vnde ad propositũ. lib. vij. Vbi etiam Alexã. voluit, quòd si filiusfamilias testetur de consensu patris, licet non valeat dispositio vt testamentum, valebit tamen vt donatio causa mortis, & tamen testamentum & donatio causa mortis sunt diuersæ species. Solutio quando † actus denomina- 46 tur vno modo, & effectus repugnat tali denominationi, & apparet quòd disponẽs voluit actum valere. quia iuris dispositio immutari non potest, nec potest disponens facere quòd vnus actus sit alius: tunc fit denominatio ab effectu non à sono verborum. l. insulam. ff. de præscriptis verbis. Bar. in l. cotẽ ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & vectig. in l. Aristo. ff. de donat. & in disputatio. incipien. Publicanus. Bald. in rub. C. de iure emphy. iuxta fin. & in l. j C. de rerum permutat. cũ similib. modò quando effectus cõuenit testamento ex numero testium & propter actum institutionis,

non potest testator disponēs per suā denominationē alterare talem actū,& facere, ꝙ sit codicillus, cùm sit testamētū: ideò fit denominatio ab effectu nō à sono verborū. Sed cōtraria loquuntur quādo actus denominatur vno modo, & effectus non repugnat tali denominationi: imò illi cōuenit. sed actus subsistere non potest propter defectū formæ: tunc non fit denominatio ab alio actu diuerso dissimili. Nam quādo testator dicit se facere testamentū, & instituit heredē aut exheredat, effectus non repugat sono verborū: imò cōuenit institutio & exheredatio testamento. sed talis effectus viribus nō constat, propter minorem testium numerū. Ideò nō potest dici, ꝙ effectus prævaleat verbis, cum quo effectus nō subsistit. Secus quādo effect⁹ subsistit, sed contrariatur sono verborū: quia tunc attēditur effectus nō cōsideratis verbis. Ideò quādo quis dicit se facere testamētum, & tamē non instituit neq; legat, sed tātū fideicōmittit: quia effectus legati aut fideicōmissi tenet & repugnat testamēto nulla facta institutione, dicitur codicillus nō testamentum, effectu considerato non consideratis verbis.

¶ Dictum est suprà, ꝙ ex responsione Paul. de Castr. in d. l. proximè. ff. de iis quæ in testa. delen. ad d. l. non codicillū. C. de testa. eliciuntur duæ conclusiones. Vidimus de prima conclusione non parū vtili, quòd vbi voluntas disponentis
47 restringitur ad certum actum, si non valet actus vt agitur non valet vt valere potest. ¶ Secunda † conclusio est, ꝙ voluntas disponentis declaratur ex modo procedēdi. nam in d. l. non codicillum. ꝙ voluerit quis testari non codicillari arguitur ex modo procedendi, id est, ex eo, ꝙ testator instituit, aut exheredauit qui est actus conueniēs testamēto. Similiter quando quis solùm legat aut fideicōmittit omissa institutione. & exheredatione apparet, ꝙ voluit codicillari nō testari, licet dicat testari se velle. Similiter quādo dubitatur an aliquis processerit tanquam iudex ordinarius aut extraordinarius vel arbiter, cognoscitur ex modo procedēdi. Bart. in l. societatē. §. arbitrorum. ff. pro socio. Alex. in consi. 55. versic. confirmātur prædicta. lib. v. Similiter si princeps voluerit vti potestate ordinaria aut absoluta & plenitudine potestatis, cognoscitur ex modo procedendi: quia si mandet partē citari, arguitur quòd vti voluerit potestate ordinaria. Rom. in consi. 369. Sed magis in terminis d. l. nō codicillum. ex quibus arguatur voluntas, ꝙ ...

quis testari non codicillari, adduco Socin.in l.Centurio.ff. de vulga. Vbi quando verba directa referuntur, aut dirigũtur ad ipsum testatorem, præsumitur ꝙ voluerit testari. Secùs, si verba directa substitutionis diriguntur ad institutũ. quia faciliùs obliquantur, ob id præsumitur ꝙ voluerit codicillari. in qua doct. vult Socin. ꝙ in l. illud. §. tractari. ff. de iure codicil. verba directa fuerint relata ad testatorẽ. Sed mihi videtur dicendum, quòd vbi verba directa referũtur ad testatorem, voluerit substituere etiã per fideicõmissum. quia per fideicõmissum succeditur testatori. l. coheredi. §. cùm filiæ. & sic ad arguendũ voluntatẽ obliquãdi verba directa, doctri. Soc. nihil facit. Ideò dico coniecturã, non aliã clariorẽ explicari ad arguendũ voluntatẽ testatoris, an voluerit testari aut codicillari, quã eam quã ponit text. in d. §. tractari. nam ibi cõcurrunt duo ex quibus necessariò infertur, ꝙ velit quis testari non codicillari. Primò quia voluit præstari legata ab herede scripto: ergo non à legitimo: ergo noluit codicillari. quia tunc præstarentur ab herede legitimo. Secundò concurrit substitutio vulgaris facta heredi scripto, quæ omninò repugnat codicillis. quia dando substitutum vulgarem apparet ꝙ noluit venire hereditatẽ ad heredem legitimũ, de quo text. etiã videbimus in l. j. ĵ. eod. ¶ Vidimus suprà, ꝙ appellatione testamenti largè veniunt codicilli, seu quòd codicilli largè dicũtur testamẽtũ. & quòd disposita in codicillis habẽtur, perinde ac si essent disposita in testamẽto. Sed hìc quæro, † aliquis prohibetur 48
alienare bona per testamẽtũ, an poterit alienare in codicillis? Ang. in consil. vij. in fin. tenet, quòd nõ. quia prohibitio alienandi dicitur odiosa. Ideò prohibitio facta per viã testamenti, nõ extenditur ad codicillos. sequitur Soci. in l. j. §. quãquam. in fi. ff. ad Trebel. Ratio huius dicti videtur: quia prohibitio alienandi dicitur res odiosa. l. non vsque adeò. ff. si quis à paren. fuer. man. sed in odiosis verba debẽt intelligi propriè & strictè, non largè. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercitor. l. constitutionibus. ff. ad municip. propria enim significatio vocabuli dicitur illa, quæ est stricta non quæ larga. l. Labeo. §. cõtractũ. ff. de verb. signi. c. fi. de præb. c. oratorium. & c. seq. 43. distin. Calder. in consil. v. in titu. de hæreti. & in cons. vij. in tit. de verb. signifi. Iason in cons. 77. lib. j. vbi Ias. quòd † propria significatio dicitur illa quæ est 49
stricta & naturalis. Sed contra istud dictũ Ange. approbatũ

per Soc. tenet Iaso. hîc duabus rationibus. Prima ratio est:
50 † quia prohibitus testari cẽsetur prohibitus codicillari l.
ij. infrâ eod. sed ista ratio non videtur bona. quia proced...
in eo, qui omnino, seu in omni casu prohibetur testari &
quò ad omnia bona: sed nõ loquimur in eo, qui potest ge-
neraliter testari, licet prohibeatur in testamento aliena...
certa bona, an illa prohibitio extẽdatur ad causam codi...
cũ sit odiosa, nec reperiatur iste prohibitus alienare in co-
dicillis. nã in odiosis nõ fit extẽsio, etiã ex idẽtitate ratio-
nis. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. l. fi. C. de præd. decur...
vbi decurio ꝓhibitus vẽdere sine decreto, nõ cẽsetur ꝓ-
hibitus donare. tradit Old. in cõs. 150. In ecclesia valẽtina
ex quo text. d. l. fi. videtur cõfundi ratio Ias. Nã si ꝓhibi...
vẽditionis esset propter inhabilitatẽ personę, vtiq; etiã do-
natio cẽseretur ꝓhibita: sed quia cessante inhabilitate...
prohibitio in certo casu, illa non extẽditur. Præterea ...
prohibitus testari cẽsetur prohibitus codicillari: q a testa-
mentũ dicitur quoddã genus cõpræhendẽs omnẽ vltim...
volũtatẽ: vt per Ias. in d. l. ij. ĩ. eo. Sed ista ratio cessat cũ ge-
neraliter nõ prohibetur quis testari, sed solũ in aliqua ...
Secũdò mouetur Ias. cõtra dictũ Ang. quia nisi prohib...
alienãdi extẽdatur ad codicillos, de facili redderetur pro-
bitio elusoria: quia prohibitus alienare in testamẽto a...
51 nabit per viã codicilli, & licet Ias. nihil alleget, † cõfirm...
tur istud argumẽtũ: quia extẽsio fit etiã in pœnalibus, ...
dispositio reddatur elusoria. c. si ciuitas. vbi Domi. in sec...
do no. de sen. excõ. li. vj. no. Dec. in l. factũ suũ. § fin. in ij. ...
mitatione. ff. de regu. iur. Ias. in l. talis scriptura. ff. de leg. ...
addo Bal. in cõs. 365. Statutorũ scripta. li. iiij. Ideo si statu...
prohibet extrahi bladũ cum asinis, cẽsetur etiã prohibe...
cu bobus. secundũ Bal. ibi. Sed aduertendũ circa istud ar-
gumẽtũ Ias. ab elusorio: quia si procederet sequeretur ...
prohibitus alienare in vltima volũtate cẽseretur etiã ...
bitus alienare inter viuos, ne fiat prohibitio elusoria ...
ximè cũ facilius sit alienare inter viuos, quã in vltima vo-
lũtate. Patet, quia inter viuos nõ requiritur tata sol...
quãta in vltima volũtate: & tamẽ prohibitũ in vltima vo-
lũtate, nõ videtur prohibitũ inter viuos. quia ista sunt di-
uersa, nisi ex verbis aliter de mẽte appareat. l. pater ...
fundũ. vbi Bar. ff. de leg. iij. Bald. in cõsi. 283. Verba testa-
ti. li. ij. Dec. in consi. 336. & magis in terminis adduc...
in...

in l.cùm hi.in princ.iuncto versi.planè.ff.de transactio.vbi prohibitio facta in materia fauorabili in relictis in vltima volũtate & in donatione causa mortis, non habet locũ in donatione inter viuos.quem text. ad hoc citat Dec.in l.j. in octauo notab.C.de secund.nupt.sed vltra Deci.adduco tex.in l.verba contraxerũt.ff.de verb.signifi. quem ad hoc citat Bald.in l.executorem.C.de execu.rei iud. quid dicemus in materia,& prohibitione odiosa, nisi dicas, ꝙ facilius quis disponit per viam vltimæ voluntatis, quàm inter viuos irreuocabiliter. Puto considerãdum in hac materia rationem prohibitionis alienandi.nam si ratio sit generalis militans ita in codicillis sicut in testamento,quia testator noluerit bona exire de familia, tunc prohibitio facta in testamẽto extendetur ad codicillos,qui largè dicuntur testamentũ.quia † extensio fit etiam in odiosis ad ea quæ 52 continẽtur sub dispositione lato sumpto vocabulo aut largé.l.filium habeo.ff. ad Macedonianum.l.libertũ.§.j.ff. de ritu nupt.Rom.in consi.129.Licet magna.Alexã.in consil. 190.lib.ij.Dec.in l.qui se patris.C.vnde liber.& hoc modo euitatur dictum Oldrad.quòd in odiosis non fit extensio ex identitate rationis. quia illud non procedit in his quæ continẽtur sub dispositione saltem largè aut lato sumpto vocabulo.Pro hoc videmus,quòd prohibitio alienãdi facta inter viuos,aut per viam contractus extenditur ad vltimam voluntatem quando ratio prohibitionis est generalis militans etiam in vltima voluntate, vt quia voluerit testator bona in familia remanere.nã ratio generalis ampliat dictum speciale:vt per Barto.in dicta l.pater filium.§. fundum.ff.de lega.iij.tradit Socin.in consilio 251. libro secundo. Non omitto tamen in hac materia an appellatione testamenti veniant codicilli in materia odiosa aut pœnali, quòd si codicilli fiant condito testamento, dispositio pœnalis loquens de testamento, locum habet & in codicillis. Ideò pœna imposita heredi aperienti testamentum ante vindicatam necem testatoris à familia seruorũ occisi,habet locum in aperiente codicillos factos condito testamento,licet testamẽtum non aperiat.l.si quis in graui. § si quis codicillos.ff.ad Syllanianum . rationem assignat tex.quia pertinent codicilli ad causam testamẽti, quando fiunt cõdito testamẽto. nã perinde est ac si omnia scripta in codicillis,scripta essent in ipso testamẽto.l.ij.§.j.ff.de iu

re codicillorũ.ex quo tex.videtur inferri,quòd secus esset in codicillis ab intestato quando materia pœnalis tractaretur.quem tex.bene nota. ¶ Circa secundam partẽ glo. quæritur de duobus.Primò, quare materia legatorũ fuerit diuisa in tres libros. Secũdò,in quibus differãt isti tres libri.Circa primũ quæstionẽ glo .ponit duas rationes.Prima ratio est ad euitandã prolixitatẽ,quæ fieret, si sub vno titulo posuisset totam materiã legatorum,sed istam rationem prolixitatis reprobat glo.in rub.infrà de leg.iij.quia prolixitas præsupponit identitatẽ materiæ, quasi in omnibus tribus libris tractetur de eadẽ materia, quod esset prolixũ nimis in eodẽ lib.Sed dicit gl.ꝙ diuisio librorũ prępsupponit diuisionẽ & separationẽ materiæ : quia singuli libri singulas materias & separatas debẽt cõtinere. Secũda ratio est,quia isti tres tituli differũt inter se, & cõtinẽt materias diuersas.Ideò tanquã diuersi,& differẽtes positi fuerũt sub diuersis titulis.In qua re aduertẽdũ,ꝙ Ias.malè refert istã gl.dũ dicit Ias.ꝙ gl.format qõnẽ. & pro solutione se remittit ad not.per eam in rub.ff.de leg.iij. Nã gl.citra remissionẽ respõdet expresè ad quæst.ponẽdo duas rationes.Similiter dũ Ias.dicit,ꝙ in loco remissionis formatur diuersa qõ,& postea Ias.declarat.Dico,ꝙ imo gl.expressè declarat,ꝙ ponatur materia legatorum in tribus libris propter diuersitatẽ ipsius materiæ. Ex qua declaratiõe gl.
53 infertur ad illã † regulã,ꝙ separatorũ separata debet esse ratio.Nã quia istæ materiæ legatorũ differũt inter se & separãtur:ideò separatim tractãtur sub diuersis & separatis titulis.ad quã reg.solẽt allegari text.plurimi.l.si.ff.de calũ. l.Papinianus exuli:ff.de mino.l.si domus. ff.de serui.vrba. præd.l.j.§.Trebatius.ff.de aqua quoti.& æsti.l.inter stipulantẽ.§.sacrã.ibi,sed hæc dissimilia sunt.ff.de verb.oblig.l. iij.§.si tutor.vbi Bal.ff.iud.sol.l.de bonis.ĩ prin.ff. de Carb. edict.l.qui fundũ.§.si fundũ ibi ꝓpriã ac separatã cõditionẽ habere.ff.pro empt.l.nã satis.§.j.ff.quẽad.ser.amit.l.si constitutũ.ff.de test.mili.l.si maritus.C.de don.inter vir.& vxo.l.neq; natales.C.de proba.c.ij.de trãsla.episc.cũ sim. sed magis in terminis adduco tex.in l.j.§.j.ff.de fonte.vbi quia diuersæ sunt seruitutes ductus aquæ & haust⁹ aquæ, ideò diuersa pro eis prodũtur interdicta. ad idẽ tex.in l.ij. §.Quintus.C.de vet.iur.enucl.vbi q̃a Falcidia & Trebellianica sunt diuersæ, ideò ponũtur sub diuersis titu.& libris.

¶Infertur secūdo ex ista declaratione gl.dū ponit differen tiam inter istos tres libros de legat.† ꝙ illa dicuntur sepa- 54
rata quæ continent diuersitatē factorū, licet circa idē in genere. Nā licet oīa dicātur legata in genere: tamen quia tractātur diuersimodè, dicuntur diuersi tituli,& separati. qđ est notandū pro ampliatione reg. de qua in l.j. vbi Bar. & Bal. C. si vnus ex plurib. vbi quod separata dicuntur quę cōtinent diuersitatē factorū. quem tex. ad hoc citat Rom. in cōs.300. in fi. nā istud procedit, licet talia facta cōsiderētur circa idē in genere. Aliā rationē quare materia legatorū fuerit diuisa in tres libros ponit Imol. hîc & seq̃tur Ias. ꝙ facta fuit talis diuisio gratia cōmodioris vsus,& cōmodioris intelligētiæ. argu. l. Caius. §. fi. ff. de leg. iij.& quod in simili habetur per gl.& Doct. in rub. ff. sol. mat. Addite glo. in proœmio Instit. §. igitur. in ver. easdē. vbi gl. ꝙ diuisio librorū tria operatur de quibus per eā ibi & Ias. hîc in fine. Similiter ex diuisione, aut distinctione quęstionū negotiū fit magis clarū. c. super literis. de rescrip. vbi text. distinguit inter subreptionē, quæ cōmittitur scienter,& malitiosè,& subreptionē, quæ cōmittitur per ignorantiā, aut simplicitatē, ex qua distinctione negotiū clarius intelligitur. quē tex. ad hoc citat Abb. in cōsi.96. lib. j. Circa differētias istorum trium librorū de legatis, qualiter differant inter se, vnam differentiā ponit gl. hîc & rub. infrà de leg. iij. alterā ponit Bart. in d. rubr. de lega. iij. tertiā ponit Alber. de Ros. hîc post Odofred. Sed aduertite, quia ista videtur quæstio facti potiùs, quàm iuris,& laboriosa potius quàm vtilis, quia opus esset legere & discurrere, per singulas leges omniū trium librorū ad intelligendū in quibus differant.

¶Extra gl. Ias. hîc format duas quæstiones. Prima qō est, quare Iuriscōsultus in titulo legatorū priùs tractauerit de legatis & fideicōmissis particularibus, quā de fideicōmissis vniuersalibus, quæ sunt digniora. Ex hac qu. Iaso. duæ inferūtur cōclusiones. Prima conclusio† est, ꝙ vniuersalia 55
dicūtur digniora particularibꝰ. Probatur istud dictū, licet Ias. non dicat. nā illud dicitur dignius qđ est generalius & plura cōplectitur, argu. glo. in can. in nouo. 25. distinct. quā gloss. ad hoc citat Decius in rubri. ff. si certum petatur. sed vltra Decium, adduco text. in §. nos igitur. in authenti. de defensor. ciuit. vbi, quòd præses prouinciæ, quia pręest vniuersitati,& sic toti prouinciæ, non vni ciuitati tantùm, di-

citur maior,& dignior:nam dicitur iudex iudicũ. & quantò quilibet præest melioribus, tantò maior ipse & honestior est. Et ita illum tex. ad hoc citat Abb. in cõsi.21.lib.j. Et de eo qui præest pluribus,& maioribus, ꝙ dicatur dignior tradit Bald. in consi.387. Archid. lib.j. per glos. in §. generaliter. in authentic. constitu. quæ de dignit. Ideò amplitudo vnius principis dicitur maior dignitate inferioris: quia potestas principis est vniuersalipr latius patens,& quòd ratione vniuersalitatis dignius quid dicatur voluit Bald. in consi.352. Materia fundorum. lib.j. Vbi, quòd omnis concessio perpetuæ iurisdictionis dignitatem habet,& gradũ excellentiæ superioris, cùm præsit vniuersitati. Ex quibus abundè probari videtur cõclusio fideicommissum vniuersale dignius esse particulari legato aut fideicommisso. & quòd titulus generalis debeat præcedere specialem tradit Dec. in rubr. C. qui admitti.

¶ Secunda conclusio elicitur ex ratione Ias. ad quæstionẽ
56 supra formatã, † ꝙ illa sunt præferenda, circa quæ, aut in quibus maiore tractatu est opus. nam Ias. dicit, ꝙ ideò titulus legatorum & fideicõmissorum particularium præpositus est: quia Iuriscõsultus erat plura dicturus de ipsis legatis,& fideicõmissis particularibus. Sed ista ratio non videtur bona tanquã sumpta ex diuersis, aut separatis. Etenim non valet cõsequẽtia sum dicturus plura de populo, quã de principe: ergo de populo prius dicẽdũ est,& quare maior tractatus legatorũ & fideicõmissorũ particulariũ ita poni non poterat post tractatum fideicommissorum vniuersalium, sicut ante. sed magis in terminis contra istam responsionem Iaso, adduco tex. in l.j.ff. si cert. peta. vbi Iurisconsultus præmittit titulũ. ff. de rebus credi. aliis titulis sequẽtibus: quia titulus de rebus creditis est generalis ad omnes cõtractus, in quibus sequimur fidem alienam. Et tamen tractatus circa ipsos contractus in specie in quibus sequimur fidem alienam, est multò maior & amplior tractatu illo generali de rebus creditis. Ideò vltra Iasonem
57 aliter responderi posset ad argumentum, quòd ordo † non attenditur in istis titulis, an alius alio sit dignior, an prior. gloss. in §. quibus. in prima constitutione Codicis. Ias. in l. fin. C. qui admitti,& in l. fin. in secundo notabili. C. qui testamenta facere possunt. Secundò potest responderi, quod ordo scripturæ non attenditur in iis, quæ sunt de se certa:

ta:puta si notoriè dignior posteriore loco nominatur. Decius in c. auaritiæ. de præbendis. & dignit. Ideò cùm materia fideicommissorum vniuersaliũ sit notoriè dignior, non videtur curandum quo ordine tractata sit. Tertiò potest respõderi, quòd in istis situationibus titulorum non semper seruatur iste ordo, vt digniores præponantur: vt patet in tit. de arbit. qui proponitur tit. de iudiciis, & tamẽ iudicia videntur potiora, & digniora ratione maioris potestatis. Quartò potest responderi, quòd potuit præponi materia fideicommissorum particularium, tanquam priùs edita, & tractata, licet non ęquè digna, & sic quòd in situatione habitus fuerit respectus ad prioritatem temporis natiuitatis non ad dignitatem. ¶ Inquantum Ias. hìc circa dictam q. dicit, † quòd fideicommissarius habetur loco heredis, istud intelligitur, nõ verè, aut propriè, sed per viam fictionis. l. si filius. §. j. ff. quod cum eo. allegat. hìc per Ias. põderando verbum quodammodò, quod est nota improprietatis. l. in suis. ff. de lib. & posth. not. Bar. & doct. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. ad idẽ tex. in l. postulante. §. j. ff. ad Trebel. Ideò in ista materia. an fideicõmissarius habeatur loco heredis recurrendũ est ad illam materiã, an dispositio loquẽs in casu vero, habeat locum in casu ficto, quæ materia latissima est, & nodosa. Et de ea habetur in d. l. si is, qui pro empto. Tẽpus hìc alienum sit de ea tractare. Illud tamẽ certum est, ꝙ in materia pœnali fideicõmissarius nõ venit appellatione heredis. l. si antè, quàm. cum l. seq. ff. ad Syllan. Soc in l. j. §. si is qui quadraginta. ff. ad Trebel. Idem in materia correctiua, vel exorbitãti, in qua appellatione heredis non venit fideicõmissarius. Socin. in d. l. j. §. de illo. circa princ. ff. ad Trebell. Idẽ in omni materia strictè intelligenda. Soci. in rubr. ff. de vulga. Idem in materia in qua verba debent intelligi proprie & in forma specifica. Ideò conditio dandi decem heredi, non potest impleri in persona fideicommissarij. l. qui heredi. §. qui hereditatem. ff. de cond. & dem. Ias. in l. precibus. C. de impub. ¶ Sed istud, ꝙ in materia stricta † appellatione heredis nõ venit fideicommissarius, videtur intelligendum, nisi aliàs actus redderetur inualidus. nã vt actus valeat dispositio loquẽs de herede, locũ habet in fideicõmissario, qui vtiliter dicitur heres. ita Ias. in l. cẽturio. vers. ego vltra scribẽtes. ff. de vulgari. sed hoc dictum latius potest comprobari, ex dictis 58 59

suprà

suprà circa continuationem rubricæ, quòd verba impropriantur, vt actus sustineatur, & valeat. sed magis in terminis adduco tex. in l. filiofamiliâs. vbi Soc. in j. not. ff. de condi. & demon. Vbi, quòd verba fictè intelliguntur, vt actus valeat. Ergo licet fideicōmissum fictè dicatur heres, ob id non veniat appellatione heredis in materia stricta, istud tamen non procedit, quādo aliâs actus non valeret. ¶Sed iuxta prædicta quęro de tali q. ex qua materia ista planior fiet. Testator in testamento suo dotauit quandā capellam, & voluit, ꝙ præsentatio rectoris pertineret ad heredē suū, & ad heredes heredis sui. Deinde instituit filiū heredē vniuersalē, mortuo testatore, filius heres fecit testamentū in quo instituit filiū suum heredem, cui substituit Gaiū. Euenit casus substitutiōis in persona Gaij: q̃a filius grauat⁹ decessit sine liberis. nūc oritur cōtrouersia inter heredem legitimum, heredis grauati, & Gaium substitutum, ad quem pertineat præsentatio rectoris ad dictam capellā. Istā quæstionem format Guido Papæ. q. 507. & ibi determinat in fauorē Gaij fideicōmissarij. monetur Guido Papæ, primò per tex. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. vbi qñ testator vocat heredē ad substitutionē filij, intelligitur de eo, q̃ est heres iudicio ipsi⁹ testatoris. Et ideò substitutus à testatore pfertur heredi legitimo. Sed ille tex. posset retorqueri cōtra Gui. Papæ. q̃a ille Gai⁹ nō fuit vocatus à primo testatore, sed ab ipso herede grauato, & sic nō dicit̃ heres ex iudicio testatoris, de cui⁹ dispositiōe agitur. Tñ ille tex. optimè videtur probare intētionē Papæ. quia in casu Papę non vocauit testator ad præsentionē capellæ solū heredē ipsius testatoris: sed heredem heredis. Ideo videndum est, quis dicatur heres heredis, & pculdubiò vocatus ab herede p fideicōmissum, per qđ succedit̃ testatori. l. cohæredi.
60 §. cùm filiæ. ff. de vulg. ille autē heres legitimus, nō dicitur heres filij testatoris, sed heres nepoti grauati. Et sic verba primi testatoris nō conueniūt illi heredi legitimo nepotis testatoris: ergo nec dispositio. l. si q̃s seruū. ff. si quis caut. l. cū hîc stat⁹. §. si spōsus. ff. de don. int. vir. & vx. l. iiij. §. toties. ff. de dā. inf. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quo. & æst. l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. l. ita autē. in princ. ff. de admin. tutor. l. si seruum. §. non dixi prætor. ff. de acq. heredi. cap. in nostra. de iniur. cap. pen. de conces. præben. lib. vj. Secundo monetur Guido Papæ, per textum in l. in conuentionibus. ff. de

verbo.

ver.sign.vbi quę possunt transire ad heredem, possunt etiã transferri in legatarium: ergo multò fortiùs in fideicommissarium vniuersalẽ, qui magis dicitur heres, quã legatarius: cũ teneatur fideicõmissarius ad onera restituta hęreditate.l.j.§.fi. vbi gl.& doct.ff.ad Treb.l.ij.C.eo.tit. Sed ille tex.in d.l.in conuentionibus.non videtur facere ad propositũ: quia nõ quæritur hîc, an ius pręsentãdi, aut ius patronatus, possit trãsire ad fideicõmissariũ, aut ad legatarium: sed an appellatione heredis veniat fideicõmissarius, & sic an relicto iure patronatus heredi, & heredi ipsius heredis veniat substitut⁹, aut fidecõmissarius ipsi⁹ heredi heredis. De illo aũt an ius præsentãdi possit trãsire in fideicõmissarium, inferius dicetur separatim, & ꝙ hîc non quæratur, an possit transire in fideicõmissariũ: patet, quia vbi nõ posset trãsire in fideicõmissarium, quia sit extraneus, etiã nõ posset trãsire in heredem directũ extraneũ, & sic ille text. in l.in cõuẽtionibus.malè allegatur ad propositũ huius q. ¶Tertiò mouetur Gui.Papæ.† quia ius patronat⁹ ecclesiæ 61 est cessibile, & vẽdibile.Inno.in c.ex literis.de iure patr.ergo est trãsmissibile.gl.in clem.ij.in gl.j.in fi.de iure patron. Sed istud non procedit ita simpliciter, & generaliter, quòd ius patronatus ecclesiæ sit cessibile.quia solũ cedi potest simul cum vniuersitate, quãdo alienatur aliqua vniuersitas: putà vnum territorium, aut vnum castrum: vt habetur in d.c.ex literis.Et tradit Bal.in cõs.32.Quidam nobilis habebat.lib.j.Alex.in l.si patroni.in fi.prin.ff.ad Trebellia.¶Sed aduertẽdum.quia puto, quòd Guido Papæ malè loquatur, dũ vult,† ꝙ eius patronatus ecclesiæ transeat in fideicom 62 missarium: nam contrarium tenent Bartol.Paul.de Castr. & Alex.in l.quia perinde.ff.ad Trebelli. quam legem legit Alex.simul cum l.quamuis.§.j.Et idẽ Alexã.in l.si patroni. in fi.principij.ff. eo.tit.Curtius Senior in consi.76. versicu. poterunt quoque.Soci.in l.centurio.versic.tertiò consideratur vtilitas.ff.de vulga.Ias.in l.pro herede.§.Papinianus. ff.de acquirenda.heredita. In qua re aduertẽdum est, dum Alexand. in dicta l.quia perinde. respondet ad argumentum in contrarium adductum, quod ius patronatus ecclesiæ transit ad heredes extraneos: ergo videtur, quod etiam veniat in fideicommissarium. Alexander respondet, quod illud procedit, quãdo aliquid trãsit ad heredes extraneos: tanquam heredes, & pro portionibus hereditariis: secùs

quando

quando transit ad heredes extraneos, quia sunt heredes, non tamen tanquam heredes,& proportionibus hereditariis, prout in iure patronatus, quod transit ad heredes extraneos æqualiter, non pro portionibus hereditariis. Ideò quilibet heredum æqualiter præsentat, aut ius præsentan
63 di habet. Ita vult Alex in d.l. quia perinde. Nã istud, † quòd ius patronatus trãseat ad heredes extraneos, nõ ita simpliciter & generaliter videtur intelligendũ, sed demùm deficientibus heredibus sanguinis seu coniũctis: quia ius patronatus trãsit ad posteros iure sanguinis. c. filiis ac nepotibus. c. cõsiderandum. & c. si plures heredes. 16. q. vij. ca. ij. de iure patr. clem. ij. eod. tit. & ita declarat Gemin. in cons. 32. ¶ Ex præmissis duo inferuntur. Primùm, quòd decisio Gui. Papæ in d. q. 507. de iure constare non potest. Secundũ est, quia habetur declaratio ad illud dictũ, ꝙ ius patronatus ecclesiæ transit ad heredes extraneos. ¶ Iuxta istam rubri-
64 cam quærit Crotus post Alex. in l. j. infrà eod. an † verbum lego, adiectum vniuersitati bonorum importet institutionem, ita quòd is cui legatur hereditas, dicatur heres institutus, aut simplex legatarius. Effectus est magnus. quia legatarius non accipit bona propria auctoriate, sed de manu heredis. l. non est dubiũ. C. de legat. secùs in herede directo nullo alio existente in possessione bonorum: vt habetur in l. fi. C. de edicto diui Adrian. tollend. Rursus heres directus consequitur hereditatem sine detractione, sed legatarius patitur detractionem falcidiæ, imò trebelianicæ, quãdo est legatarius vniuersalis, qui æquiparatur fideicõmissario vniuersali. glos. & Alex. in l. mulier. §. fi. ff. de leg. j. magnus autem effectus est an detrahatur trebellianica, an falcidia. quia in trebellianicã imputantur fructus percepti iudicio testatoris, nisi in liberis primi gradus. l. iubemus. C. ad Trebellian. secùs in falcid. argu. l. in quartam. & l. in ratione. ff. ad leg. Fal. Istã diuersitatem inter Trebellianicam, & Falcidiam, ponit Corn. in cons. 53. lib. iij. Alius etiã est effectus quia Falcidiã perdit heres, ob inuẽtarium omissum, secus in Trebellianica: vt per Moder. in rubr. & in l. Marcellus. in prin. ff. ad Trebell. Alius effectus. quia si legatarius vniuersalis nõ dicitur heres, nullo herede instituto testamentũ corruit. l. proximè. ff. de iis quæ in testamento delentur. secùs, si legatarius dicitur heres. Et hoc qñ appareret voluisse disponentem testari alias valeret ut codicil

codicillus. Bald. in l.j. suprà de testa. & suprà latiùs dictum est. In qua q. concludit Crotus cõmunem opinionem esse, quòd verbum, lego, adiectum vniuersitati bonorum non importat institutionem. allegat Bart. & doctores in l. centurio. suprà de vulgari. Imola & Alexãder in l.j. infrà eodẽ. Pro qua opinione adducũtur iura, primò textus in l. cùm ex filio. in princip. ff. de vulgari. sed ille textus non videtur probare. quia, quòd verbum lego, ibi non importet institutionem, non est, quia non sit aptum institutionem importare, sed quia legata fuerat dimidia pars hereditatis nepoti impuberi, cùm in suam tutelam venisset, & sic ex die aut ex tempore pubertatis, sed hereditas ex die nõ datur. l. hereditas ex die. ff. de heredibus instituendis. Secundò ideò ibi importat fideicõmissum. quia aliâs sequeretur, q̃ heres scriptus fuisset institutus vsq; ad certum tẽpus contra textum, in §. heres. instit. de heredibus instituẽdis. Tertiò, quia alter nepos fuerat institutus insolidũ: ideò nõ poterat amplius desinere esse heres. Quartò, q̃ datus coheres & ab eo datũ legatum. Nam relinquendo ab herede apparet, quod noluit eum cui relinquitur esse heredẽ. Secundò pro ista opinione adducitur textus in l. verbis legis. ff. de verbo. signific. vbi ponuntur tanquàm diuersa institutio, & legata, seu ius instituendi & legãdi, & q̃ coãgustata est potestas & significatio verbi legandi. Sed ille textus videtur posse retorqueri. Nam ibi dicitur, q̃ illa verba legis duodecim tabularũ: vti quis legasset, suæ rei ita ius esto. latissimam habent potestatem, & cõprehendunt ius instiuendi & legãdi. Itaq; si permissa potestate legandi censetur data potestas instituẽdi: ergo patet q̃ verbum lego, ad institutionem etiã pertinet. Nec obstat, quòd ibi videantur poni, vt diuersa institutio, & legatum. & q̃ illa potestas legandi fuit coarctata: quia fateor q̃ fuit angustata potestas legãdi, vt non possit quis æquè liberè legare, ac antiquitus per legem duodecim tabularum, cùm minuãtur legata per legem Falcidiam. Sed nõ dicit ille textus, q̃ sit coarctata significatio verbi legãdi, quominùs importare possit institutionẽ: ergo quod non mutatur, cur stare prohibetur. l. sancimus. C. de testamentis. l. præcipimus. in fine. C. de appellationibus. & quòd illa coãgustatio referatur ad potestatem relinquẽdi expressè declarat textus insti. de lege Falcidia. in principio, & gloss. in dict. l. verbis legis. & ita respondet Alexan.

Alex.in d.l.j.ī.eo.licet non ita declaret. Tertiò pro ista opi. adducitur text.in l.mulier.§.fin.ff.ad Treb.qui text.prima frōte fortiter videtur stringere. Nam ibi dicitur, quòd vbi legatur portio hereditatis, quę legari potest, ait text.nō est locus Trebelliano, idest cessant effectus Trebelliani, qui cōsistunt in cogēdo heredē vt adeat, in detractione quartę in trāsitu iuriū actiuè & passiuè: ergo tale legatū portionis hereditatis nō habet vim institutionis: quia si vim haberet institutionis, locus esset Trebelliano & detractioni quartæ Trebellianicę. Similiter legatarius cogi posset ad adeundū si esset hæres de trāsitu iuriū nihil hîc dico, q̃a dicetur in l. j.ī.eo. Sed ille tex.nihil facit. q̃a ibi portio hereditatis fuit relicta ab herede. & fuit heres insolidū institutus: vt ponit glo.& necessariò præsupponitur. Ideò cū oporteat legatarium accipere portionē hereditatis: non mirū si verbū lego, institutionē non importat. quia vbi importaret de stricta significatione, effectus tamen capiendi de manu alterius repugnat significationi verbi. Ex quibus apparet, ꝙ illa tria iura adducta pro cōmuni nihil omninò probant.

¶ Contrariā opinio.ꝙ verbum lego, adiectum vniuersitati bonorum importet institutionē, tenent multi doct.relati per Crotum hîc. Inter alios allegat Abb.in c.Raynaldus.de testa. Sed certè Abb.ibi.super gl.in ver.legauit. tenet contrarium, ꝙ verbum lego.adiectū vniuersitati non importet institutionē propriè, sed impropriè. Et licet Abb.in d c.Raynaldus.in tertio nota.simpliciter inducat illum text quòd verbum lego, importet institutionē: tamen se remittit ad dicenda per eum super glo.prædicta. Rursus allegat Crotus Alex.in d.l.j.infrà eo.vbi Alex.mouetur per tex.in d.c.Raynald⁹.vbi legatū factū in vni ex patruis & ei⁹ filiis de medietate certorū bonorū, & reliquorū bonorū paternorū trahitur ad institutionē. Sed ad illū text. † respondet Crotus hic, ꝙ ibi verbū lego, non fuit appositum vniuersitati bonorum, sed solū ad bona paterna. ergo cùm non cōprehēdātur omnia bona testatoris, sed solū bona paterna ad eum peruenta, dicitur dispositio particularis, non vniuersalis.l.cogi.§.sed si miles.vers.& quamuis.ff.ad Trebel. no.Bart.in l.cùm filius.§.Lucio Titio.ff.de leg.ij.addo Aretin.in cons.154. Periculosum.versicu.ex præmissis apparet Socinus in l.prima.in prin.vers.præterea.si pater relinqueret.ff.de vulga.consequenter vult Crotus, quòd ex quo illa dispo

la dispositio erat particularis institutio, nõ potest importari per verbũ legauit, quòd autem ibi inducatur institutio, illud fit ex alio, vt Crotus dicit. Sed ista impugnatio Croti nullo modo videtur procedere. nã cũ tex. dicat illũ patruũ fuisse heredẽ: ergo necessariò præsupponitur eũ institutũ in vniuersum. Nec obstat ꝙ solum fiat mentio de bonis paternis: quia præsupponitur, ꝙ fili⁹ testator nõ haberet alia bona quã paterna, & qui vult dicere alia bona habuisse, tenetur probare. gl. in l. cũ de lege. ff. de proba. de qua sæpiùs memini cõsulendo. & tex. ibi præsupponit, ꝙ ille patruus in solidũ haberet bona omnia testatoris. maximè põderãdo dictionẽ reliqua. Rursus vult Crotus impugnare inductionẽ illius text. per diuinationẽ diuinando ꝙ testator ibi haberet alia bona. Aduertendũ est etiã ad intellectũ nouũ Croti hîc ad d. c. Raynald, de testa. ad probandũ, quomodò verbũ lego, ibi importet institutionem, præsupponendo ꝙ non sit adiectũ vniuersitati bonorũ. nam dicit Crot⁹, quòd ibi colligitur institutio propter duo simul iuncta, licet vnũquodq; per se nõ sufficeret. Primò enim cõcurrit ipsum legatum. Secundò, impositio pœnæ de qua ibi. pro hoc in simili adducit not. per Bart. & Doct. in l. centurio. ff. de vulg. vbi licet filij positi in cõditione non dicantur vocati. Tamẽ quando cõcurrit aliud: quia expressè grauantur, censentur vocati. ꝙ dictũ latiùs sequi soleo cõsulendo. Et sic ex duobus simul iunctis inducitur vocatio filiorũ, quæ ex vno nõ ĩducitur. Ad idẽ adducit tex. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de lega. ij. vbi, ꝙ ex duob⁹ simul iũctis inducitur substitutio reciproca inter duos vocatos, id est, qñ fit substitutio in oĩbus bonis, & vltimo moriẽti, quæ tñ substitutio reciproca nõ inducitur ex vno illorũ tantũ. de quo late habetur in l. heredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebellianum. & in l. pen. C. de impub. & aliis sub. Sed aduerte quia iste nouus intellectus Croti, hîc nullo modo põt procedere. nã Crotus fatetur, ꝙ ex solo legato aut ex sola impositione pœnæ non inducitur institutio: sed ꝙ inducatur ex ambobus simul iunctis. sed istud fieri nõ põt. quia † vbi sunt duo imperfecta, quorũ vnũquodq; per se operari non põt in genere suo, id de quo agitur, ipsa ambo simul iũcta nõ operãtur. l. spadonẽ. §. qui iura multa. ff. de excusat. tut. l. j. cum gl. C. qui numero tutel. Bal. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de edendo. Iason in repetitio. l. admonẽdi. ff. de iureiur. & in l. quæ dotis. ff. solut. 65

matrimo.& alibi sæpè. Nec obstãt adducta in cõtrariũ q̃a in illis causatur effectus de necessitate facti. Nã filij positi
66 † in cõditione grauari nõ possunt, nisi tacitè cẽseãtur vocati. l. ab eo. C. de fideicõ. Ideò mirũ non est, si ex illis duobus simul iunctis inducitur vocatio filiorũ: quia paria videtur verbis, aut facto vocare. l. Paulus respõdet nõ tantũ verbis. ff. rem ratã haberi. & fortiora verbis sunt facta. l. tamẽ. §. ei qui. ff. de edil. ædict. Similiter q̃n cõcurrunt illa duo, ꝙ fiat substitutio post mortẽ plurium in tota hereditate, & vltimo morienti, necessariò inducitur substitutio fideicõmissaria reciproca inter ipsos heredes, post quorum mortẽ fit substitutio. quia nisi inuicẽ dicantur grauati, impossibile est ꝙ vltimò moriẽs restituat hereditatẽ totã substituto. Itaque ꝙ inducatur illud fideicõmissum reciprocum non est ex cõiunctione duorum simpliciter. sed quia factũ cõiunctũ est tale, ꝙ ex eo necessariò inducitur fideicommissum reciprocum. sed in casu d. c. Raynaldus. illa duo simul iuncta, id est, legatũ & impositio pœnæ necessariò nõ inducũt institutionẽ. quia potest stare legatũ & pœna priuationis ipsius legati absque eo ꝙ legatarius dicatur institutus. Prætereà Crotus in isto suo intellectu vult vnũ absurdissimũ. nã dicit, ꝙ verbũ lego, ibi erat adiectũ rei particulari, & vult, ꝙ propter pœnã illud legatum trahatur ad institutionẽ, & sic vult, ꝙ pœna trahatur ad id quod relictũ nõ est, & ꝙ priuatio excedat habitũ. Secũdò vult Crotus aliud absurdissimũ, ꝙ priuatio inducat habitũ, & quod ex pœna priuationis relicti inducatur ampliatio relicti, quod est impossibile: cũ duo contraria simul stare nõ possint eodem tẽpore. l. vbi repugnãtia. ff. de regu. iuris. Tertiò contra
67 istũ intellectũ Croti facit regula iuris, † quòd inducta ad vnũ effectum non debent cõtrariũ effectũ operari. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. Ideò ipsemet Crotus istũ intellectum postea reprobat per l. hereditas ad Statium. supra de heredib. insti. vbi ex impositione oneris, vel pœna nõ inducitur institutio. Et profectò miror de Croto hîc, quomodo institutionẽ colligere potuerit ex factis tàm diuersis. Idem Crotus dubitans de isto suo intellectu nouo, confugit ad aliũ intellectũ, & dicit, quòd in d. c. Raynaldus. verbum lego, necessariò importat institutionẽ. quia textus dicit testamentum valere: ergo necessariò præsupponitur institutio: & si dicatur lego verbum, non fuit adiectũ vniuersitati

boner...

bonorum, sed rei particulari. respondet Crotus, quòd imò dicitur adiectum vniuersitati bonorum iuris interpretatione: quia cùm nullus alius fuerit institutus heres, institutio illa particularis trahit ad se vniuersalē l. j. §. si ex fundo. ff. de heredibus instituendis. ¶Ex isto intellectu Croti habetur vna magna ampliatio ad dictā l. j. §. si ex fundo. ff. de here. insti. vt procedat nō solùm quādo quis instituitur in aliqua re particulari, sed etiā quando alicui legatur aliqua res particularis, vt tunc dicatur heres in totum, & sic quòd legatum certæ rei importet institutionē nullo alio dato coherede. Sed certè † iste intellectus Croti videtur 68
peior priore, quòd legatum certæ rei institutionem etiam nullo dato coherede, nam ex hoc sequeretur quòd semper testamentū, in quo non esset heredis institutio, sed legata tantùm, semper valeret vt testamentū. quia legata traherentur ad institutionē contra textum in §. ante heredis. instit. de legatis. Et in terminis, quòd verbū obliquū adiectum certæ rei non trahatur, ad vniuersum etiā nullo alio dato coherede, voluit Angelus in cōsi. 148. Dominus Quiricus. Alexander in l. humanitatis. C. de impuber. in consi. 70. lib. ij. Socinus in cons. 117. libro quarto. ¶Infertur ex premissis quòd in casu d. c. Raynaldus. duorum alterū est necessariū, vel quòd ibi verbum lego, fuerit adiectū vniuersitati bonorum, vel quòd stet impropriè, secundum glo. & Abbatem. Sed meliùs, & tutiùs videtur, quòd ibi adiectum fuerit verbum lego, vniuersitati bonorum. Sed tamen tenendo communem licet adiectum fuerit vniuersitati bonorum, oportet necessariò dicere, quòd stet impropriè respectu institutionis. ¶Tertiò contra communem opinionem, † quòd verbum lego, adiectum vniuersitati impor- 69
tet institutionem adducitur per Alexandrum, & Crotum, textus in §. disponat. in authenti. de nuptiis. vbi disponat testator secundum quod dignum est, & erit lex. & referuntur verba legis l. duodecim tabularum. Vti legassit quisque suæ rei, ita ius esto. ergo quibuscunque verbis disponat testator etiam per verbùm lego, erit lex. quem textum allegat Ange. secundum Alexan. & Crotum in consi. 164. Dictus libellus. sed Crotus allegat sub nu. 160. Visis libellis. quod consilium inuenire nō potui Sed ille textus nō videtur probare: quia aut inducitur in illis verbis, disponat testator & erit lex, & nō probat: quia fateor quòd dispositio

gestatoris erit lex iuxta modum, & formam ipsius disposi-tionis. Itaq; si disponat instituendo obseruabitur institutio instar legis: si verò disponat per viã legati, obseruabitur legatũ, non secùs atq; lex. nõ autẽ vult ille text. quòd si dispo-nat testator per viam legati, quòd seruetur dispositio per modũ institutionis, vel econtrà: aliâs sequeretur, ꝙ titulus institutionis esset hodie sublatus, si ille text. ita generali-ter intelligatur. Aut ĩducitur ille tex. in illis verbis, vti quis legasset suæ rei, ita ius esto. & illa verba, alio non facto, nõ important quòd verbũ lego, referatur ad institutionem, ni-si istud suppleatur ex interpretatione Iurisconsultorũ, de qua in d. l. verbis legis ff. de verborum signific. qui text. me-lius probat, vt suprà vidimus. ¶ Aliam responsionem ad il-lum tex. in d. §. disponat. tradit Crotus hic, quòd ibi tex. re-fert ius antiquum. xij. tabul. quod tamen est correctum, nõ vt approbet ius correctũ, sed ad ostendendũ quãto fauore prosequi debeamus voluntates morientium. simile vide-mus in c. nouit. iuncta glo. de iudic. vbi summus pontifex allegat constitutionẽ correctam, vt ostendat quantum fa-uorẽ præstaret Imperator clericis. Sed ista responsio Cro-ti ad illũ textũ non videtur procedere: quia responsio Cro-ti, solùm tollit potestatem disponẽdi, non autem tollit po-testatẽ significationis verbi. nam lex antiqua xij. tabula. est correcta in hoc, ꝙ non potest testator ita ex arbitrio dispo-nere sicut olim. quia olim dispositio testatoris nõ patieba-tur aliquã deminutionem circa detractionẽ Trebellia-næ, & Falcidiæ sicut hodie: sed nõ reperitur correcta signi-ficatio verbi lego, quominùs possit importare institution[em]

70 sicut olim. Correctio † autem restringitur ad terminos in quibus fit. l. sancimus. C. de testam. l. præcipimus. in fi. C. de appellat. nec extenditur dispositio correctiua. imò solùm cõprehendit casum expressè dispositũ. gl. in clem. j. in ver. eligatur. de elect. gl. in cle. licet. canon. de electio. lib. vj. gl. fi. in c. si pauper. de præben. lib. vj. Ioannes Andr. in c. si apo-stolicæ. de præben. lib. vj. Socin. in consil. 30. versi. quin[to] non solùm. lib. j. habetur in auth. quas actiones. C. de sacro-sanct. eccles. & ita istam impugnationem tradit Crotus in statim in primo casu, ex quo apparet ipsum Crotum in con-tinenti variasse, & sibi cõtrarium fuisse. ¶ Ex præmissis ap-paret quanta constet dubietas in hoc passu, an verbum le-adiectũ vniuersitati importet institutionẽ. Ideò pro decla-

ratione

ratione Crotus hîc distinguit quinq; casus. Primus casus est quando testator coram septem testibus legat Titio hæreditatem suam, & isto casu inducitur institutio per quinque fundamenta. Primò quia in dubio verba testatoris capiuntur in sensu directo.c.si pater.de testa.lib.vj Et si dicatur ille tex.loquitur in verbo dubio, quod potest se habere ad sensum directũ & obliquũ.sed hîc sumus in verbo obliquo & claro,in quo nõ cadit dubietas.Respondet Crotus, ꝙ hîc sumus in dubio nõ ratione verbi aut eius significationis,sed propter volũtatẽ testatoris,qui adhibuit septẽ testes. nã ex numero testiũ,qui cõuenit testamẽto, præsumitur ꝙ voluerit testari. Et licet Crotus, aliter non probet eius fundamentũ,illud probatur † ex not.per Cyn.& Petrũ, 71 in l.licet.C.de pact.vbi quando dubitatur,an donatio sit inter viuos, vel causa mortis, istud arguitur ex numero testiũ.quia si adsunt quinq; testes, præsumitur causa mortis, aliàs inter viuos.sequitur Soci.in cõsi.137.lib.j. quod est repetitũ in consi.232.lib.ij. tradit idem Soci.in consi.102.in fi. lib. iij.Decius in consi.305.in fin.Cornæ.in consi.124. libro iiij.Guido Papæ,q.510. Iason in l.quæ dotis. nume.41.ff.soluto matrimonio. Sed istud fundamentũ Croti, non videtur tutũ, & videtur contra dictũ Bal.suprà relatũ in l.j.ff.de testam.& Pau.de Castr.in d.l.proximè.ff.de iis,quæ in testa. delent.vbi licet quis adhibeat septẽ testes,& dicat se facere testamentũ:tamen si deficiat institutio,non erit testamentum,sed codicillus. & sic nõ sufficit apparere de mẽte testatoris, ex numero septẽ testiũ, quòd voluerit testari.Imo in dicto Bald.& Paul.de Castr.apparebat clarissimè de mente testatoris, quòd volebat testari.quia appellauerat dispositionẽ suã testamentũ. Et tamẽ hoc nõ sufficit nisi heredẽ instituat.Ideò cõiecturã nõ sufficit, nisi verba institutionẽ importẽt.Solutio defendẽdo Crotum,dici potest, ꝙ imò in d.Bald.& Paul.de Cast.non constabat de mẽte:verba enim & potestas omninò repugnabãt,quia nullus erat heres expressè institutus,neque ęquipollẽter:quia solũ relicta erãt legata particularia. Ideo ex modo procedendi omittendo institutionẽ arguitur volũtas disponẽtis,quòd noluerit testari. hîc autẽ factum est legatum per vęrba importantia vniuersalitatem apta comprehendere institutionem.

¶Secundò mouetur Crotus per textum in l. j.in fi.ff.de heredib.instit. vbi si testator dicit, Titio hereditatem meam,

72 inducitur institutio. ergo si apponatur † verbum lego, vitiari non debet institutio per regulam l. vnic. in prin. C. de rei vxo. actio. Sed istud fundamentũ non videtur bonum: quia reg. d. l. vnic. procedit quando aliquid non requiritur in aliquo actu expresè nec tacitè, aut præsumptiuè, sed lex ipsa citra aliquã præsumptionẽ fingit illud factũ. Ideo licet illud adhibeatur & ineptè, actus propterea nõ vitiatur: quia contra fictionẽ iuris nõ potest admitti probatio per ineptã expressionẽ. d. l. vnic. in prin. C. de rei vxo. actio. qui tex. ad hoc consueuit allegari. Et tradit glo. in l. si duo. in glo. fin. ff. de acqui. her. & in l. si ue possideris. C. de prob. Sed hîc requiritur verbum expressum, vel tacitum: ergo si ineptè exprimatur, actus vitiatur. l. expressa. ff. de reg. iur. clem. constitutionem. vbi glos. & Doct. de elect. Ideo licet iudex non teneatur exprimere causam in sentẽtia. c. sicut. de re iudic. Tamen si causam exprimit eámq; ineptã, vitiatur sententia Inno. in c. in præsentia. de renun. Dec. in rub. C. vnde liberi, circa fin. in c. ad nostram. in fin. de appella. & in consi. 37. Ratio est: quia licet in sentẽtia non requiratur causa, expresè, seu causæ expressio; tamẽ requiritur præsumptiuè. nã lex præsumit pro iudice, ꝙ iudicauerit non sine causa legitima, aut causa non cognita, licet noluerit eum grauare ad expressionẽ causæ, quæ præsumptio cessat in casu claro, quando causa inepta exprimitur. Et istam declarationem ad hanc materiã Brocardicam, & malè per alios declaratã. sensit Dec. in d. rub. C. vnde liberi, circa fi. & in d. consi. 37. In proposito nostro quãdo testator dicit, Titio hereditatem meã, valet institutio, & dicitur Titius
72 institutus, quia pręsumit lex, ꝙ testator subaudierit verbũ aptũ ad instituendũ, id est relinquo, † ꝙ verbum adiectũ vniuersitati bonorum importat institutionem. gl. & Doct. in l. his verbis. in prin. ff. de hered. instit. sed quãdo testator exprimit verbum lego, quod est magis obliquũ, cessat pręsumptio iuris: quia in claris cessant cóiecturæ. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de verbor. obliga. l. ille, aut ille. §. cùm in verbis. ff. de legat. iij. Infideliter tamen refert Crotus d. l. j. in fin. ff. de heredib. instit. quæ ad eum modum non loquitur.
73 ¶ Tertiò mouetur Crotus, quia verbum lego, † videtur æquipollere verbo relinquo. §. j. Instit. de legat. Vbi, quòd legatum dicitur, donatio quædã à defuncto relicta. Sed ille tex. non videtur hoc probare: quia non sequitur legatum

est dona

est donatio à defuncto relicta: ergo verbum lego, tantum importat, quantum relinquo. Nam relinquo, verbum est generale conueniens etiam hereditati, quando dicitur relicta hæreditas. cap. Raynaldus. de testam. ergo lego, quod est verbum speciale, tantundem significat quantũ generale verbum, relinquo. Et in terminis, quòd verbum lego, nõ sit ita amplum & latũ, prout verbũ relinquo. adduco Soci. in consi. 33. in ij. quæst. lib. j. vbi, † verbum relinquo, dicitur 74
verbum commune, aptum importare heredis institutionem, per tex. in l. hac edictali. C. de secun. nupt. in §. j. in authentic. de trien. & semis. allegat etiam Bar. in authẽ. vnde si parens. C. de inoffic. testam. vbi si relinquitur aliquid filio, pro sua legitima, intelligitur iure institutionis. Idẽ voluit Alex. in cõs. 17, lib. iij. & in cons. 105. lib. iiij. latiùs idem Alexan. in l. humanitatis. C. de impuberum & aliis substit. vbi dicit, quòd ista est communis opinio. Idem dicit ipse Alexan. in consil. 50. circa finem. libr. vij. Paul. de Castr. in consi. 323, Super primo puncto quo quæritur, an testamentum. lib. j. Corn. in consilio 298. lib. j. Dec. in dicta l. humanitatis. in secundo notabili. C. de impuber. quod saltem videtur procedere de æquitate canonica, per quam verbum relinquo, relatũ ad filium etiã in re particulari, importat institutionem. capit. Raynutius. vbi Abb. de testa. Capra, in consilio 75. Alexand. in dicto consilio 17. lib. iij. & in dicto consilio 105. lib. iiij. & quod verbum relinquo, dicatur verbum commune, tradit Corn. in consi. 161. in princ. lib. j. allegat Bald. & Imol. in l. his verbis. ff. de hered. instituend. Et pondero, quòd Corn. in dicto consi. 161. dicit, non esse expeditum, quòd idem sit in verbo lego, quod in ver. relinquo. Idem quòd verbum relinquo, dicatur verbum commune, voluit Alexand. in consilio 125. libro sexto. Vbi propterea, quòd relictum pro dote, intelligitur titulo institutionis, tanquam adiectum vniuersitati, cùm dos dicatur quid vniuersale. Ideò istud argumentum Groti, non videtur bonum: quia arguit Crotus, de verbo communi ad verbum merè obliquum.

¶ Quartò mouetur Crotus, quia † vbi constat, quòd testator voluit testari, non refert, quibus verbis vtatur. l. quoniam indignum. C. de testament. Idem tradit Socinus in dicto consilio trigesimotertio lib. j. Vbi, quòd heredis institutio, non habet certam formulam verborum, meritò po 75

test fieri quibuscũq; verbis hoc significantibus.d.l.quoniã indignum.§.is ergo.Instit.de testam.milit.similis text.in l. diuus.ff.eo.tit.quæ iura prius allegauit Salic.in l.fi.C.fam. ercis cũ.Ad idem tex.in l.his verbis. in prin.ff.de her.instit. Constat autem, ꝙ testator voluit testari, ex quo adhibuit septem testes.Sed istud fundamentũ non videtur tutum: quia nõ sequitur testator adhibuit septem testes,ergo voluit testari.sicut non sequitur in donatione, sunt quinque testes,ergo est donatio causa mortis,nisi expresse actum sit,ꝙ sit inter viuos.nã ex numero testiũ declaratur voluntas disponentis,quando illa est dubia:secus q̃n esset clara: quia in claris essent coniecturę.l.cõtinuus.§.cùm ita.ff.de verb.oblig.l.ille,aut ille.§.cũ in verbis.ff.de leg.iij.Sed vbi est verbum,lego,res videtur clara:quia illud est obliquũ. Secũdò licet constet, ꝙ quis voluerit testari,tamen oportet,ꝙ verbis vtatur aptis ad institutionẽ.Nec obst.d.l.quoniam indignũ.quia solùm tollit formulã verborũ iuris antiqui:quia de iure antiquo necessarium erat,ꝙ verba apta ad institutionem proferrentur certo modo directè nõ inflexè:puta Titius heres esto, sine aliqua inflexione, ita ꝙ nõ satis erat dicere Titiũ heredẽ facio.similiter erat faciẽda institutio verbis directis , id est præceptiuis, iubeo, ꝙ Titius sit heres,vel Titius heres esto,nec sufficiebãt verba inflexa,id est deprecatiua,aut execratiua, quæ directò nõ operantur,sed per medium voluntatis eius, qui rogatur aut monetur,nõ autẽ vult ille text.ꝙ fieri possit institutio verbis obliquis,aliàs sequeretur,ꝙ titulus institutiõis esset sublatus.Sed tñ sustinẽdo Crotũ,dici põt,ꝙ imò dispositio testatoris dicatur clara,ꝙ voluit instituere ex quo fecit mentionẽ de tota hereditate legãdo hereditatẽ.& tãto magis redditur clara,quia adhibuit solẽnitatẽ necessariã, ad ipsam institutionẽ.nã etiam verbũ obliquum trahitur ad substitutionẽ directam, quando constat de intentione testatoris.l.quærebatur.vbi Bart.declarat.ff. de testa.milit. Socin.in l.j.in prin.ver.& probatur ista cõclusio.ff.de vulg. ¶ Quintò mouetur Crotus,per tex.in d.l.verbis legis.ff.de verb.sign.qui text.melius videtur probare.in quo fundamento aduertendum ad contrarietatẽ Croti, dum in col. præced.respondit ad tex.in §.disponat.in authen. de nup. allegatum,per Ang.in d.consil.quod inuenire non potui. Ex quibus infertur circa hũc primũ casum conclusionẽ in

eo firma

eo firmatam veram esse.licet fundamēta Croti, nō omnia de iure procedant.Et cōfirmatur ista conclusio, vltra Crotum,quia vbi potest apparere de volūtate testatoris, ꝙ voluit testari,non videtur curandum de verbis, quæ impropriantur vt satisfiat voluntati testatoris.l. non aliter. ff.de leg.iij.Ideò verba præcaria,& obliqua videntur trahenda, ad institutionem directam,quando ita apparet de volūtate disponētis.l.quærebatur.vbi Bart.& Bald.ff.de testa.mil. Et hanc conclusionem,quòd verbum lego,adiectum vniuersitati bonorum,importet institutionem, tenet Dec.in rubr.C.de impub.Guliaula,in l.Centurio.ff.de vulga.

¶Secundus casus † est,qñ verbū lego adijcitur quotæ hereditatis alio vniuersaliter instituto,seu quādo alius in solidū expresse fuit institut⁹,aut simpliciter:quo casu perinde est,acsi insolidū esset institutus.l.si defensor.§.j.de interrog.actio.Et isto casu,verbū lego,nō importat institutioné,sed legatū.d.l.mulier.§.fin.ff.ad Trebellianum.Et ꝙ ibi alius esset heres institutus,probatur.quia pars hereditatis erat restituēda per senatuscōsultū Trebell.ergo necessariò ṗsupponitur institutio heredis,† quia sine heredis institutione fideicōmissum nō valet.instit.de fideic.here.§.j. licet Crotus hîc satis obscurè declaret.Secūdò probatur,ꝙ ibi alius erat heres institutus,quia ibi dicitur.ꝙ talis legatarius partis hereditatis nō detrahit Trebellianicā :ergo ipse nō est heres,sed alius.nā si ipse legatarius esset heres, detraheret Trebellianicā.l.j.§.deniq;.ff.ad Trebel.& dicitur in prin.d.§.fi.Sed hîc dubitatur circa tex.d.l. mulier.§. fi.an ille cui relicta erat pars hereditatis diceretur fideicōmissarius vniuersalis aut legatarius.Effectus† non breuis resultat,quia in legatariū aut fideicōmissariū vniuersalē transeūt iura actiuè & passiuè,ex Trebell.l.si quis seruum. §.fin.ff.de lega.ij.gl.& Doct.in l.mulier.§.fin.ff.ad Trebell. Paul.de Cast.in l.cū ex filio.in fin.prin.ff.de vulg.Alex.in l. j.ff.de lega.j.secus in legatarium particularē.l. cum autē. ff.de lega.ij & Docto. in locis proximè allegatis. similiter legatarius aut fideicōmissarius vniuersalis potest cogere heredem vt restituat hereditatem periculo ipsius fideicōmissarij.Sed legatarius aut fideicōmissarius particularis nō.l.si quis omissa.ff.si quis omissa caus.testa.Crotus hîc dicit,ꝙ est legatarius particularis,ex quo ibi dicitur,ꝙ nō est locus Trebelliano.nā si esset fideicōmissarius,vniuersa

76 77 78

lis, Trebelliano locus esset. idem tradit ipse Crotus, in l.j. nu.19. infr. eod. vbi sicut talis legatarius quartã non detra hit, ita nec iura hereditaria in eum passiuè transire debét. Sed iste intellectus non placet. nam si fuit relicta pars hereditatis, ergo ius vniuersale: ideo heres institutus in quota dicitur heres vniuersalis. vt expresse & in indiuiduo est text. in dicta l. si quis seruum. §. fin. ff. de legatis secundo. Vbi Barto. vt mirandum sit quomodò potuerit Crotus ita scriptum relinquere, contra casum l. idem volunt gloss. & Doct. in dicta l. mulier. §. final. ff. ad Trebell. Ad idem text. in l. lex Falcidia. §. nunquàm. ff. ad legem Falcidiam. not. Bart. in l. j. versiculo Secundo casu. infrà eodem. Idem habetur in l. quoties. C. de heredibus instituendis. not. Aret. in capitulo in præsentia. de probationibus. Socin. in l. placet. in secundo notabili. ff. de liberis, & posthumis. Nec obstat, dum textus in dicta l. mulier. §. finali. dicit, quòd Trebelliano locus non est, quia textus seipsum declarat, scilicet respectu detractionis quartæ Trebellianicæ, quá non detrahit fideicommissarius etiam vniuersalis, & etiam nõ est locus Trebelliano respectu alterius effectus ipsius Trebelliani, vt talis legatarius cogi possit, ad agnoscendum legatum ipsum vniuersale. Non obstat, alia inductio Croti, quòd sicut talis legatarius quotæ hereditaris non detrahit quartam, ita vt trãsire debent, in eũ iura passiuè: quia etiam fideicõmissarius vniuersalis grauatus alij restituere quartum non detrahit. l. j. §. deniq;. ff. ad Trebell. & tamen non ob id desinit esse fideicõmissarius vniuersalis & quò minus transeant in eum iura actiuè & passiuè facta restitu
79 tione. l. restituta. ff. ad Trebel. Infertur † ex hoc secundo casu, quòd si testator non instituit aliquẽ heredem vniuersalem, sed vni legat dimidiam partem hereditatis, & alij aliã dimidiã, ambo dicuntur heredes vniuersales. nã isto casu tota, & vniuersa hereditas relicta est per verbũ lego, licet duabus personis. pro quo optimè facit, quod scribit Bart. in l. si quis seruum. §. finali. ff. de legat. ij. Vbi si testator legat partem bonorum vni & aliam partem alij, perinde est, ac si omnia bona vni legasset. Ideò tunc appellatione bonorum, veniunt iura, & actiones; licet secùs, vbi legatur pars tantùm bonorum vni personæ. refert & sequitur Socinus in consilio octuagesimosecũdo. libro quarto. Quid autem si vni tantùm legatur quota hereditatis, an tale legatum

gatum trahi possit ad institutionem, dico infra post vltimum casum Croti. ¶ Tertius casus† Croti est, quando testator instituit aliquem heredem in solidùm & purè, deinde legat partem hæreditatis alij sub conditione, tunc verbum lego, importat directā hæredis institutionem, & sic iste tertius casus differt à secundo casu Croti, in hoc quia in secundo casu pars hereditatis legatur purè, sed in hoc tertio casu sub conditiones. Ratio diuersitatis est secundum Crotum, quia vbi pars hereditatis legatur sub cōditione, illa adimitur heredi vniuersali sub illa conditione: ergo sub cōtraria cōditione cēsetur data. l. aliquādo. ff. de cond. & dem. Bar. in l. paterfamiliâs. ff. de hered. instit. ¶ Sed est aduertendū ad duo cōtra Crotum in ista ratione diuersitatis. Primò Crotus vult, quòd vbi pars hereditatis adimitur heredi sub cōditione, illa censeatur data ipsi heredi sub cōtraria cōditione. Sed istud nō videtur verum, quòd, deficiēte cōditione, cēseatur data heredi de nouo, imò cēsetur non adēpta. quia vbi conditio deficit, perinde est ac si actus cōditionis nunquā esset factus, & quando† aliquid relinquitur sub cōditione, non dicitur relictū cōdictione deficiēte. l. j. in princip. ff. de reg. Catonia. Similiter quando deficit conditio cōtractus, perinde est ac si contractus nūquā esset celebratus. l. pecuniā. in vers. perinde est enim. vbi Pau. de Cast. & doct. ff. si cer. pe. l. necessario. ff. de peri. & cōmo. rei vēd. Ias. in cōs. 48. lib. iij. Itaq; si illud legatum conditionale de parte hereditatis nunquā esset factū, clarum est ꝙ heres vniuersalis haberet illā partē ex suo titulo institutionis: ergo idē cōditione legati defecta. Solutio, intelligi debet Crot. ꝙ legatū adēptū sub cōditiōe cēsetur datū sub cōtraria conditione, id est, quod ab ipso initio institutionis cēsetur datū heredi, sub illa cōditione cōtraria: qa licet sit institutus purè, tamen in parte hereditatis relicta alij sub conditione censetur institutus sub contraria cōditione. Sed tamē ex ista declaratione Croti, non infertur ad aliquā rationē diuersitatis inter secundū & tertiū casum. ¶ Secundò est aduertēdū, quia Crotus dū allegat d. l. cùm ex filio. ff. de vulg. ad probationē huius tertij casus necessario præsupponit, ꝙ verbum lego, inportet institutionem, in persona heredis instituti, dum dicit ꝙ legatum ademptum heredi sub conditione cēsetur illi datu sub cōtraria conditione. sed istud stare nō potest. quia ꝙ heres habeat rem

rem legatã, titulo institutiõis illud est, quia eius institutiò fuit vniuersalis, etiã quò ad legatũ. & licet fuerit adéptum legatũ sub cõditione: tamen ea deficiente institutio firma manet quò ad omnia. & sic verbũ, lego, nullo modo referri potest ad personã heredis, etiã conditione deficiente. Nec obstat d.l. aliquãdo. quia fateor, ꝙ sub contraria cõditione censetur datum, non tamẽ ex nouo titulo, ita ꝙ moueatur titulus præcedẽs. quia esset absurdum, ꝙ defectus conditionis importaret nouã dispositionem. Et quòd istud sit verũ probatur. Pone quòd alicui non sit datum legatum: sed quòd testator nulla præcedẽte datione adimat legatũ sub conditione: nunquid ea defecta inducatur datio? certè non. quia inducta ad tollendũ, operarẽtur dationẽ. l. cùm tale. §. fi. ff. de cõditionibus, & demonstrationibus. l. legata inutiliter. ff. de legatis j. Et sic nõ mediocriter equiuocauit Crotus dum cõsiderauit nouitatẽ tituli, Sẽsus antẽ illius. l. aliquãdo, est ꝙ relictum quod erat purum efficitur cõditionale: secundum gl. ibi, non etiam quòd omninò deficiet ille titulus, aliâs sequeretur vnum impossibile & absurdũ, quòd defectus cõditionis in adéptione tolleret dationem iam factam. Si autẽ velis dicere, ꝙ Crotus intelligit illum textum impleta cõditione, vt tũc habeatur pars hereditatis titulo institutionis; Dico ꝙ ita intelligendo, Crotus esset sibipsi contrarius: quia in secũdo casu voluit, quòd vbi instituitur quis heres insolidũ & alij legatur pars hereditatis, verbũ lego, non importat institutionẽ: & tamẽ secũdum talẽ intellectũ importaret. nec dicatur quòd in isto tertio casu loquitur Crotus quãdo fit legatum sub conditione: quia absurdum esset, ꝙ legatum conditionale fortiùs operaretur quã legatum purum. Ideò nescio videre quomodò Crotus velit inducere ex præmissis illum textum, ꝙ verbũ lego, ibi importet institutionẽ. ¶ Prætereà secundo modo inducit Crotus dictã l. cùm ex filio. ad probãdum, ꝙ ibi verbum lego, importat institutionem: quia ibi dimidia hereditatis adimitur heredi instituto purè, & in solidùm, & transfertur in alium sub conditione, cùm venerit ad sui tutelam: ergo censetur translata cùm iure hereditario, cũ quo erat penes heredem in solidùm institutum, cùm fiat translatio cum sua qualitate. l. iij. in princi. ff. de fundo instructo. l. Gaio. in prin. vbi Bart. ff. de adimen. lega. Et istam dicit Crotus esse nouam declarationem ad illum textum.

Sed auerte, quia ista secūda inductio, aut declaratio videtur peior priore. Etenim non valet cōsequentia transfertur res iure hereditario: ergo directò, & titulo institutionis. nā in fideicōmissariū transfertur res iure hereditario, & tamē non iure directo. instit. de fideicōmis. heredit ab. per totū & ff. C. ad Treb. Nec obstat † fundamētū Croti, quod 82
translatio cēsetur facta cū omnibus suis qualitatibus. quia illud verum quando fit trāslatio eodē iure, aut titulo quo erat apud aliū. nam tum censetur esse eodem iure, aut titulo, apud eum in quē fit translatio: secus quando fit diuerso iure aut diuerso titulo. Ita in specie declarat Paulus de Castro in cons. 137. Primū testamentū. in tertio dubio. lib. j. sed in d. l. cùm ex filio. fit translatio partis hereditatis in alium titulo legati, & sic titulo diuerso: ergo argui non potest, quod verbum lego, in d. l. importet institutionem. Confirmatur ista responsio ex alia regula & conclusione, quæ habet, † quod 83
translatio legati, de vno in alium non censetur facta, cum suo onere, aut cum sua qualitate, quando in ipsa trāslatione adiicitur nouū aut speciale onus, l. licet Imperator. versic. quid enim si aliam rem. ff. de leg. j. vbi Ias. & l. alumnæ. in princ. ff. de alimen. & cib. lega. Paulus de Castr. in consil. 140. Visa reformatione. & in cons. 326. de primo quæsito, in secundo dubio. lib. j. Sed in dict. l. cùm ex filio. in translatione illius partis hereditatis apponitur noua, & specialis qualitas: quia facta est translatio per verbum lego. Prima autem datio per verbum instituo, ergo, &c. Ex quibus videtis quæ non raró conētur moder. subtiles agere contra communes intellectus, ad inania respicientes. Ideò cōcludo contra Crotū, hîc in hoc tertio casu tenendo intellectū communem ad textū in d. l. cùm ex filio, quòd ibi verbum lego, non importet institutionem. ¶ Circa quartum casum Croti hîc puto, quòd Crotus malè loquatur. Nam vult Crotus duo in hoc quarto casu. Primū, quòd in c Raynaldus. de testamen. legatum esset particulare. sed cōtrarium s. ostendimus, quòd imò verbum lego, ibi sit adiectū vniuersitati bonorū. quod patet: quia si imponitur pœna priuationis hereditatis: ergo necessariò præsupponitur, quod hereditas esset relicta: cùm priuatio præsupponat habitū: l. manumissiones. ff. de iustit. & iure. l. decem. ff. de verborū obligatio. cum similib. Secundó vult Crotus, quòd ex actu priuationis hereditatis arguatur institutio, sed hoc non

videtur

videtur de iure, cùm etiã legatarius partis hereditatis priuari possit, & idem in fideicõmissario, vt s. ostendimus circa intellectũ dicti c. Raynaldus. & ipsemet Crotus suprà reprobat istum intellectum per l. hereditas ad Statium. ff. de heredib. inst. Nec obstat textus in l. illud. §. tractari. ff. de iure codicillorum. quia ille textus retorquetur cõtra Crotũ. Nam textus ibi dubitat, an ex illis verbis. Titium heredem esse volo, adiectis in codicillis appareat de volũtate testatoris, quòd voluerit testari, non codicillari. & textus dicit, ꝙ non: quia põt dici relicta à Titio hereditas per fideicommissum. Et vult textus, ꝙ tunc dicatur testator voluisse testari quando vlteriùs processit legando à Titio & ei substituẽdo: quia si intentio sua fuisset codicillari, nõ reliquisset legata à Titio, sed ab herede legitimo. Similiter nõ substituisset ipsi Titio, sed heredi legitimo. Quãtò minùs dicet apparere de mẽte testatoris, ꝙ noluerit instituere quando vtitur verbo merè obliquo, id est verbo lego, adiecto bonis particularibus, licet pœnã imponat priuationis hereditatis. Prætereà & planiùs respõdeo ad textũ in d. §. tractari. Nam ibi colligitur mẽs disponẽtis, ꝙ voluerit testari nõ codicillari ex duobus quæ necessariò inferunt talem mentem testandi. nam qui codicillatur intendit, ꝙ legata præstentur ab herede legitimo: sed ibi voluit pręstari ab herede scripto. Secũdò in d. §. tractari. datus est substitutus vulgaris, ex qua substitutiõe colligitur necessariò animus testantis, ꝙ noluit locum esse successioni legitimè. Sed in casu Croti nihil proponitur ex quo testãdi animus arguatur. Rursus quomodò põt testator pœnã priuationis hereditatis imponere, si non hereditatẽ, sed bona particularia reliquit? Ex præmissis igitur cõcludo cõtra Crotũ circa cõtenta in hoc quarto casu in omnib⁹ & per omnia. Id est q̃ iste quartus casus de iure non procedat. Secũdò, quòd intellectus Croti ad dictum cap. Raynaldus. non sit verus. Tertiò quòd tex. in d. l. illud. §. tractari. ff. de iure codicillorum. cõprobet id ad quod allegatur per Crotum.

¶ Quintus casus Crot. videtur elusorius, & de indubitabili. nam cui dubium quòd verbum lego, in codicillis etiam adiectum vniuersitati bonorum non importat institutionem, cùm idem sit, si testator expresè instituat hæredem in codicillis, ex quo hereditas in codicillis, directò dari nõ potest. l. ij. C. de iure codicillorum. cum similib.

Sed te

¶Sed restat alius casus nõ tactus per Crotũ,quãdo in testaméto habẽte sua solennia alicui legatur quota,aut certa pars hereditatis, an in tali legatario habeat locũ textus in l.prima.§.si ex fundo.ff.de heredibus instituendis. vt sit loc⁹ iure accrescẽdi alio herede nõ dato. Ego credo,quòd Crotus habuerit hunc casum pro indubitato, ꝙ verbum lego,non trahatur ad institutionẽ maximè attenta opinione Bartoli & sequaciũ, quod non trahitur ad institutionẽ, licet adiiciatur vniuersitati bonorũ. sed ex alio videtur nõ trahi ad institutionẽ: quia tunc trahitur qñ ita apparet de voluntate disponẽtis,quòd voluerit testari: ita quòd is cui legat,habeat totam hereditatem. De qua voluntate non videtur posse apparere quãdo non relinquitur tota hereditas, quia in eo quod non relinquitur, videtur habita ratio successionis ab intestato. pro hoc quod scribit Rippa in l. Cẽturio.numero cẽtesimoquinquagesimosexto.ff.de vulgari.vbi, quòd substitutus in certa quota per verba cõmunia nõ admittitur ad totũ. quia ex quo solũ fuit substitut⁹ in parte, apparet quod noluit testator eũ esse heredẽ, sed potiùs legatariũ aut fideicõmissarium.Si autem posset apparere de voluntate testatoris, ꝙ voluerit talem legatariũ in quota esse heredem: tunc insolidũ esset heres.cùm non possit esse heres pro parte tantùm alio cohærede non dato.dicta l.j.§.si ex fundo.ff.de heredibus instituendis. Sed dicet aliquis quomodò poterit apparere,quòd voluerit talem legatarium esse heredem non assignata ei tota hereditate? Respondeo,quòd poterit apparere,si dixerit, quòd voluit eius dispositionem valere in vim testamẽti, & habeat solennia testamenti: vt in l.quærebatur.ff.de testamẽto militis.Nam qñ constat de mente disponentis, verba impropriantur.l.non aliter.ff.de legatis iij.l. quoniã indignũ.C. de testamentis.l.ij.C.cõmunia de legatis.l. Proculus.ff.de vsufructu.l. non dubium. C.de leg.l. librorum.§. quod tamen Cassius.ff.de leg.iij.Intellige tamẽ prædicta, vt suprà numero quinquagesimoquarto. ¶ Circa quæstionẽ Croti hîc in qua dicit se cõsuluisse in partibus Germaniæ quãdo testator instituit duos propinquos in certis reb⁹, vxori autem legauit omnia bona sua mobilia & immobilia,ad quos pertineat ius patronatus,quod solũ transit cum vniuersitate.d.c.ex literis.de iur.patr.& cõcludit,quòd spectat ad propinquos institutos in certis rebus: quia eorũ instituti tutio

tutio trahitur ad vniuersum, ex quo nullus alius reperitur heres vniuersaliter institutus. nec potest dici ꝙ vxor fuerit instituta heres. quia verbũ lego, nõ fuit adiectũ vniuersitati bonorũ. sed solũ bonis mobilibus, & immobilibus & sic bonis particularibus. In hac quæstione aduertẽdũ est ad plura. Et primò Crotus vult, ꝙ si vxor fuisset instituta heres vniuersalis, ius patronatus ad eã pertineret, ex-
85 clusis propinquis testatoris particulariter institutis † quia ius patronat⁹ trãsit cũ vniuersitate ad heredes extraneos. Sed istud dictũ Croti ita simpliciter præsuppositũ nõ est verũ. q. a ius patronatus tũc transit ad heredes extraneos, qñ deficiũt posteri aut illi de sanguine testatoris. c. filiis, ac ne potib⁹. c. cõsiderãdũ & c. si plures heredes. 16. q. 7. c. j. & ij. de iure patron. clem. ij. eod. tit. Gemin. in consi. 32. Ideò quando sunt plures qui vocãtur de iure ad ius patronatus, non potest testator vni ex eis solũ adiudicare ipsum ius patronatus. Arch. in c. præsens. in princi. 20. q. iij. Dec. in cõs. 149.
86 Quod tamen † dicit Geminianus posteros per prius admitti ad ius patronatus, intelligo dũmodo sint heredes patroni. quia licet aliquid cõpetat filiis, intelligitur dũmodo filij sint heredes in his quæ sunt transitoria ad heredes extraneos. Bar. & Alex. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & in l. Gallus. §. j. ff. de liber. & posth. Deci. in d. cõs. 149. Adde Bal. in consi. 112. Quæritur qui intelligantur. & in consi. 337. Imprimis videndum est. in fin. lib. j. Alex. in consi. 129. lib. v.
¶ Sed hîc quæritur tu dicis, quod in iure patronatus filius
87 nõ admittitur † nisi sit heres, licet fuerit quæsitũ pro se, & filiis, ex quo est transitorium ad heredes extraneos: quid si filius sit institut⁹ in re certa aut minima, an admittetur. Bar. in cons 55. dominus Amatus. decidit, ꝙ sic per tex. in l. & si ex modica. ff. de oper. lib. Et idem Bar. in cons. 60. Quæstio ista. Alex. in cons. 128. lib. iij. consilio 8. libr. iij. Curtius iunior. in consilio penul. Et in iure patronatus tradit Frede-
88 ric. de senis. in consi. 227. Si opinio. ¶ Quæro etiam † ad maiorem declarationem quando sunt plures filij inæqualiter instituti, an admittentur ad ius patronatus pro portionibus hereditariis, aut ęqualiter, Salic. in l. liberti, libertæ. C. de operis libertor. vult ꝙ vbi filius non admittitur nisi sit heres, admittatur pro portionibus hereditariis. Idẽ videtur velle Bal. vbi puta in emphytheusi quã pater stipulatus est pro se, & filiis. Sequitur Cornæus. in consilio 15.
libro

fi.lib.ij.latiùs idem Corneus in cõs.13.lib.3. vbi allegat Bald. in d.l.si tibi.§.si pactus.ff.de pactis.Ange.in l. Gallus.§.etiã. ff.de liber. & posthu. Sed contrariũ videtur de iure veriùs quòd imò veniant filij æqualiter: vt voluit Bar.in l.vt iurisiurandi.§.si liberi.ff.de operis libert.& in d.consi.55.Dominus Amatus.Imol.in c.potuit.extra locati. Sequitur Corne. sibi contrarius in consi.219.versic. nec etiam.obstat.libr.ij. Addo Bartolum in consi.60.Quæstio ista. Alex.in cons.viij. lib.iij.Eandẽ opinionẽ tenet idem Corneus in cõs.263.lib.j. dũmodò sit facta mentio etiã de filiis heredibus,nõ de heredibus tantũ.quæ tamẽ distinctio Cornæi mihi nõ placet. ¶Sed aduertendũ circa istas duas quæstiones,& quidẽ circa primam, quod vbi aliquid cõpetit filio vt hæredi,quòd admittitur filius,licèt sit hæres particularis aut in re certa. nam quando† sumus in materia trãsitoria ad hæredes ex- 89 traneos istud non videtur procedere. quia tunc verbũ heres,intelligitur propriè pro hærede vniuersali,non pro hærede particulari,qui propriè dicitur heres & habetur vt legatarius.ita declarat Alex.in d.consi.128.libr.j. Sed ius patronatus est transitorium ad hæredes extraneos, vt suprà dictum est.ergo non videtur competere instituto in re certa. Solutio argumentum procederet quando aliquid simpliciter & absolutè est transitoriũ ad hæredes extraneos. Sed ius patronatus non videtur eiusmodi nisi in defectum heredum sanguinis,vt supra dictũ est allegando Geminianum in d.consi.32.¶Secundò est aduertendum circa primã quæstionem: quia etiã in materia non transitoria ad heredes extraneos, prout est feudum, verbum heres, videtur intelligendum de herede vniuersali non particulari: vt per Alexandrum sibi contrarium in l.quædẽ.§. nihil.ff.de edẽdo.vbi loquitur in emphyteusi ecclesiastica, quæ secundũ eum non transit ad heredes extraneos. Et idem tradit Alexander in consil.124. lib.v. addo Baldum in consil.455. Primò considerandũ lib.iij.Anchar.in consi.319.Themate præsupposito.Eandem opinionem tenet Iason in consi.157.lib. iiij.vbi sequitur Alex.in d.cons.124.& dicit Iason quòd opinio Barto.contraria in d.l. vt iurisiurandi.§. si liberi.magis communiter damnatur. Sed non videtur recedendum à prima opinione, quæ videtur communis. Et quam tenet Dec.in consi.208.circa finem. Addo Calderin.in consi.13.in tit.de locat.dum se remittit ad Specul.in tit.de loca.§.nunc

aliqua. ¶Similiter aduertendum est circa secundam quæstionem dum dictum est, quòd vbi aliquid acquiritur filiis vt heredibus, licet oporteat filios esse heredes: tamen veniunt æqualiter non proportionibus hereditariis. nã istud non videtur procedere in materia transitoria ad heredes simpliciter & absolutè, & in hoc non est dubium. Sed dubiũ videtur in materia non transitoria ad heredes extraneos, vt in feudo. In qua opinione teneo opinionem Bartol. in d. §. si liberi. & in d. consi. 55. & 60.

90 ¶ Secundò principaliter † colligitur ex dictis Croti hîc in dicta quæstione quòd bona acquisita à testatore post testamentũ veniunt in institutione, per l. sancimus. C. de testa. vbi Paulus de Castr. reputat illũ textũ singul. ad hoc. Qui text. optimè, probat, dum dicitur, ꝙ testamentum nõ mutatur ex solo cursu tẽporis, licet testator superuixerit multo tempore; ergo trahitur ad omnia bona etiã quæsita post testamentum. quia aliâs non valeret vt testamentum, cùm nemo decedat pro parte testatus & pro parte intestatus. l.

91 ius nostrũ. ff. de reg. iur. † Ampliatur ista conclusio vt procedat non solùm in institutione. Sed etiã in substitutione. ita Bald, in consi. 196. Super eo quod quæritur. lib. iiij. mouetur Baldi ratione. quia in dispositione vniuersali veniunt

92 futura. l. Lucius. ff. de fundo instru. ¶ Ampliatur † secundò ista conclusio vt procedat non solùm in institutione, & substitutione, sed etiam in legato vniuersali in quo veniũt futura. ita probat textus in d. l. pen. vbi glos. ff. de fundo. instruct. qui textus loquitur, quando legatur fundus vt instructus est, & sic cũ omnibus ipsius fundi iuribus aut instrumentis. Et glo. in d. l. pen. ad hoc citat Iason in l. cũ quid ff. si cert. petat. vbi, quòd in legatis vniuersalibus inspicitur tempus mortis testatoris, in particularibus autem inspicitur tempus testamenti. Sed vltra Iasonem addo text. cum glo. in l. quoties. § fi. ff. de vsufruct. vbi quando legatur vsusfructus omnium bonorum, debetur etiã vsusfructus bonorum futurorum. Ad idem text. in l. nam quod. §. fin. cum duabus legibus sequentib. ff. ad Trebellianum. vbi, quòd paria sunt an quis grauetur restituere hereditatem vel peculium, pecuniam, patrimonium vel vniuersam rem suã, vel omnia bona sua. quia semper dicitur fideicommissum vniuersale. ergo sicut hæreditas comprehendit futura, ita etiam si aliâs vniuersaliter quis disponat de bonis suis. qui:

tura

Iura ad hoc citat Bart.in l.si ita, ff.de auro, & argen.legato. Sed contra dictam ampliationem videtur text. in l.fi.§ j.ff. de legat.ij.vbi fidei commissum factum verbis vniuersalibus non compræhẽdit ius de futuro. quem textum ad hoc citat Crotus hic.& in quæstione prædicta. Ad illum textum respondet Socinus in l.j.in princi.ff. de legat.j. quòd ibi dictio vniuersalis, respicit res legatas aut concessas. quæ solutio videtur ridicula. quia doctores quando quærunt an legatum factum verbis vniuersalibus comprehendat futura, clarè loquuntur quãdo dictio vniuersalis respicit ipsas res. Od id Crotus in l.j.dicit, quòd Socinus loquitur in hoc sine lege, & quòd de opinione Soci. curãdum non est. Ideò † vera solutio datur ad d.l.fin.§.j. quòd ibi dictio vniuersalis erat restricta ad tempus præsens, vt patet in verbo communes, sunt. Et ita ibi declarat gloss. in versic. communes. Bar.in d.l.si ita.ff.de auro & argen.lega. Capra in consil.45. 93

¶ Tertiò principaliter aduertendum est circa dicta Croti, hîc in memorata quæstione, dum dicit, quòd legatum factum vxori de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus non comprehendit futura: nam istud videtur contra proximè dicta, cùm factum sit legatum per verba vniuersalia sine aliqua restrictione, aut limitatione ad tempus præsens. Considerabam si dici posset, quòd tũc legatum factũ verbis vniuersalibus trahitur ad futura quando vniuersalitas respicit omnia bona: puta si relinquantur omnia bona, vel hereditas, patrimonium, res aut pecunia. Secus vbi adiicitur vniuersalitas bonis particularibus prout in casu Croti quando relinquuntur omnia bona mobilia & immobilia. Sed tamen ista consideratio videtur contra textũ in d.l.penult.ff. de fundo instruct. vbi textus loquitur in legato fundi instructi, & sic rei particularis. Et tamen veniunt instrumenta futura, nisi dicas quòd in d.l.penult.instrumenta futura veniũt per modum accessionis ad ipsum fundum. † nam dispositio facta per verba præsentis temporis trahitur ad futura, quæ accessoriè veniunt.l. Aurelius.§.legatum.& l.fina.§.fina.ff.de liberatione legata. Paulus de Castro in l. damni infecti stipulatio.§. si is qui vicinas.in fine.per illum textum.ff.de damno infecto. Curtius senior in con.57. Ad idem adduco Rotam decisione. 72. In ecclesia.in antiquis. vbi ius patronatus competens præla- 94

to in ecclesia, extenditur ad capellanias posteà fundatas in ipsa ecclesia tanquã accessorias. Ideo sicut præsentatio ecclesiæ pertinet ad prælatũ. Ita & præsentatio capellaniarũ.

95 ¶Ex præmissis † concluditur secũdum Crotũ hîc, quòd vbi dictio vniuersalis adiicitur bonis particularibus, non veniunt futura, quod etiam voluit Bar. in d.l.si ita.ff. de auro, & argen.leg. Et hoc modo posset saluari quod dicit Socin. in d.l.j.in prin.ff.de leg.j. quòd vbi dictio vniuersalis respicit res legatas, non veniunt futuræ, vt intellexerit Socinus quando adiicitur dictio vniuersalis rebus legatis in specie aut particulariter, non generaliter aut vniuersaliter. Sed tamẽ saluari Soci. non potest generaliter: quia voluit, quòd si legentur res mobiles per omnia veniãt futuræ. quod verum de iure non videtur. Istud † tamen non procederet in
96 contractibus in quibus dispositio vniuersalis non refertur ad futura. Ideo si quis donet omnia bona sua, non veniunt futura. Bart. & Doct. in l. stipulatio hoc modo concepta.ff. de verbo. obligat. & in l.fin.C.de pact. Quod procedit licet fiat donatio ecclesiæ. Panormitan. in consil.102.lib.2. Ratio diuersitatis inter contractus & vltimas voluntates est: quia in contractibus strictior fit interpretatio quàm in vltimis voluntatibus.cap. cùm dilecti. in fin. de donatio. Alia etiam ratio diuersitatis reddi potest. quia si inter viuos venirent futura, actus non valeret. quia videtur dispositio cõtra bonos mores auferens liberam facultatem testandi. d.l. stipulatio hoc modo concepta. secùs in vltima voluntate, quæ
97 ad libitũ potest reuocari. Ideò † valet donatio causa mortis de omnibus bonis præsentibus & futuris sine reseruatione, quia potest reuocari: vt habetur per doctores. in d.l. fi.C.de pact. Bald. in consi.354. Ad euidentiam præmittendum est, quòd primùm testamentum.lib.v. Ideò hereditas donari potest causa mortis. Decius in l. licet. C. de pactis. quod tamen Decij dictum non firmo. Tertia & planior ratio diuersitatis ostenditur. quia in contractibus agitur de maiori præiudicio cùm reuocari non possint. l. sicut. C. de actionib. & obligationib. Sed vltima vnluntas potest ad libitum reuocari. l. si quis in principio testamenti.ff. de lega. iij. toto titu.ff. de adiment leg.

¶Quartò principaliter aduertẽdũ circa dicta Croti in hac quæstione, ꝙ sufficit quẽ esse heredem vniuersalẽ habitu, licet non actu. Et sic vult Crotus, quòd licet heredi instituto in

to in re certa nihil possit accrescere de tpe testamẽti: quia alia bona sint distributa: satis tamen est, quòd habitu possit accrescere. vult igitur ꝙ actu non dicatur ita institutus heres vniuersalis. Sed considero contra Crotum ꝙ imò etiam actu dicitur heres vniuersalis. nã licèt testator faciat multa legata, ex hoc tamen non fit quominùs dicatur institutus hæres vniuersalis. quia hereditas refertur ad intellectũ iuris nõ ad corpora hereditaria. l. hereditas. ff. de pet. here. finge, ꝙ testator solũ hẽat vnũ fundũ in hereditate, & instituat plures hr̃des vniuersales, ex hoc ꝙ aliud nõ accrescat ipsis hæredib⁹, nõ minùs dicũtur esse heredes vniuersales. ¶ Quintò vult Crotus in hac quæstione, ꝙ mulier cui testator reliquit bona mobilia, & immobilia, dicitur legataria nõ heres vniuersalis. quia verbũ relinquo, aut verbũ lego, fuit adiectũ rebus particularibus nõ vniuersati bonorum: quia appellatione † bonorũ mobiliũ, & immobilũ non veniunt nomina debitorũ, iura aut actiones. l. Caius. in princ. ff. de leg. ij. l. si mihi Mæuia. §. fi. ff. de lega. iij. Addo text. in l. quã Tuberonis §. pen. ff. de pecul. & in l. à diuo Pio. §. in vẽditione. vbi Iason in quarto notab. ff. de re iudi. Incorporalia enim prout sunt iura & actiones, non dicuntur propriè mobilia nec immobilia. Bald. in c. fin. de cognitio. feudi, in vsib. feud. Lappus allega. 91. in fi. Alex. in consi. 52. lib. j. Ampliatur præmissa conclusio vt procedat non solùm quando verbũ relinquo, aut lego, adiicitur bonis mobilibus & immobilibus vt importet relictũ particulare: sed etiam si adiiciatur verbũ merè directũ: vt quia instituatur quis in bonis mobilibus, & immobilibus. nã talis institutus habetur loco legatarij tanquam institutus in bonis particularibus, aut in re certa, non in parte aut quota hereditatis. Alex. in consi. 45. lib. j. Idem in substituto in bonis mobilibus & immobilibus. nam dicitur substitutus in re certa. Ideò talis substitutio facta per verba communia non trahitur ad directam. Bart. in l. Centurio. in tertia quæstione principali. ff. de vulga. sequitur Alex. in l. j. in princ. ff. de vulgar. Iason. in d. l. à diuo Pio. §. in venditione. in quarto notab. ff. de re iudic. Et generaliter verum est, quòd dispositio facta de bonis mobilibus, & ĩmobilibus nõ dicitur facta de vniuerso. quia nõ cõprehẽdit iura, & actiones. Alex. in cõs. ix. lib. j. ¶ Vtilitas, † an dispositio facta de bonis mobilibus & immobilibus dicatur particularis vel vniuersalis multiplex

98

99

colligitur. Prima habetur ex dictis Croti in hac qõne: q̃ verbũ relinquo, aut verbũ lego, adiectũ talibus bonis non importat institutionem: Similiter verbum substituo, aut aliud verbum commune adiectum bonis mobilibus & immobilibus non importat substitutionem directam, vbi aliâs importaret: sed legatum significat aut fideicommis-
100 sum particulare. ¶ Secunda vtilitas: † quia vbi donat quis, aut aliter alienat bona mobilia aut immobilia vel medietatẽ bonorũ mobiliũ, & immobiliũ de talibus bonis non detrahitur æs alienũ. Vbi aliâs detraheretur. l. subsignatũ. §. bona. ff. de verb. signi. ita Alex. in cõsi. 45. lib. j. & clarius in consi. 2. lib. ij. Capra in consi. 131. Ratio est; quia æs alienum respicit vniuersum patrimonium, non res certas aut parti culares. l. tractatum. ff. de iudi. l. ex facto. la grand. ff. de hered. instit. l. fi. vbi Bart. ff. de vsufruct. legat. ita Alex. in d. cõ-
101 silio 12. lib. ij. ¶ Tertia vtilitas, † nam donatio omniũ bono rum præsentiũ & futurorũ non valet, quia aufert liberam facultatẽ testãdi. l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. oblig. Et tamen valebit donatio omniũ bonorũ mobiliũ, & immobiliũ, præsentiũ, & futurorum: quia non dicitur facta de oĩbus bonis cũ non cõpræhendat iura, & actiones. ita Ias. in d. l. à diuo pio. §. in venditione. in iiij. notab. & in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. Guid. Papæ q. 291. Dec. in
102 consi. 237. Circa principiũ. Præmissa conclusio, † q̃ dispositio facta de bonis mobilibus & immobilibus non dicitur facta de vniuerso nec cõpræhẽdit iura & actiones nõ procedit qñ solũ esset facta dispositio de bonis mobilibus & immobilibus, ita q̃ necesse esset applicare iura & actiones aut bonis mobilibus aut immobilibus: puta in terminis. l. quotiens. §. si duo. ff. de here. instit. Si testator instituit vnũ in bonis mobilibus, alterũ in immobilibus nõ dato coherede vniuersali. nã ista institutio particularis trahitur ad vniuersum, & sic etiã ad iura & actiones. Sed punctus est videre quibus bonis æquiparẽtur iura & actiones. Dicendum est, q̃ applicabuntur bonis mobilibus aut immobilibus, prout sunt res contẽtæ in ipsis iuribus. nã si actio competit ad rem mobilẽ iudicabitur vt res mobilis, si ad rem immobilẽ iudicabitur vt immobilis. Ideò institutus in bonis mobilibus habebit actiones cõpetentes ad res mobiles. Institutus verò in bonis immobilibus cõsequetur actiones cõpetẽtes ad res immobiles. ita Guliel. de Cuneo in l.

hinc quæritur.§.poteſt.ff.de pecul. ſequitur Alex.in conſi. 111.lib.iiij. Vbi loquuntur, quando ſtatutum dicit, ꝙ proximiores ex parte patris ſuccedant in bonis immobilibus: proximiores autem ex parte matris in bonis mobilibus. Similiter lex aut ſtatutum dicit, quòd bona minoris non poſſint alienari ſine certa ſolennitate: de nominibus autẽ debitorum nihil dicit, nũquid minor poterit cedere actiones ſine vlla ſolennitate? Nam iſto caſu neceſſe eſt applicate iura, & actiones aut bonis mobilibus aut immobilibus. Dic, ꝙ ſi actio cõpetit ad rem immobilẽ, neceſſaria erit ſolẽnitas, aliàs ſecus. ita gloſſ. & Doct. in l.j.C.ſi aduerſus tranſactionẽ. Bart. in l. poteſt. ff. de auctoritate tutorum. & in l. mouentium. ff. de verbor. ſignific. Bal. in conſi. 423. Andreas lib. iij. Alex. in conſi. 16. ante fiu. lib. 1. conſil. 49. circa princip. lib. iij.

¶ Sextò vult † Crotus in hac quæſtionẽ, ꝙ ad hoc vt diſpoſitio dicatur vniuerſalis ſeu facta de vniuerſo, nõ ſufficit, ꝙ ſit vniuerſalis quo ad verba, ſed oportet vt ſit vniuerſalis quo ad rẽ. quia fiat diſpoſitio de tali re, quæ ſignificet vniuerſitatem: puta de peculio, patrimonio, hereditate, caſtro aut villa. allegat Innoc. in cap. ex literis. de iure patro. Sed aduertendum quia iſta concluſio ita ruditer intellecta in errorem adduceret. nam imò videtur ſufficere, quòd diſpoſitio ſit vniuerſalis quo ad verba, licet nõ exprimatur res, quæ ſola abſq; alia expreſſione verborum ſignificet vniuerſitatem: puta quando fit inſtitutio in omnibus bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus præſentibus & futuris. nã hîc nulla exprimitur res, quæ ſola vniuerſitatem ſignificet. Et tamen nemini dubium, ꝙ facta dicitur diſpoſitio de vniuerſo: vt in terminis declarat Corn. in conſi. 289. verſi. nec ratio ſuadet lib. iiij. Iam genus dicitur quid vniuerſale compræhendens ſuas ſpecies ſine alia expreſſione. Et tamen expreſſio omnium ſpecierũ non impedit quominùs ipſum vniuerſum dicatur expreſſũ. Itaq; ꝙ dicit Crotus neceſſe eſſe rem exprimi, quæ ſine alia expreſſione vniuerſitatem ſignificet, vt habita dicatur diſpoſitio de vniuerſitate bonorum: ſanè videtur intelligendum habito reſpectu ad expreſſionem bonorum particulariũ. Secùs, ſi omnia bona ſingulariter, & in ſpecie exprimantur, quæ ſub ipſa re continebantur. Ita ꝙ expreſſio ipſius rei ſimpliciter & abſolutè non videtur neceſſaria. 103

104 ¶Successiuè hîc quæritur † de definitione legati. vnã ponit tex. in l. legatũ. iij. in prin. ff. de leg. j. Et dum glo. laborat in expositione illius verbi deliberatio, melior videtur expositio vt capiatur verbũ deliberatio pro distributione seu collatione, à quo verbo Galli vulgare, illud videntur mutuati *deliurer, il a deliuré vne grand' somme d'argent.* Sed aliqui libri habẽt *delibatio*, nõ *deliberatio*, & quidẽ meliùs. quia stãte verbo deliberatio, sequeretur, ꝙ per legata tota hereditas exhausta fieret. nec per legata deliberatur aut expeditur hereditas, sed eius valor diminuitur. Secundã definitionẽ ponit tex. in l. legatũ est. ff. de leg ij. ꝙ legatũ est donatio quędã testamẽto relicta. quam eandem definitionẽ posuit Imperator in §. j. Insti. de legatis. Tertia definitio ponitur Instit. de lég. §. j. ꝙ est donatio q̃dã à defuncto relicta ab herede præstãda, super quibus descriptionibus non insisto.

105 ¶Iuxta quam definitionẽ quæritur, † an legatũ aut fideicommissum dicatur propriè donatio. Vtilitas huius q̃onis multiplex proponitur. Prima si in aliqua dispositione fiat mẽtio de donatione simpliciter, an veniat legatũ: puta in statuto requirẽte certã solennitatẽ in donatione, vel ꝙ de donatione soluatur gabella. Secũda cõsecutiua præcedentis. nã si venit legatũ, illa erit reuocabilis: secus si intelligatur de donatione solũ inter viuos, q̃ dicitur irreuocabilis.

106 ¶Tertia vtilitas si appellatione donationis venit legatum illa nõ vitiabit̃ propter absentiã donatarij: † qa in vltima volũtate acquiritur absenti. l. cũ pater. §. surdo. ff. de leg. ij. Secus, si solũ veniat donatio inter viuos, quę absenti facta nõ valet, nõ interueniẽte nũtio, vel epistola. l. absenti. ff. de don. l. cõsensu. ff. de actio. & oblig. vel nisi interueniat traditio. l. nec ambigi. C. de don. Quod ꝓcedit etiã in donatiõe causa mort. q̃ absenti fieri nõ põt. l. inter mortis. ff. de don. caus. mort. gl. in l. illud. C. de sacros. eccl. & in l. j. C. de don. caus. mort. Rom. in cõsi. 171. Pro decisione. & in cõs. 513. Ratio diuersitatis inter vltimã voluntatẽ, & cõtractũ est. quia vltima volũtas habet vim legis, & fortiùs agit. §. disponit in authen. de nupt. ideò in vltima volũtate absenti acquiri-

107 tur. † Sicut etiã ex dispositione legis acquiritur absenti. commoda enim quæ acquirũtur ex dispositione legis, nõ requirunt partis præsentiam. Angelus in consilio 81. versicu. tertio, ex natura dispositionis. Anchar. in consilio nonagesimoseptimo. Contractus autem nõ habet vim legis, non

est mir

est mirum si ex contractu absenti non quæritur.

¶In hac quęstione † datur cōclusio, q̄ appellatione dona- 108
tionis propriè & strictè nō venit legatum, aut fideicōmis-
sum. Probatur ista cōclusio primo per tex. in l. j. in prin. ff.
de don. Vbi, q̄ hęc ꝓpriè donatio appellatur, qñ dat q̄s ea
mente vt statim velit accipiētis fieri, nec vllo casu ad se re-
uerti. & propter nullā aliam causam facit, quàm vt liberali
tatem, & munificentiā exerceat. Sed legatū nō est eiusmo
di, quia non datur vt statim fiant legatarij, sed demū testa-
tore mortuo, cū fiat heres præstet legatū ibi, vt probatur
ex verbis definitionis, ab herede præstāda. Rursus nō fit le
gatū ex causa merè liberalitatis ita, q̄ non moueatur testa
tor ad legandū ob aliam causam, quàm liberalitatis. Imò
causa potissima legādi est cogitatio mortis. qua cessante,
cessaret & legatum. Et donat testator q̄ retinere nō potest.

¶Secūdò, q̄ legatum non dicatur donatio propriè proba-
tur. † nam appellatione donationis nō venit donatio causa 109
mortis. l. filiusfamiliàs. §. pen. ff. de don. vbi si cui permitti-
tur donare, non poterit donare causa mortis, nisi in specie
id dicatur. Et quod per illum tex. dicit Bal. in c. j. vers. quid
si vasallo. de prohi. alie. feud. p Fred. in vsib. feud. Vbi si dn̄s
directus concedit vasallo potestatē donandi feudū, nō ve-
nit donatio causa mortis, nisi in specie dictum sit. Sequi-
tur Soc. in cōs. 19. lib. j. Similiter qñ filius donat causa mor
tis, nō sufficit, q̄ pater consentiat vt filius donet, sed opor-
tet præstari consensum in specie, vt donet causa mortis.
Rom. in consi. 512. in princ. Guido Papæ q. 223. Socin. in l. j.
§. fuit quæsitum. vers. & tamen videmus, q̄ per generalem.
ff. ad Trebellianum. Et quòd appellatione donationis non
veniat donatio causa mortis: patet ex diuersitate titulo-
rum. nam materia donationis causa mortis tractatur se-
paratim à titulo de donationibꝰ: ergo arguitur diuersam
esse, donationē simpliciter & donationem causa mortis.
ex quo ponuntur in titulis separatis. Et ita arguit Corn. in
consi. 107. lib. iiij. Idem quòd donatio causa mortis non ve
niat appellatione donationis tradit Decius in l. si tibi pe-
cuniam. in secundo notabil. ff. si cert. peta. Si appellatione
donationis non venit donatio causa mortis, multò minùs
veniet legatum, quod nomen proprium donationis non
habet, sicut donatio causa mortis.

¶Tertiò, q̄ appellatione donationis legatū propriè nō ve.

110 niat, ꝓbatur legatũ † in effectu donatio dicitur causa mortis.l.illud.in princ.ff.de donat.caus.mort.l.j.§.j ff.si quid in fraud.patro.l.fin. C.de dona.caus.mort. in quibus iuribus dicitur, ꝙ legatum æquiparatur donationi causa mort.nõ tamen intelligo, ꝙ æquiparẽtur per omnia, cũ sint multæ differentiæ: vt habetur in l.ij.ff.de leg.j. Sed æquiparantur quoad reuocationem & respectu effectus collati post mortẽ, & respectu potestatis substituẽdi: vt habetur in l.vt heredibus.ff.de leg.ij.sed donatio causa mortis, nõ venit appellatione donationis propriè & simpliciter, ergo nec legatũ.

¶ Quartò, ꝙ legatũ non dicatur donatio propriè adduco, quod scribit Angel.in consi.383.Statuto Pistoriensi.in fin.

111 Vbi, † ꝙ etiã donatio inter viuos quæ fit ob causam mortis, non dicitur donatio propriè: quia propriè donatio dicitur, quæ fit ob causam solius liberalitatis. Ideò licet fiat donatio inter viuos & irreuocabilis. Tamen cũ nõ fiat ob solam liberalitatẽ sed propter causam mortis, nõ dicitur donatio propriè. Ideò statutũ loquens de donatione simpliciter, nõ habebit locũ in tali donatione inter viuos quæ fit ob causam mortis secundũ Angel. Sed dubium videtur istud dictum Angel. quia, eo attento, sequeretur, ꝙ nulla quodãmodo donatio dici posset inter viuos propriè. nam ad exercendũ liberalitatẽ semper mouetur quis ex aliqua causa: puta, vel ꝓpter cõiunctionẽ sanguinis, vel rationis, vel rõne agnationis, vel propter affectionẽ in donatariũ. Ideò semper dici posset sola liberalitas nõ fuit in causa donãdi: ergo nõ dicitur donatio ꝓpriè, qđ absurdũ videtur. Ideò dũmodo donatio fiat inter viuos simpliciter sine aliquo modo aut onere & irreuocabiliter, nihil obstãt causæ ex quibus mouetur donãs ad ita donandũ. Pro hoc cõtra

112 Angel. adduco, † ꝙ scribit Oldr.[illegible] in consi.5. Titius. vbi qñ quis donat spõtè ex certa sciẽtia purè liberè simpliciter & inter viuos, non dicitur donatio ob causam, licet dicat se donare ob grata seruicia, & ex causa remunerationis: quia non curamus de causa impulsiua, id est, ex qua causa motus quis aut impulsus fuerit ad donandum simpliciter & inter viuos, modò ita donauerit. quod Oldradi dictum sequitur Alexander in consi.14.lib.j.Socin.in consi.53.lib.j. Eodem modo satis est, quòd donet quis simpliciter & inter viuos, licet ad ita donandum impellatur cogitatione mortis. Nam satis est, quòd contineat donatio meram

liberalit.

liberalitatem, & quòd sit irreuocabilis etiã ante mortem. Rursus contra Ang. adduco quòd scribit Corn. in consi. 45. libro quarto. Vbi, quòd non omnis causa apposita in donatione facit, quòd dicatur donatio ob causam: sed oportet, quòd sit talis causa, quæ faciat cessare liberalitatẽ. per tex. in l. fin. in princ. C. de iure dotium, vbi si extraneus dat mulieri pecuniam vt det marito pro dote, vel dat dotẽ marito pro muliere, licet fiat datio ob causam dotis, non tamen desinit esse propria donatio. Et istud tene menti: quia ornamento & commodo futurum est in vsu iudiciorum.
¶Quintò, † quòd legatum non dicatur donatio propriè, 113
probatur ex diuersitate titulorũ in quibus tractantur materiæ donationum & legatorum. nam data identitate non diuersis tractatibus ponerentur. argu. l. si idem. C. de codicillis. & quod scribit Corn. in d. consil. 107. lib. iiij. Et quòd ex diuersitate titulorum arguatur diuersitas effectus, tradit Oldra. in cons. 210. Regularis. Vbi quòd crimina hæresis & sortilegij dicuntur diuersa: quia ponuntur in titulis diuersis & separatis. Idem tradit Abb. in cons. 57. versi. tertio principaliter. lib. primo. Ias. in cons. 171. libro iiij. Vbi Abb. & Ias. ita arguunt diuersitatem effectus à diuersitate titulorum. pro hoc tex. in l. j. §. j. ff. de sorte. & in l. ij. §. quintus. C. de vet. iure enucl. ¶ Sed in contrarium quòd appellatione donationis venire debeat legatum propriè & strictè, arguitur sic, In definitionibus verba † propriè accipiuntur. 114
vt not. in l. j. ff. de testam. Vbi definitio testamenti non competit codicillis. & tamen largo modo dicuntur testamentum. gl. in l. ij. C. communia de legat. not. instit. de testam. in princip. Sed in definitione legati dicitur, quòd legatum est donatio: ergo vidẽtur intelligenda verba definitionis propriè, ita quod sit donatio propriè & strictè. Ad istud argumentũ respondeo multis modis. Primò, ꝙ illud procedit in verbis definitionis simpliciter prolatis: puta si diceretur legatũ est donatio. sed hìc nõ ꝓfertur verbũ donatio simpliciter, sed cum illa distinctione † quædã, quasi dicat lega- 115
tũ nõ est propriè & simpliciter donatio: sed donatio quædam, quæ dictio nota videtur improprietatis: sicut dicitur in dictione quodãmodò. d. l. in suis. ff. de liber. & posth. & ita respondet Iacob. de Nigris hic. nu. 22. in fin. num. Nam tale propriè non dicitur, quod non est tale simpliciter, sed secundum quid. Bartolus in l. maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adulte.

adulte. Bald. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius. voc. & l. si non speciali. C. de testam. Alex. in cons. 178. lib. ij. ¶ Se-
116 cundò respondeo † quòd omnis bona definitio debet constare ex genere, differentiis. Barto. & doct. in l. j. ff. de testa. & in l. j. in princi. ff. de acquir. posse. Ias. in l. j. in princi. ff. de vulg. Ideò verbum donatio, in definitione legati ponitur tanquàm genus, & sic tãquàm donatio in genere, non tanquàm donatio in specie prout est donatio inter viuos simplex & irreuocabilis, quæ fit ex sola liberalitate, & quæ sola propriè & strictè donatio dicitur vt suprà dictum est.

¶ Tertiò respondeo, quòd argumentum procedit in eo, quod definitur. Vnde si testamentũ definitur, propriè testamentum accipitur. Similiter quando definitur legatum, propriè legatum accipitur. non sic videtur in aliis verbis, quæ
117 incidenter in definitionibus proferuntur. quia † verba impropriantur vt deseruiant intentioni. c. intelligẽtia. de verbor. sig. c. constitutus. de religio. domib. can. is autem. 22. q. ij. pro quo bonus textus Instit. de acti. in princip. in verbo debetur. nam in definitione actionis etiam actio realis includitur, vt probatur ex distinctione, quam ibi facit Imperator in j. §. dum post definitionem actionis dicit duo esse actionum genera realiũ & personalium. Et tamẽ verbum debetur, actionibus realibus propriè non conuenit: quia actio realis non præsupponit obligationem. vt dicitur in d. §. j. ergo necesse est dicere, quòd verbum debetur, in definitione actionis accipiatur largè & impropriè. Et ita illum textum ad hoc ponderat Deci. in rubr. extrà de proba. versic. prædicta saluatio. Sed ille textus nihil videtur probare tenendo opinionem multorum, quòd in illo textu solùm diffiniatur actio personalis non realis. Idem quod verba definionis possint capi impropriè no. Crotus in l. j. infrà eodem. per duo iura de quibus per eum ibi. ¶ Secũdò principaliter, quòd appellatione donationis veniat legatũ aut fideicommissum probari videtur in l. miles ad sororem in princip. & in l. cùm pater. §. donationis. ff. de lega. secũdo in quibus iuribus testator fecit mentionem de donatione, & tamen dicitur ibi, quòd valet dispositio in vim fideicommissi. Solutio ideo verbum, donatio, in dictis iuribus resoluitur in fideicommissum: quia dispositio valere non poterat in vim fideicommissi propter absentiam donatarij: quia donatio requirit præsentiam partis, nec absenti confe-

ferri potest.l.absenti.ff.de dona.l.consensu.ff. de act.& oblig.Nec obstat † quòd in dictis iuribus testator donauerit 118
per epistolam quæ semper loquitur.Ideò perinde habetur ac si præsenti facta esset donatio. & receptio epistolæ in qua cõtinetur donatio, vim habet acceptionis.Bar.in l.cũ tabernã.§.idem quæsijt.in fi.ff.de pig. Aret.in cons. 51. Videtur dicẽdum.in prin.Soc.in cons.64.in fi.lib.iij. Quia respondetur argumentum procedere, si epistola missa esset ad donatarium in vita testatoris, ita ꝙ donatarius epistolam & donationẽ in ea contentam acceptare potuisset:sed vetuit testator epistolã aperiri ante eius mortem, consequenter donatio acceptari non potuit. Itaq; cùm in vim donationis valere non potuerit, non est mirũ si verbũ dono,prolatum in vltima voluntate resoluitur in fideicõmissum,quia aliâs donatio non valeret. Ideò vt valeat dispositio verbũ donatio, impropriatur,& accipitur pro fideicõmisso.nã toleratur impropriatio verborũ vt actus valeat.l. si vno.in prin.ff.locati.l.si stipulatus.ff.de vsur.l.insulam.ff. de præscriptis verbis.& s̃.sæpè dictũ est. Et ita dicta iura, id est l.miles ad sororẽ.&l.cũ pater.§.donationis.ff.de leg. ij.declarãt Cor.in cons.254. lib.iij. Sed aduerte cõtra Cornæũ. nã præsupponit quod si epistola fuisset trãsmissa ad donatariũ,valuisset donatio. Sed istud nõ videtur verum. quia olim necessaria erat stipulatio in donatione. l.si quis argentum.§.finautẽ.C.de donat.gl.in l. nec ambigi.eo.tit. Stipulatio autem requirit præsentiam partium. nec sufficit epistola.l.j.in princip. ff.de verb.oblig. Ideo declaratio Cornæi, non videtur procedere inspecto iure Digestorũ. Non omitto quod dicit Alber.in d.l.cùm pater.§.donationis.vbi voluit donationem causa mortis absenti fieri posse in testamento,per illum text.sed errat Alb.Imò ille tex. probat oppositum. quia si fieri posset absenti non valeret in vim fideicommissi, sed donationis. ¶Ex dictis † iuri- 119
bus,id est,ex dict.l.miles ad sororem. & ex d.l.cùm pater. §.donationis.ff.de legat.ij.eliciuntur duæ regulæ. Prima est,quod non refert seu non inspicitur cũ quo quis loquatur:sed cuius cõtemplatione loquatur.nam ibi testator directò locutus non fuit cũ persona grauata, ad quã spectat onus fideicõmissi, sed ad honoratum relatus est sermo. Et tamẽ quia effectus grauaminis cõferebatur in personam grauati,inducitur fideicõmissũ in fauorẽ illius, cuius contempla-

templatione verba fiebant. facit text. in l. filiofamiliâs. & in l. Titio. §. si Titio. ff. de condit. & demonstratio. Vbi si quid relinquitur pro cibariis seruorum: licet verba dirigantur ad seruos; ad dominum tamen relictũ pertinet, & pro eo dñs agit. quia censetur factum contemplatione dñi. quæ duo iura ad hoc citat Calderi. in cons. 14. in tit. de testa. Ad idẽ text. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. in l. isti. quidem. §. si. ff. quod metus caus. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. ij. l. j. §. nunc de effectu. & l. si quis reum. §. i. ff. de liberatione legata. in l. si cui. la j §. si Titio. vbi Iason in secundo not. ff. de leg. j.

120 ¶Secunda regula † colligitur ex dictis iuribus, id est ex d. l. miles ad sororem. & d. l. cum pater. §. donationis. ff. de leg. ij. quòd verba improprientur vt actus valeat. nam ibi verbum donatio, accipitur pro fideicõmisso: quia aliâs vt donatio valere non potest. Et tamen fideicõmissum donatio propriè dici non põt, vt suprà dictum est. Super qua regula multa quidẽ & plurima dici possent: sed tempus alienũ sit, vt de istis dicamus ad præsens. & quòd admittatur impropriatio verborũ vt actus valeat dictũ est. s̃. nu. iij. & nu. 38.

121 ¶Tertiò colligitur ex dicta l. miles. † q̃ per epistolam impropriè quis loqui dicitur põderãdo verbũ ac si, & ita ponderat Iason in l. j. in princ. ff. de verbor. obligationibus. sed contra facit textus in dicta l. cùm pater. §. donationis. vbi simpliciter dicit loquatur, & tamen locutio erat per literas ad æditu um. ¶Vidimus quòd appellatione donationis non venit legatum aut fideicommissum propriè. Sed quid

122 † si testator in testamento dicat dono fundum Titio, qui sit præsens & acceptet, an erit donatio inter viuos aut legatum. Ista quæstio formatur per Crotum hîc post Ioannem Fabrum in §. j. Institut. de legatis. vbi Ioannes Faber tenet q̃ ista donatio valet in vim legati. nec obstat verbũ dono: quia illud intelligi debet secundum subiectam materiam. dicta l. si vno. in princ. ff. locati. l. insulam. ff. de præscriptis verbis. Sed cùm verbum dono, proferatur in vltima voluntate, videtur intelligendum secundum naturam ipsius vltimæ volũtatis, id est, vt sit actus reuocabilis & sic in vim legati, non in vim donationis, quæ est irreuocabilis. Contrarium tenet Crotus hîc post Angelum in d. §. j.

123 instit. de legatis, per octo fundamenta. Primo † etiam in testamento contractus fieri potest. gl. & doctor. in l. hæredes palam. §.

palam.§.fi.ff.de testamen.pro quo allegatur textus in l.j.§. assignare.ff.de assignãd.liber.& in l.ex sententia. ff.de testa menta.tutel.tradit Iason in l.iij.in prin. in quinto notab.ff. de lib.& posthu.& in l.cùm antiquitas. in secundo notab. C.de testa. Sed dicta iura non videntur probare: quia non loquimur an in testamẽto possit fieri cõtractus propriè vltrò citróque obligatorius.l.Labeo.ij.§.contractũ.ff.de verbor.significa.sed in dictis iuribus assignatio liberti, & illa ascriptio tutelæ in testamẽto non est vltrò citróq; obligatoria, cùm possit testator actũ reuocare. nã illa assignatio liberti dicitur legatũ iuris patronat⁹. Similiter prouisio tutoris respectu patris est actus vltimæ voluntatis: quia viuẽte testatore tutor quis esse nõ põt.pro hoc text.in l.verbis legis.ff.de verbo.sig.vbi verbum lego, ad tutelas pertinet. Secundum ex alio istud fundamentum non videtur bonum.quia fateor, quòd donatio, & contractus in testamento fieri potest.nam si fieri non posset, fatua esset quęstio an talis dispositio valeat in vim donationis propriè: quia esset disputare super impossibili.Sed nõ sequitur testator donare põt in testamẽto: ergo ita disponẽdo donauit.nam cùm testetur verbũ dono, videtur impropriandũ, vt intelligatur secundũ naturã testamenti, id est, vt actus donationis sit reuocabilis.quia † impropriantur verba vt intelligãtur secundum naturã actus.l.si tibi pecuniam. ff.si cert.pet. l.in lege.& l.si vno.in prin.ff.locat.not.in l.sed & si possessori.§. sed si rerum.ff.de iureiurand. Tradit Roman. in cons.509. ad idem textus in d.l.si stipulatus.ff.de vsur.& in l.eas causas.ff.de conditio.& demonstra. Quod procedit etiam in materia stricti iuris: putà in sententia, in qua verba impropriantur, vt intelligatur sententia secundum naturã iudicij & actionis intentatæ.Bal.in l.fi.C.comm. diuidun.argu men.gl.in l.& puto.ff.famil.ercis.sequitur Socin.in consil. 242.versic.quartò quia.lib.ij. Addo Paul.de Castr. in consi. 376.Licet iudex.lib.j. Vbi, si vniuersitas intentauit petitoriũ respectu pascui, dicẽdo illud pertinere ad ipsam vniuersitatẽ: si iudex pronũtiat vsũ pascui ad vniuersitatẽ pertinere, intelligitur pronunciasse respectu proprietatis, secũdũ naturã iudicij intẽtati, vt sit sentẽtia cõformis libello. Nec obstat d.l.j.§ assignare. quia assignatio liberti ita fieri põt & ęquè propriè per viã legati ac per actũ inter viuos. nam verbũ assigno, nõ repugnat legato sicut verbũ dono.

124

¶Secun

125 ¶Secũdò mouetur† Crotus. quia verba prolata à testatore in dubio debent intelligi simpliciter non secũdum quid. l. hoc legatũ. ff. de lega. iij. sed legatum non est donatio simpliciter & absolutè. Imò in effectu dicitur donatio causa mortis. d. l. illud. in prin. ff. de dona. cau. mort. & d. l. j. §. j. ff. si quid in frau. patr. & suprà latiùs est dictũ. Sed ad istud potest responderi, ꝙ imò intelliguntur, verba etiam secũdum quid, quando in eo quod venit secundum quid, est eadem vel maior ratio. l. si quis seruos. ff. de leg. iij. & declarat Pau. de Castr. in l. serui electione. §. j. j. eo. Sed eadem imò maior videtur ratio intelligendi dispositioné testatoris in vim legati, quã in vim donationis, ne testator fiat obligatus. Secũdò respõdeo, ꝙ licet legatũ propriè & simpliciter nõ dicatur donatio, tñ impropriè intelligatur verbum dono, vt intelligatur secundũ subiectã materiã & naturã vltimę voluntatis, vt suprà dictũ est. pro quo bonus tex. in l. Imperator. ff. de in diẽ addict. qui tex. allegatur ꝙ lex debet intelligi secundum materiã tituli sub qua posita est, & ꝙ verba debeãt impropriari, vt intelligãtur secundũ subiectã materiam, tradit Rota decis. 868. Factũ tale est, Testator. versi. & hanc opin. in antiquis. Alex. in cons. v. Puto de iure. libr. iiij. Dec. in consi. 388. Imò potius toleratur quod dispositio nihil operatur quàm vt non intelligantur verba secundũ subiectam materiã. l. si legati serui. ff. de leg. j. vbi si legatarius serui stipuletur ab herede seruum legatũ fugitiuũ nõ esse, illa stipulatio intelligitur secundũ subiectã materiã nec amplius tenetur heres ob eã stipulationẽ quã si interposita non fuisset. quia solùm tenetur heres præstare seruum qualis legatus est. Amplius etiam verba vniuersalia restringuntur vt intelligantur secundum subiectam materiam, seu secundũ naturã subiectę materiæ. gl. in c. j. in ver. ab omnibus. de consti. gl. in c. dilecto. in verbo vim. de sen. excom. lib. vj. Geminia. in cons. 29. circa fi. Deci. in l. j. C. ... admit. Ideo vt fit mentio de cautione sufficiẽti, intelligitur cum fideiussore, propter verbũ sufficiẽti. l. si mãdato ... §. fin. cum ibi no. ff. mand. Tñ istud fallit in materia ... nõ esset necessaria cautio cũ fideiussorib. quia intelligitur sine fideiussoribus, propter rationẽ subiectę materię ... de Butr. in c. si. de restitutio. spolia. Sequitur Alex. in cons. 35. versic. circa tertiam. libro iiij. si verba vniuersalia quę ... vis amplissima est vt omnia compræhendant. l. Iulianus ... de leg.

de legat.iij.l.à procuratore.C.manda.restringuntur tñ ratione subiectę materiæ, q d dicemus in simplici verbo dono.¶ Tertiò mouetur Crotus. quia verba in dubio intelligi debent vt cõpræhendãt donationẽ irreuocabilẽ quàm reuocabilẽ.l.Seia.§.fi.ff.de dona.causa mor.ergo in dubio testator donans censebitur donare irreuocabiliter, nõ legare: quia legatum reuocatur ad arbitrium.l.ꝙ si iterũ.ff. de adimen.lega. Addo gl.insti.de donatio.§.j.in versi.si q d humanitus.vbi ꝙ donatio non præsumitur causa mortis, nisi exprimatur.& sic in dubio iudicatur donatio inter viuos.Idem tradit Bal.in consi.107. Anno Domini.lib.ij.Sed respondetur ad istud fundamentum, ꝙ non videtur procedere in materia reuocabili, prout est vltima voluntas, quia voluntas † hominis declaratur secũdum subiectam materiam: vt s̃.dictum est. Rursus declaratur animus, & voluntas disponentis ex qualitate & modo procedendi. Ideò qñ princeps mandat aliquem citari, arguitur ꝙ intendit vti potestate ordinaria, non absoluta seu plenitudine potestatis. Roma.in consi.369. Similiter an partes litigauerint coram aliquo tanquàm corã arbitro aut arbitratore, cognoscitur ex modo procedendi. Bar.in l.societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio. Alex.in consi.55.lib.v.& dixi suprà nu.27. Eadem ratione ex modo procedendi, & testandi argui videtur voluntas testatoris, ꝙ voluerit legare nõ donare irreuocabiliter. 126

¶ Quartò mouetur Crotus † per text.in l.si auia.C.de iure deliberan.vbi Bald.in secundo notabi. Vbi ex testamento aditur hereditas, & aditio facta ex testamẽto reuocari non potest. Sed respondeo duobus modis. Primò ꝙ etiã in casu isto si appareret de vera, & simplici donatione, illa reuocari nõ posset. Sed de hoc non quæritur, sed illud quæritur an dicatur facta donatio vel factum legatum. Secundò respondeo, ꝙ in casu d.l.si auia. aditio necessariò inducitur ex illo actu, qui fieri nõ potest citra ius, & nomen heredis.l.pro herede.§.Papinianus.in fi.ff.de acquir.heredi.sed in casu nostro nõ ita necessariò inducitur donatio irreuocabilis, cũ possit valere actus in vim legati. 127

¶ Quintò adducit Crotus tex.in l.ex sententię.ff. de testa. tutela.& in l.vxori.§.j.ff.de falsis. quæ iura nihil faciunt. quia illa adscriptio notarij adscribentis se tutorẽ in testõ, non inducit actũ inter viuos irreuocabilẽ respectu ipsius testatoris quominùs testator possit reuocare talẽ adscri-

ptionem,& quominùs reuocato testamento censeatur reuocata talis adscriptio, licet adscriptio illa præiudicet ipsi adscribenti, vt excusari à tutela non possit. Simile videmus in eo qui consentit legato rei, in qua ius habet. nam præiudicat talis consensus ipsi consentienti ita vt reuocare non possit. l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pign. vel hypotheca soluatur. c. j. in princ. de prohibit. alienatio. feud. per Federi. tradit Ias. in l. cùm proponas. j. C. de pact. in consi. 13. in prin. in consi. 57. & in cõsil. 89. In sexto dubio libr. j. Et tamen nemo dixerit per talem consensum tertij fieri legatum irreuocabile respectu ipsius testatoris. & sic ex tali consensu non inducitur actus inter viuos respectu testatoris. Secundò respondeo ad illa iura, posito & non concesso per talem adscriptionem notarij induceretur actus irreuocabilis etiam respectu testatoris (quod ipsum tamen minimè conceditur) adhuc nihil facerent. quia respectu adscribentis non potest dici actus vltimæ voluntatis, cùm adscribens testamentum non faciat, neque codicillos. sed nos loquimur in testatore faciente actũ vltimæ voluntatis. Ex dictis tñ iuribus in d. l. ex sententia. ff. de testamen. tutel. & in d. l. vxori. §. j. ff. de falsis. colligitur notabilis ampliatio ad regulam, ꝙ consensus semel præstitus reuocari non potest, vt procedat etiam si præstetur cõsensus in actu sui natura reuocabili, prout in testamẽto. nam adhuc consentiens irreuocabiliter sibi præiudicat quò ad

128 se, licet non respectu ipsius testatoris. Si tñ testator † reuocet legata aut illa repudientur, consensus non præiudicat quia, sublato principali, corruit accessorium. ita probatur terminis text. in d. l. sicut. §. vẽditionis. ff. quib. mod. pign. vel hypotheca soluatur. in l. iiij. §. fi. in l. si debitor. §. quæritur. eo. titu. & in l. debitum. C. de remis. pign. ¶ Sextò argu-

129 † Ciotus, quando verba testatoris possunt inducere duplicem dispositionem quarũ vna sit plenior altera, in dubio comprehendunt dispositionem pleniorem. ca. si pater. de testamẽ. lib. vj. Vbi substitutio in dubio iudicatur directa quia illa est plenior obliqua. Ad idem adducit tex. in l. si ita scriptũ. la ij. & in l. si Titius. voluit allegare. l. si te solũ. §. j. ff. de heredib. insti. sed donatio est plenior legato. quia donatio non reuocatur, secus in legato. Sed ad tex. in d. cap. si

130 pater. respondeo, † quòd ideò substitutio in dubio iudicatur directa. non quia plenior aut pleniùs prouideat. Sed quia

quia fauorabilior pupillo, vt testatus decedat, & per eã grauamen non inducitur. Substitutio autẽ obliqua aut fideicommissaria dicitur odiosa: quia cõtinet onus. l. coheredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. no. in l. ex tribus. C. de inoffi. testam. & in l. precibus. C. de impuber. Ideò tanquàm odiosa substitutio fideicommissaria in dubio induci non debet. qa testator in dubio cẽsetur minus grauare heredem quàm fit possibile. l. vnum ex familia. § si rem. ff. de leg. ij. Et in fideicommisso ꝙ in dubio induci nõ debeat tradit Dec. in cõs. 336. in fi. & in consi. 465. Soci. in consi. 113. versi. vnde ex præmissis. lib. j. vbi Soci. ꝙ in dubio fit interpretatio pro herede contra fideicommissarium per tex. in l. apud Iulianum. §. Scio. ff. de lega. j. & in l. Titia cum testamẽto. §. qui inuita. ff. de lega. ij. Non obstat tex. in d. l. si ita scriptum. & in d. l. si te solùm. §. j. ff. de heredib. insti. nam ideò in dictis iuribus præualet institutio plenior quia nisi præualeret, poterat deficere testamentum deficiente conditione institutionis. Ideò præualet institutio pura, ne testator decedat intestatus. Et ꝙ ista ratio sit vera ad dicta iura probatur. Quia si in conditionali institutione datus esset substitutus casu quod deficeret conditio, præualeret vltima institutio conditionalis cessante metu, ne decedat testator intestatus: vt per gl. in d. l. si te solùm. & in l. si quis ita scripserit. in glo. ij. ff. de heredi. instit. Probatur etiam ista ratio. quia dictæ l. si te solùm. & l. si ita scriptum. non procedunt in legatis. Si quod purè legatum sit, legetur sub conditione. nam legatum vltimum præualet, modò non incontinenti ita legetur. l. non ad ea. ff. de conditionib. & demon. tradit gl. in d. l. si te solùm. §. j. ratio diuersitatis inter institutionem & legata est: quia in legatis cessat ratio ne corruat testamentum, & decedat quis intestatus. ¶ Septimò argumentatur Crotus † illud verbum dono, in genere prolatum in testamento est æquiuocum. nam potest referri ad donationem inter viuos, & ad legatum: ergo in dubio debet interpretari contra testatorem proferentem. l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo. ff. de contrahend. emptio. Sed retorqueo fundamentum contra Crotum. † Quia verba debent interpretari cõtra eum qui se fundat in verbis, & qui ex eis vult vtilitatẽ percipere. Albericus de Rosate in dict. l. veteribus. per dictam l. & per l. si in emptione. ff. de contrahenda emptio. & l. cùm quæritur. ff. de rebus dubiis. Sequitur Ias. in con-

131 and 132 (margin)

ſilio trigeſimonono.lib.j.Addo Imolam in cõſi.21.in princip.Sed legatarius eſt ille,qui ſe fundat in verbis, & ex eis commodum vult percipere: ergo contra eum fieri debet interpretatio.Ad idem adduco Calca.in conſi.17.& in cõſi. 25.vbi quòd verba quitationis dubia debent interpretari in fauorem quitãtis contra eum cui fit quitatio,& ſic qui vtilitatem percipit ex quitatione:quia verba debent intelligi ſecundum intentionem loquentis.l.nepos Proculo.ff. de ver.ſig.l.in ambiguo.ff.de reb.dub.niſi dicas aliud eſſe in contractibus,aliud in teſtõ:quia in teſtamento ſoli teſtatori poteſt imputari cur apertiùs locutus non ſit, cùm dependeat diſpoſitio ab eo ſolùm, & ſolus ipſe loquatur. ſecùs in contractu in quo ambo contrahentes loquũtur, & quòd verba teſtatoris interpretentur cõtra eum: adduco textum.in l.planè.la j.§.j.vbi Paulus de Caſtro.ff.de legatis.j.Vbi,quòd non ſtatur diſpoſitioni teſtatoris mandantis legatum ſpeciei multiplicari.quia talis multiplicatio eſt impoſſibilis. Nec obſtat. quòd multiplicatio fieri poſſit in æſtimatione:quia imputatur teſtatori cur nõ expreſſerit de æſtimatione.Secundò reſpondeo,quòd regula dicta.l.veteribus.quòd verba debent interpretari contra eum,qui ea protulit aut pactum appoſuit, non procedit, quando qualitas aut natura actus aliud ſuaderet.gloſ.in l. in lege.in gloſſ.fi.in fi.per illum textum.ff.locati. Sed qualitas actus,id eſt,vltimæ voluntatis in qua fit donatio,ſuadet vt fiat interpretatio pro teſtatore, & quòd intelligantur verba de donatione reuocabili ſecũdum naturã ipſius

133 vltimæ voluntatis.¶Octauò mouetur† Crotus per textum in l.filiusfamiliàs.§.penulti.ff.de donatio. vbi mandatum de donando reſtringitur ad donationem inter viuos, nec habet locum in donatione cauſa mortis. Sed reſpondetur ad illum textum,quòd procedit in actibus inter viuos, in quibus præſumitur quis ſentire de donatione inter viuos, non cauſa mortis.Secùs in teſtamento,aut alia vltima voluntate:quia tunc intelliguntur verba ſecundum ſubiectam materiam,& ſecũdum naturam ipſius vltimæ voluntatis, vt ſuprà ſæpè eſt dictum. ¶Ex præmiſſis confutata apparent omnia fundamenta Croti in hac quæſtione, vt difficili inclinari quis poſſit in opinio. contrariam. Placet tamen in iudicando, & conſulendo Croti ſententia ſecundum modificationes tamen infrà ſcriptas. Pro qua adduco Im:

co Imolam in d.l.miles ad sororem.ff.de legat.ij.vbi quòd verbum dono,ideò resoluitur in fideicommissum:quia valere non poterat in vim donationis,propter absentiam donatarij.vult ergo Imo.ꝙ vbi valere posset in vim donationis,non resoluatur in fideicommissum aut legatũ. Sequitur Cornæ.in d.consi.254.lib.iij.Probatur ista cõclusio efficaci fundamẽto.quia vt suprà dictum est, † appellatione 134
donationis,proprie venit donatio inter viuos pura & simplex,& illa sola verè & ꝓpriè dicitur donatio.d.l.j.in prin. & d.l.filiusfamiliâs.ff.de donatio.ergo de illa intelligi debent verba testatoris.quia etiam in dispositione testatoris verba propriè debent intelligi.l.non aliter.ff.de leg.iij. vbi ꝙ nõ receditur à proprietate verborum testatoris,nisi alter constet de eius voluntate.Nam † vbi constat de volũ- 135
tate testatoris,nõ curamus de proprietate verborũ.l.Proculus.ff.de vsufr.l.non dubium.C.de lega.l.quoniam indignum.C.de testa.l.ij.C.commu.de lega.Sed voluntas testatoris probatur ex verbis secundum eorum proprietatem: quia in coniecturando voluntatẽ disponentis nõ est recedendum à proprietate verborũ d.l.non aliter.l.j.§.si is qui nauem.ff.de exercitor.l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de supellect.lega.c.ad nostram.iij.de iureiur.Ideò videmus,ꝙ substitutio facta verbis directis non tranitur ad fideicõmissum:quia natura & proprietas verborũ repugnat.l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.Alibi scribit Pau.de Cast.in consil.185. Suprascriptus egregius dominus consultor.libr.ij.ꝙ proprio significatui verborum testatoris standum est,si aliter de sua intentione non constat ex aliis verbis per eũ prolatis vel aliter:d.l.nõ aliter.ff.de legat.iij.etiam si re vera alia fuerit eius intentio.l.si alij.ff.de vsufruct.lega.Subdit Pau. de Cast.ꝙ arguere voluntatem testatoris cõtra proprietatem verborum,est potius dicere,ꝙ testator aliter dispone re debuit quàm fecerit,quàm id quod fecerit, infringant.
¶ Ampliùs scribit idem Pau.de Castr.in consil.321.Visis & ponderatis.lib.j.ꝙ voluntas testatoris debet intelligi secũdum proprietatem verborum etiam contra piam causam. quia proprietas verborum communis est,tum piæ causæ, quàm non piæ.d.l.non aliter.& l.qui concubinã.in prin.ff. de lega.iij.Ideò dicit Baldus in l.si cum dotem.§.si pater.ff. solu.matri.quòd verba testamenti cautè sunt respicienda. Alibi scribit idem Bald.in consi.122.Verba testamẽti.in fi.

lib.j.ꝙ ponderanda sunt verba testamẽtorum, quæ pōdus in se magnum habent ad cognoscẽdum quid est, quæ Bal. dicta refert Ias.in l.si ancilla.in secundo notab.ff.de leg.j.
136 Ideò dicẽdum † est, ꝙ denominatio istius dispositionis fiat secũdum proprietatẽ verborum, quod ipsum voluit Curt. senior in cons.53.in prin. Et talis iudicari debet actus qualis à partibus denominatur quãdo effectus non repugnat verbis.l.ad probationem.j.C.de proba.l.sancimus.C.de fideius.Bal.in rub.C.de iure emphy.& in l.ij.C.cōmoda.tradit Soci.in cons.167.post prin.lib.ij.¶ Tenendo hanc opin. Crotii ita comprobatam restat, vt rñdeamus ad ea, quæ in
137 contrarium adducuntur videlicet, † ꝙ verbum dono prolatum in vltima voluntate videtur intelligendum secundũ subiectam materiam & secundũ naturã ipsius vltimæ volũtatis in donatione impropria, & reuocabili. & sic in vim legati: quia iura quæ adducuntur ad hoc, procedunt & loquuntur qñ secundum propriam significationem intelligi non possunt: nam tunc trahũtur ad impropriã necessario secundum subiectam materiã: vt patet in l.si vno.in prin. ff.locat. Vbi locator donauerat pẽsionẽ sibi debitam propter sterilitatẽ. nã intelligi non pōt donatio propriè cũ teneretur locator ad remittendũ propter sterilitatem. Ideò accipitur donatio pro remissione aut trãsactione. Idẽ probatur in l.insulam.ff.de præscrip.verbis. nã ibi verbũ vẽdidi, ideò impropriatur & exponitur pro tradidi: q̃a propriè stare non pōt in vim vẽditionis sine aliquo pretio. Similiter in l.si olei.C.locat. verbũ locasti, ideò impropriatur & exponitur.i.vsui, aut ad vsum cōcessisti: q̃a pro locatione ꝓpriè stare nō pōt nulla interueniente mercede: vt ibi declarat gl. Similiter in l.si tã angusti.ff.de serui. verbum via, impropriatur & exponitur pro itinere. q̃a actus valere nō poterat in vim cōcessionis viæ. Similiter in c.cōstitutus.de relig.do. verbũ pẽsio, sæpiùs repetitũ exponitur pro cẽsu: q̃a vt pẽsio propriè stare non pōt, cũ agatur ibi de contractu cẽsuali in quo nō cadit pẽsio sed census. Et idẽ inuenitur in aliis iuribus in quibus impropriãtur verba, ꝙ ideo fit, q̃a in propria significatione capi nō possunt. Et pro huiꝰ solutione adduco tex.in l.quibus diebus.§.j.ff.de condi.& demon. vbi, si dñs seruo, cui libertatẽ dedit, legatur ꝙ ipsi seruo debebat, valet legatũ. & exponitur verbũ debet, impropriè, i. naturaliter tatum: quia ciuiliter teneri dñs non poter

poterat.& hoc quia intelligendo de debito propriè & ciuiliter iuxta l.is cui.§.Flauius Hermes. ff. de solutionib.legatum verificari non potest.sed nullum redditur. & notat Socinus ibidem in quarto notabili. Ad idem quod scribit Socinus in dicta l.quibus diebus.§.primo, post Cumanũ, & Paulum de Castro ibidem. Vbi licet appellatione impensæ non veniat pretium rei, vt in textu dicitur. Tamen istud non procedit, quando nulla esset facta impensa. nam tunc impropriatur verbum impensa, & intelligitur de pretio rei, vt legatum verificetur. Ex quibus apparet impropriationem verborum tunc admitti quando aliâs in proprio significatu accipi verba non possunt. Sed secus est quando verba propriè accipi possunt: quia tunc impropriè intelligi non debent, sed verbum, dono, in casu, de quo agitur, propriè intelligi potest, & valebit dispositio: ergo ad improprium significatum trahi non debet, licet materia subiecta aut natura actus aliud suadere videatur. Sed magis in terminis pro hac solutione, ꝙ propter subiectã materiã verba non improprientur: quando aliâs actus valere potest, adduco tex. in l.j.C.si plures vna sententia fuerint condemnati. iuncta l.& puto.§.j.vbi gl.ff.fami. ercisc. nam in dicta l.j. si plures in solidum obligati, simpliciter cõdemnantur non in solidùm, intelliguntur condemnati viriliter non in solidùm secũdum proprietatem verborum. de qua in l.reos.§.cùm in tabulis.ff. de duobus reis. non autem intelliguntur verba sententiæ secundum subiectam materiã & secundum naturã obligationis. & tamen hoc modo sententia redditur iniusta: sed toleratur iniustitia sentẽtię potiùs, quàm improprientur verba, dummodò sententia valeat, licet materia subiecta suaderet quẽlibet in solidùm censeri condemnatum iuxta formã obligationis. Secus est vbi propriè intelligendo verba sententiæ, illa nihil valeret: vt in d.l.& puto.§.j.vbi gl.ff. familiæ erciscun. & ita arguit Socinus in l.si mihi, & tibi.§.j. circa finem.ff. de legatis primo. Nec obstat textus in dict. l.si legati serui.ff. de lega. primo. vbi, quòd potiùs toleratur vt ne verba operentur, quàm vt non intelligantur secundum subiectam materiã: quia ille textus hoc non probat. nam habet duplicẽ intellectum. Secundũ primũ illa cautio fuit interposita per errorem, cùm nõ teneretur heres cauere, nimirũ si redditur nulla propter errorem. Secundus intellectus est, ꝙ ibi in-

telligatur stipulatio s̄m naturam actus scilicet legati, vt præstetur legatus seruus qualis erat. T̄n non redditur cautio inutilis, imò valida respectu personæ ipsius heredis, si eius culpa factus sit seruus fugitiuus. Aliter etiā declarat illum tex. Ias. ibi, ꝙ illa stipulatio seruū fugitiuū non esse, venit accessoriè ad obligationē heredis. Ideò tanquā accessoria non pōt plus operari, quàm ipsa principalis obligatio facit, licet Ias. nō dicat. Quia fideiussor non pōt amplius teneri, quàm principalis: cū amplius esse nō possit in accessorio, quàm in principali re. §. fideiussores. insti. de fideius. Sed attenta ratione Ias. sequeretur, ꝙ vbi stipulatur quis de euictione pro re donata vel legata, nō valeret stipulatio cōtra l. Aristo. ff. de dona. l. pacisci. ff. de pact. l. ij. C. de euictio. ideò Albe. de Rosate in d. l. si legati serui. seqtur intellectū gl. & Dy. ꝙ ibi illa stipulatio interposita fuit per errorem. ¶ Non obst. aliud fundamentū factū contra Cro-
138 tum, † ꝙ ex modo procedēdi arguitur intētio disponētis, ob id quod in dubio iudicari debeat legatum nō donatio simplex, cū fiat in testō, ꝙ est reuocabile. Nā r̄ndeo retorquendo fundamentū: quia legatū non consueuit fieri præsenti, & acceptanti, cū præsentia & acceptatio legatarij nō sit necessaria. d. l. cùm pater. §. surdo. ff. de lega. ij. Ideò adhibendo præsentiā & acceptationē partis arguitur, ꝙ volue-
139 rit donare, non legare. Confirmatur ista r̄nsio. † nam facto non minùs declaratur voluntas disponētis atq; verbis. l. de quibus. vbi Ias. in quarto notab. ff. de legib. l. fi. ff. de diuer. l. Paulus r̄ndet non tantum verbis. ff. rem rat. habe. Imò fortiora sunt facta verbis ad declarandum volūtatem disponentis. l. si t̄n. §. ei qui. ff. de edil. edict. c. dilecti. ij. vbi Mod. de appel. Ergo adhibēdo præsentiam & acceptationē partis, dicendum est, ꝙ voluerit donare non legare. ¶ Secūdò respondeo ad argumentum, ꝙ in legato præsentia & acce-
140 ptatio non erat necessaria, sed tātùm in donatione. † Ergo præsentia & acceptatio censetur adhibita ob causam necessariam potiùs, quàm voluntariam. l. fin. C. de alim. pup. præstan. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de legat. iij. l. rē legat. ff. de admi. leg. gl. in l. sed si vir. ff. de dona. inter vir. & vxo. Bar. in l. ij. ff. de condi. & demon. in l. cùm seruus. & in l. continuum. ff. de ver. oblig. Tradit Abb. in consi. 116. in fin. lib. ij. Pau. de Cast. in cōsi. 133. Iste Martinus. & in consi. 410. Viso, & examinato puncto suprascripto ac etiam visa sententia.

lib. ij.

lib.ij.Roma.in consi.247.Primò dici potest.versi.est igitur videndum.& quod scribit Bal.in consi.351.Ioan.& Frederi, lib.v.vbi,ꝙ compromissum simpliciter factum præsumitur factum virtute statuti cogentis ad compromittẽdum. Similiter Dec.in consi.8.ver.non obstat successiuè.dicit, ꝙ potestas eligens assessorem videtur eligere prout à statuto tenebatur,quicquid dixerit Ias.in consil.12.libr.j.vbi, ꝙ compromissum non censetur factum ex necessitate statuti.Sed magis in terminis adduco Bal.in consil.35. Pater filio.lib.ij.& in consi.113.lib.v.vbi,ꝙ testator in dubio censetur prouidere in casu magis necessario.per no.in l.Gallus. §.videndum.ff.de liber.& posthu.Itaque dicendum est, ꝙ adhibita fuerit præsentia,& acceptatio donatarij ex causa necessaria,& sic vt fieret donatio non ex causa voluntaria, idest legati,in quo talis præsentia & acceptatio necessaria non erat.¶ Tertiò respondeo,† ꝙ in testamento nihil pręsumi debet dictum aut factum sine causa & sine ministerio alicuius efficaciæ aut operationis.l.si quando.in prin. ff.de legat.j.Imò verba testatoris impropriantur quando aliâs nihil operarentur.d.l.quibus diebus.§.dominus.vbi Bar.& alij.ff.de condi.& demon.Ideò ne illa adhibitio pręsentiæ & acceptationis donatarij superfluò dicatur facta, dicendum est,ꝙ voluerit testator donare non legare, & sic fit impropriatio,vt fugiatur superfluitas:quãtò magis verbum dono,intelligendum erit propriè,ne illud factũ præsentiæ & acceptationis reddatur superfluũ.quod vnicum fundamentum videtur efficacissimum.Ex quibus apparet latè,& efficacissimè comprobatam opinio.Croti, licet per alia media.Ista tñ opi.videtur tẽperanda,nisi ex præcedẽtibus aut sequentibus aliter appareret de voluntate testatoris,ꝙ voluerit legare non donare.putà si in aliqua parte testamenti fecerit mentionẽ de legato aut relicto facto tali:nam tunc verbum dono,videtur accipiendum pro lego aut relinquo.l.si seruus plurium.§.fi.j.eod.& quod scribit Bar.in l.Centurio.versi.vel quid si præcedentibus.ff.de vulga.vbi ꝙ verbum commune positũ directò in aliqua parte testamenti,etiam in alia parte censetur directò positũ. Secundò voluntas testatoris posset colligi ex verbis prolatis extra testamentum ante vel post, si dixerit, ꝙ volebat legare aut relinquere Titio per ea quæ scribit Ias.in consi. 64.libr.j.Tertiò videtur declaranda voluntas testatoris ex

(margin: 141 at "Tertiò respondeo")

qualitate personarum legatarij & notarij, si sint personæ vafræ & callidæ de quibus possit dubitari, quod curauerint apponi verbum dono, pro lego cũ illa præsentia & acceptatione. Quartò ex quãtitate rei donatæ quam verisimiliter non donasset testator ante eius mortẽ. Quintò, si testator superuixit testamento possidendo semper talia donata. nã ex actu possessionis subsecutæ arguitur eius volũtas, quod non intenderit donare. l. minimè. & l. si de interpretatione. ff. de legib. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedonianum.

142 ¶Sed alia cõnectitur † quæstio, quid, si testator promiscuè, aut mixtim legat & donat fundum Titio præsenti & acceptanti, an erit donatio vel legatũ. Crotus dicit posse attentari, quod sit donatio inter viuos & irreuocabilis, per tex. in l. non solùm. §. fi. ff. de vsucap. vbi quando in dispositione ponuntur duo verba diuersæ naturæ, tunc verbum importãs contractum efficaciorem præualet, & trahit ad se verbum importans contractum minoris efficaciæ, & sic denominatur contractus à verbo efficaciori. quem text. ad hoc citat Roma. in consi. 509. versi. tertio probatur. post Barto. in l. si quis ante. ff. de acquir. posses. Ad idem allegat text. in l. si te solùm. §. j. & in d. l. si ita scriptum. la secund. ff. de heredib. instituen. Sed verbum dono, est efficacius verbo lego: ergo &c. Sed tex. in d. l. non solùm. §. fi. non videtur facere. Nam ibi ideò præualet conductio, quia precarium adhibitum fuit, non vt rogans possideat, sed vt ei tanquàm conductori retinere liceat: vt expressè dicit text. & sic vnum fiebat propter alterum: ideò illud attenditur cuius cõtemplatione fit. l. si ita fuero stipulatus. & l. sequen. ff. de nouat. Secũdò respondeo retorquendo illum textum. nam ibi præualet conductio, quia per eam possessio non transfertur, seu conductor non possidet, sed solùm detinet. l. non solùm. §. quod vulgò. ff. de vsucap. sed per precariũ transfertur possessio naturalis in rogantem. l. & habet. §. eum qui. ff. de precar. ita declarat Bar. in l. si quis ante. ff. de acquiren. possess. & sic præualet, quod est minus. & notat idem Barto. in l. interdum. ff. eo. titu. de acquir. posses. Alexan. in consi. 121. lib. v. Tertiò contra Crotum in hac quæstione arguo sic, verbum dono, videtur generale, & æquiuocum, seu dubium aptum comprehendere multas species donationum. glo. instit. de donatio. in prin. & supra dictum est: legatum autem dicitur vna species donationis. d. l. legatum. ff. de legatis ij. Li

ij. Et sic nos sumus † in illa difficultate, quando copula po- 143
nitur inter genus & speciem, an species deroget generi, & restringatur genus per speciem. de qua materia habetur per Dy in regu. generi de reg. iur. lib. vj. & per Bar. in l. quęsitum. §. penulti. ff. de fundo instructo. Ita in copula posita inter genus, & speciem. dicit Barto. in l. si is qui ducenta. §. vtrùm. ff. de reb. dub. Soci. in consi. 223. lib. ij. Videndum est igitur, quando testator dicit lego, & dono, an verbum dono, restringatur per verbum lego, vel econtrà. Et ad hunc modum reducendo difficultatē nihil obstant adducta per Crot. videlicet tex. in d. l. non solùm. § fi. ff. de vsuc. quia verba de quibus ibi, erant specialia, non etiam posita erat copula inter genus, & speciem. Sed tamē considerandū quia necessario videtur dicendum, ꝙ verbum dono, capiatur in specie, aliâs sequeretur absurdum, ꝙ testator voluerit sentire de pluribus donationibus aut speciebus donationū. Et tunc verba intelliguntur in genere, quando sunt verba generalia plura bona aut plures res compræhendentia: & constat de voluntate disponentis, ꝙ de pluribus rebus voluit disponere. Secùs in verbo generali quod ad res nō refertur, sed ad modos significandi. Nam si in genere capiatur, dispositio redditur incerta, & obscura: quia genus parit obscuritatem. l. in tradendis. ff. commu. prædior. l. ita fidei. ff. de iure fisci. quæ incertitudo non consideratur in eo genere quod bonorum aut rerum pluralitatem compræhendit: imò tunc dispositio dicitur certa ad omnia pertinens, quæ cōtinentur sub genere. Ideò quando testator dicit, dono, si quæritur de rebus donatis, donatio dicitur certa, si de specie donationis capiendo verbum dono, in genere, donatio erit incerta, an sit inter viuos aut causa mortis vel alia. Facit etiam, quia verba † in dubio debent intelligi 144
in specie non in genere. l. hoc legatum. vbi Bar. ff. de legat. iij. Bar. in l. j. in fi. prin. ff. de eden. Curti. Senior in consi. 40. Dicendum est igitur necessariò, ꝙ testator intellexerit de donatione in specie. Et quærimus de qua specie donationis intellexerit. Et hoc modo cōsiderando procedit argumentum, aut fundamentū Croti, ꝙ in dubio videtur intelligēdū illud verbū de donatione inter viuos irreuocabili. Et quod illud verbum tanquā pleniùs, & efficacius vincat verbū lego, multò debiliùs, & sic iudicetur donatio inter viuos. Sed vltra Crotū cōfirmo istud dictū ex illa commu-

145 ni doctorum conclusione, ꝙ vbi cōtractus† pluribus modis iudicari potest, in dubio fit denominatio ab eo, de quo magis participat. Bar. in l. Aristo. ff. de donationib. per tex. in c. ad quæstiones. de rerum permutatione. vbi quando fit permutatio, licet ex altera parte detur aliqua pecunia propter maiorem valorem eius partis, tamen dicitur permutatio, quando res ipsa excedit pecuniam: secus si pecunia excederet rem: quia tunc diceretur venditio. tradūt Alex. & doctores in l. ij. in prin. ff. si cer. pet. Sed quando testator legat & donat alicui præsenti, & acceptanti, actus magis participat de donatione inter viuos, quàm de legato. Patet, quia duo concurrunt in donatione inter viuos. Primò donatio, secūdò præsentia & acceptio donatarij. Ideò verbum dono, vallatum præsentia & acceptatione donatarij debet plus posse quàm simplex verbum lego. argu. authét. itaque. C. commu. de successio. ¶ Secūdò confirmatur istud
146 dictum. nam † denominatio actus sumitur ex accidentibus, & circunstantiis. Accidentia enim & circūstantiæ maximè conferunt ad cognoscendum quod quid est: secundum Aristotelem primo de anima. quem refert Bal. in rubrica. ff. de rerum diuision. Socin. in consil. vj. lib. j. ergo illa adhibitio præsentiæ, & acceptationis donatarij arguit ꝙ testator voluerit donare, non tantùm legare. ¶ Tertiò con-
147 firmatur. † Nam quando hinc inde concurrunt qualitates, quod actus possit iudicari secūdum vnam qualitatem vel aliam, denominatio debet fieri secundum illam qualitatem, quæ est fortior. Aretinus in consi. 55. ante finem versi. Secundo respōdemus. facit textus in l. cùm quæritur. ff. de statu hominum. sed fortior est qualitas donationis, quam
148 legati: ergo &c. ¶ Quartò in dubio † censetur, quis actum facere eo modo, quo efficaciùs potest. Ideò in dubio censetur quis pronunciare vt arbiter, non vt arbitrator. quia sententia arbitri dicitur efficacior. Alexā. in l. si seruus. § si numerus. ff. de legat. j. Sed efficacior est actus donationis,
149 quàm legati: ergo &c. ¶ Quinto quando † dubitatur de nomine actus, denominatio fit à potentiori. Ideo in nobilitate filij an dicatur nobilis vel non, inspicitur persona patris non matris. quia pater dicitur causa formalis, mater autem materialis, seu mater dicitur materia in quam for-
150 ma agit: † sed forma dicitur potentior materia. Ita Bald. in l. fina. C. de seruis fugitiu. sequitur Iason in l. prima. in princip. in

cip.super gloss.j.ff.de verborum obligatio.Modò donatio est potentior legato: ergo vbi concurrunt circa idem verbum dono,& verbum lego, prævalere debet verbum dono,tanquàm potentiùs.¶Sextò adduco quod scribit Geminia.in capit.si duo.per illum textum.de offi.delegat.lib. vj.† Vbi quando permiscentur duo,quorum vnum est potentius altero,potentius trahit ad se naturam minus potenti, etiam si minus potẽs excedat in numero,quod potentius est.sequitur Iason in consil.74.libro iij.Itaque dicendum videtur in ista mixtura verbi dono, & lego, quòd verbum dono, tanquàm potentius trahat ad se naturam verbi lego,minus potentis.Stringo fortius argumentum: quia hic verbum dono, quod est potentius,excedit verbũ lego,in numero, idest in alia qualitate.quia adhibita est præsentia & acceptatio donatarij.¶Septimò† quando in casu mixto est aliqua qualitas præponderans illa attenditur.l.cùm quæritur.ff.de statu homin.Angel.in consil.342. Deci.in consil.352.sed verbum dono, præponderat verbo lego: ergo &c.¶Ex præmissis infertur, quòd siue donet simpliciter testator alicui pręsenti & acceptanti,siue leget & donet alicui etiam præsenti & acceptanti valet dispositio vt donatio inter viuos & irreuocabilis: licet fiat in testamento,aut in alia vltima voluntate.Sed idem † videtur si fiat donatio eiusmodi absenti,quando notarius stipulatur & acceptat pro absente: quia stipulatio & acceptatio notarij validat donationem factam absenti.Barto.in l.ij.ff. rem pupil.sal.fore.Barto.in l.per diuersas.quæst.14.C.mandat.cum simil.vt per Alexan.in l.stipulatio ista.§.si stipuler. ff.de verborum obligatio.Deci.in cõsi.293.Nam notarius dicitur seruus publicus.§.cùm autem.institu.de adoptio. dicta l.ij.ff.rem pupilli saluam fore.c.fi.de fide instrumentor. Ideò tãquàm persona publica cuilibet potest stipulari & acquirere.Sed tamen in isto secundo casu quando testator legat & donat alicui præsenti & acceptanti, Tutius putarem,quòd dicatur legatum non donatio:quia vbi in dispositione concurrunt duo verba inuicem non repugnantia quorum vnum inest alteri seu inesse potest, tunc iudicatur vt vnus actus tantùm,& vnus resoluitur in alterum. puta si fiat commissio alicui prout arbitratus fuerit & voluerit,licet ista verba videantur diuersæ naturæ:quia verbum arbitratus, significet arbitrium boni viri, & verbum

151 152 153

voluerit, liberam voluntatem. Tamen ex quo vnum inest alteri, quia in arbitrio inest voluntas, nec reperitur arbitrium sine voluntate: ideò resoluuntur illa verba si arbitratus fuerit & voluerit, idest, si voluntariè arbitratus fuerit. Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, videbitur: ante finem versic. sed quid si apponuntur. Modò in legato inest donatio: ergo illa verba lego & dono, exponi debent idest legando dono. ita istam declarationem aut limitationem ad d. l. non solùm. §. si. tradit Natta in repetitio. clem. sæpè. in princip. de verborum significatio. Et per istam limitationem ita contra Crotum tenet Iaco. de Nigris hîc, nume. 24. & ex hac limitatione apparet responsio ad omnia contraria in quibus vnum non inest alteri, nec sunt similis naturæ.

154 ¶ Caueant tamen † notarij & alij callidiores testatoribus assistẽtes ne omisso verbo lego, præter voluntatem testatoris & eo ignorante virtutem verborum scribant testatorem donare alicui præsenti & acceptanti: cùm intentio testatoris nõ esset, vt donaret irreuocabiliter: sed solùm legaret aut donaret causa mortis. Et qui talibus vafriciis aut cautelis vtuntur, ad gehennam ædificant. Proinde diligẽter interrogandus est testator de voluntate sua an donare intendat omninò & irreuocabiliter, aut legare tantùm, vel donare causa mortis & reuocabiliter.

155 ¶ Sed quid † si testator promittit soluere legatum legatario præsenti & acceptanti, an poterit legatum reuocari nõ obstante tali promissione acceptata. Pau. de Castro in consilio 185. Super primo puncto in quo maior est vis. libr. primo. tenet quòd sic. allegat Barto. in l. legatum est. circa fin. ff. de lega. ij. sequitur Boëri. in decisio. Burdeg. quæst. 204.

156 ¶ Præmissa conclusio, † quòd vbi testator donat simpliciter vel legat & donat alicui præsenti & acceptanti, dicitur donatio inter viuos non legatum aut donatio causa mortis, non procedit quando vt inter viuos valere non potest: puta si excedit quingentos aureos. l. sancimus. C. de donatio. nam tunc iudicabitur vt donatio causa mortis vel vt legatum ad hoc vt valeat. Ita Crotus hic per regulam generalem: quia non præsumitur testator elegisse viam ad impugnandum iudicium suum. l. iij. ff. de testamen. milit.
¶ Secundo magis in specie mouetur per tex. in l. apud Celsum. §. j. ff. de exceptio. dol. vbi donatio facta ab infirmo ad commodum vxoris, valet vt donatio causa mortis, licet de morte

morte non sit facta mentio. quia valere non potuit vt donatio inter viuos. toto titul. ff. & C. de dona. inter virum & vxorem. & sic limitatur text. in dicta l. Seia. §. fina. ff. de dona. cau. mort. ¶ Tertiò mouetur Crotus auctoritate adducendo Pau. de Castr. in consil. 75. Notandum est, quòd præfatum statutum. libro secundo. secundum impressionem nouissimam. Socin. consilio 130. libro primo. vbi si quis donet causa mortis omnia bona præsentia & futura cum iuramento & pacto de non reuocãdo, licet illud pactum de non reuocando faciat eam valere vt inter viuos, maximè cum iuramento. l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mortis. Tamen quia valere non potest vt inter viuos, cùm auferat liberam facultatem testandi. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obliga. & not. in l. final. C. de pactis. valebit vt donatio causa mortis. Addo vltra Crotũ, quòd idem tenet Socin. in consilio 137. libr. j. Idem tenet decisio Neapolit. decis. 338. Addo etiam Bal. in consil. 108. Domina Ioannna. libr. iij. vbi, quòd donatio adulti quæ valere non potest vt donatio inter viuos ob non seruatam formã statuti in contractibus minorum, valet vt donatio causa mortis, in qua solennitas statuti nõ requiritur. Ad idem adduco Cornæum in consi. 259. lib. iiij. vbi, quòd donatio iudicatur inter viuos vel causa mortis prout melius valere potest. quia si interpretando causa mortis non valeret, interpretabitur vt inter viuos & econtrà. Idem econtrà † quòd 157
vbi donatio secundum verba esset causa mortis. Tamen si vt causa mortis valere non potest: vt quia coram testium numero non legitimo facta: iudicatur vt donatio inter viuos, quando vt inter viuos valere potest. Petrus & Cynus. in l. licet inter priuatos. C. de pactis. Alex. in dict. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obliga. & in l. quæ dotis, vbi Iason. in septima limitatione. ff. soluto matrim. Socin. in d. consi. 137. lib. j. Cornæ. in consi. 124. & in d. cõsi. 259. versi. aduertendum tamen est. lib. iiij. Fortiùs dico, † quòd 158
vbi fieret donatio causa mortis alicui absenti in testamento, licet vt donatio valere nõ possit propter absentiam: valebit tñ vt fideicommissum, si adsit numerus testium legitimus ad fideicõmissum. l. si donatio. C. de donatio. vbi, donatio quæ nõ valebat, si testamẽto confirmata sit, debetur vt fideicommissum. not. Bar. in l. j. in fi. ff. de dona. cau. mortis. Roma. in consil. 171. Pro decisione. Corne. in consil. 254.

lib.iij.Dec.in consi.184.& in consil.196.Sed quid,si fiat donatio causa mortis extra testamentum absenti an valebit in vim fideicommissi,vt heres legitimus, aut testamentarius dicatur grauatus de restituendo donatario bona donata causa mortis,puto quòd sic.nam eadem videtur ratio ac si fieret in testamento.& pro hoc videtur text.in d.l. miles ad sororem.& in d.l.cùm pater.§.donationis.ff.de lega.ij.in quibus iuribus nihil dicitur de testamento facto. Imò in d.§.donationis.expressè dicitur, ꝙ mater donatrix decessit ab intestato relictis plurib.filiis hęredib.Et tñ donatio ibi valet in vim fideicõmissi.Idem tradit Roma.in consi.513.vbi non apparet de aliquo testamento, & tñ valet donatio cã mortis in vim fideicõmissi, cùm iure donationis valere nõ posset propter absentiã donatarij. Præmissa
159 tñ cõclusio,† ꝙ donatio quæ valere non potest vt inter viuos,valet vt causa mortis & econtrà,non videtur procedere quando constaret de mente disponẽtis limitata ad vnã speciem donationis inter viuos vel causa mortis:quia tũc si non valet donatio vt agitur,non valet vt valere potest.l. non codicillum.C.de testa.& suprà dictum est. ¶Dictũ est supra,ꝙ licet legatum dicatur donatio.tamẽ appellatione donationis propriè & strictè non venit legatum.Sed quid,
160 † si fiat legatum adiecta clausula,ꝙ reuocari non possit,an tunc erit donatio propriè,& sic donatio inter viuos.Istam q.format Crotus hic.In qua arguit pro & cõtra, nec videtur firmare.Primò igitur arguit,ꝙ sit donatio inter viuos per tex.in l.vbi ita donatur.ff.de dona.cau.mortis.per quẽ tex.ita dicit consuluisse Roma.in consi.293.vbi etiam Roma.considerat,ꝙ donatio potest fieri in testamento.glo.& doct.in l.heredes palam.§.fin.ff.de testam.& suprà abundè dictum est.Secundò considerat,ꝙ per talem donationem non aufertur libera facultas testandi,sed solùm restringitur in re legata:per tex.in l.cùm ita legatur.ff.de condi.& demon.Vbi libertas matrimonij licet in totum tolli nõ possit,restringi tamen potest.Addo vltra Crotum ꝙ idẽ tenent Roma.& Alexã.in l.stipulatio hoc modo concepta ff.de verbo.obliga.Alexand.in consil.83.versicu.nec etiã prædictis obstat.libr.ij.Socin.in consi.72.versicul.ad idem lib.3.dum allegat Bald.in l.sancimus.C.de testamen.Idem tenet Deci.in consi.293.Sed contra istud dictum Roma.ar-
161 guit Crotus per reg.l.cum precario.vbi † quòd non valet

pactum

pactũ cõtra substantiã actus. ideò cùm legatũ sit reuocabile ad arbitriũ, non debet valere clausula, ꝙ reuocari nõ possit. Nec obstat secũdũ Crotũ, textus allegatus per Romanũ in d.l. vbi ita donatur. ff. de donationib. causa mortis. vbi valet pactũ cõtra substãtiã donationis causa mortis, & facit illã valere in vim donationis inter viuos. q a responde dicit Crotus. vt per Bar. in d.l. vbi ita donatur. Bartolus vult, ꝙ pactũ cõtra substantiã actus nõ valet. d.l. cũ precario. Sed istud nõ procedit qñ ex tali pacto actus posset trãsire in aliũ actum, seu in nomẽ alterius actus, & natura aut significatio verborũ pateretur talẽ trãsitum: putà de donatione causa mortis in donationẽ inter viuos. Nã verborum significatio istud patitur: quia potest intelligi ꝙ propter mortẽ, aut mortis causam donare voluerim inter viuos, ita ꝙ mortis cogitatio fuerit causa impulsiua ita donandi: secùs vbi significatio verborũ talẽ transitũ non patitur. quia tunc pactũ vitiatur, & nõ vitiat actũ. Et sic vult Bartolus, ꝙ donatio causa mortis nõ posset trãsire in aliud nomẽ cõtractus secundũ significationẽ verborũ pactũ de nõ reuocando adiectũ donationi causa mortis vitiaretur, non etiam vitiaret ipsam donationẽ. Sed significatio verbi lego, non patitur transitũ de legato in donationẽ inter viuos, cùm ista sint penitùs diuersa legare, & donare inter viuos: ergo videtur talem clausulã donationis legato appositã non valere. Sed hîc aduertendũ contra Crotũ. nam imò videtur, quòd verbum lego, patiatur istum transitum in donationem inter viuos. quia † legatũ dicitur donatio, 162
& æquiparatur donationi causa mortis. l. fin. C. de donatione causa mortis. l. illud. in principio. ff. eodem titu. l. j. §. j. ff. si quid in fraudem patroni.

¶ Secũdò cõsidero, quòd aliud videtur dicere an possit relinqui legatum cum clausula de non reuocando: aliud cũ clausula, & si contingat me reuocare legatum, ex nunc illud dono. quia quando testator expresse donat in casũ reuocationis, nõ agitur de transitu habendo de vno actu in alium non nominatum, sed de faciendo alium actum expressè prouisum per disponentem.

¶ Tertiò considero † contra Crotum posito, quòd legatũ 163
non dicatur propriè donatio vt suprà visum est: tamẽ dicitur donatio largè & impropriè. dict. l. legatum. ff. de legat. ij. sed vt actus valeat, verba improprientur. dict. l. si vno. in

principio.ff.locati.l.insulã.ff.de præscrip. verb.l.dãni infecti quidã.in princip.ff.de dãno infect. & suprà latiùs dictũ est.nu. 3. ergo vt illa clausula, ꝙ reuocari legatũ nõ possit, valeat & nõ vitietur, dicẽdũ est ꝙ legatum accipiatur pro donatione. Et hoc notandũ est valdè pro declaratione doctri.Bart.in d.l.vbi ita donatur. ff.de donatio. causa mortis.vt procedat, etiã qñ vnus actus potest transire in nomẽ alterius actus, saltem largè & impropriè. Quod tñ sanè est intelligẽdũ, qñ fieret legatũ præsenti & acceptãti, vel absenti notario tamẽ pro eo stipulãte. quia aliâs clarũ est, ꝙ legatũ non valeret in vim donationis. quia etiã si expressè fieret donatio, illa tñ non valeret propter absentiã d.l.absenti.ff.de donationib.gl.in d.l.j.C.de donation.causa mortis. Et si dicatur tu vis, ꝙ improprietur verbũ lego, & capiatur pro dono, vt clausula valeat de nõ reuocãdo, nõ etiã vitietur, sed hoc modo vt sustineatur illa clausula, vitiatur legatũ. Respondeo, ꝙ imò nõ vitiatur actus legãdi ex quo valet in vim donationis: & sic nõ modò nõ irritatur actus, imò fit fortior & efficacior. Nec obstat ꝙ nõ valet vt legatum: quia istud fit propter voluntatem disponentis cõseruandã, quæ dirigitur ad actũ irreuocabilẽ donationis. Et
164 vbi † cõstat de voluntate testatoris, non curamus de proprietate verborũ.l.Proculus.ff.de vsufruct.l.non dubiũ.C. de legat.quæ duo iura ad hoc citat Alex.in cõsi. 52. lib.iiij. Adidẽ textũ l.quoniã indignũ.C. de testament.& in l.ij.C. cõmu.de lega.quæ duo iura ad hoc citat Iason in l.Lucius. ff.de.vulga.& pup. ¶ Quartò cõsidero vltra Crotum, quod cõtra Romanum in dict.consi.293. videtur tenere idẽ Romanus in consi.171. Paulus de Cast.in l.stipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verborũ obligationib.& in consi.420. Viso, & examinato dicto casu.in secũdo dubio.lib.ij.Alexander in cõsi.156.lib.vij.Curtius iunior in consi.56.in quibus locis volunt memorati patres, ꝙ si testator donet res legatas in casum quo cõtingat legatũ reuocari, nõ valet donatio, sed maneat legatũ reuocabile secũdũ naturam suam: quia talis donatio in casum mutationis aut reuocationis legati videtur auferre liberã facultatẽ testandi. nam metu donationis factæ, si cõtingat testamẽtũ mutari, abstinebit
165 testator ab alio testamento. † quia cõdendo aliud testamentũ, legata in priori testamẽto cẽsentur reuocata: non autẽ repetita in secũdo testamẽto, nisi expressè dicatur.l. iure.

iure.ff.de leg.iij l.nisi.§.itẽ si ipse.ff.si cui plus quã per legẽ Falcidiã.Paul.de Cast.in dict.cõsi.420. in secundo dubio. lib.ij. Et si dicatur quare abstinebit testator à secũdo testamẽto metu donationis, si omninò fiat legatũ irreuocabile, etiã nõ mutato testamẽto? Respõdeo, ꝙ licèt fiat irreuocabile quò ad testatorẽ: tamen fieri potest nullũ, seu quasi caducũ si legatarius præmoriatur testatori. quia legatum nõ transmittitur ad heredes mortuo legatario ante testatorẽ.l.vnic.§.pro secundo.C.de caducis tollen. Rursus testator dum viuit, percipit cõmoda legatorũ: & tamẽsi mutaret testamentũ aut reuocaret legatũ, & illud transiret in donationẽ, statim perciperet donatarius cõmodũ donationis. Quid tenendũ † in ista difficultate, distinguẽdi sunt 166
tres casus. Primus casus est, quando testator donat alicui præsenti & acceptãti cum clausula, ꝙ reuocari nõ possit, & iste casus est sine dubio, cùm fieri possit donatio in testamento. Secũdus casus est, qñ testator simpliciter donat alicui præsenti & acceptãti sine clausula, ꝙ reuocari nõ possit. & iste secundus casus plus habet dubitationis: tamẽ suprà cõclusum est, ꝙ valeat donatio inter viuos cum quinque tamẽ modificationibus. Vnã tamen dubitationẽ mouet nõ mediocrẽ videlicet de textu in l.iij.in principio. ff. de liber.lega. vbi, si testator dederit chirographũ debitori suo, talis donatio vim habet fideicõmissi. est verũ ꝙ Bartolus in l.legatũ est.ff. de legatis.ij.intelligit illũ textũ, quãdo traditur chirographum expressa causa legati, & sic ex causa legati nõ simpliciter. Aliter etiã respondet Bartolus in d.l.iij. ꝙ ibi fuit datum chirographum expressa causa mortis, & sic vult Bartolus, quòd sit donatio causa mortis, vim fideicõmissi habens. Tertius casus est, quãdo legatur alicui præsenti & acceptanti cum pacto, quòd reuocari nõ possit, & valet legatũ in vim donationis, propter clausulam de non reuocãdo, & transit legatũ in donationem inter viuos: quia isto casu non dicitur auferri libera facultas testandi. nam postquàm donatio perfecta est, nihil est quòd deterreat donantem à testãdo, nõ magis atque si donasset inter viuos & extra testamentũ. & ita procedat quod dicunt Roma. & Alex. in d.l.stipulatio hoc modo cõcepta. & idem Roma. in d.cõsi. 292. Albe. de Rosa. in rub. C. de dona. quẽ refert & sequitur Ias. in l.quotiens. versi. limitat tamẽ. C. de rei vendic. addo Abbatẽ in consi. 95. in princip. lib. ij.

Quartus casus est, quãdo fit donatio in defectum, aut in pœnã mutationis testaméti vel legati casu quo contingat mutari testamétũ aut legatum reuocari, & nõ valeat: quia tunc videtur tolli per indirectũ libera facultas testandi. & ita procedãt quæ scribit Roma. in dict. cõsi. 171. Paulus de Cast. in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. Alex. in dict. cõsi. 156. lib vij. Curtius iunior in dict. cõsi. 56. quam distinctionem sensit Iason in cõsi. 169. lib. iiij. Et si dicatur ista distinctio videtur verbalis potiùs quàm realis. Nam quando fit legatũ cum clausula, ꝙ reuocari non possit, etiã tollitur facultas testãdi quò ad legata irreuocabiliter. Respondeo, ꝙ facultas testãdi hîc cõsideratur respectu bonorũ, quæ sunt in dominio testatoris, sed legata irreuocabiliter non sunt ampliùs in dominio: quia cedunt in causam donationis, aliâs sequeretur, quòd in testaméto donare quis nõ posset irreuocabiliter. Secùs quãdo nõ fit legatũ simpliciter irreuocabile, sed solùm fit donatio in casum quo cõtingat reuocari. quia dominiũ remanet penes testatoré, nec illud amitti potest in pœnã reuocationis legati aut mutationis testaméti. Sed iterũ opponitur, si legatũ fieri potest cũ clausula, ꝙ reuocari nõ possit, vt statim sit donatio, quare non debet valere cum illa causula, ꝙ si contingat illud reuocari, vim habeat donationis. quia quod purè legari potest, id etiã sub cõditione legari potest, nisi sit turpis aut impossibilis. tot. titu. ff. de cõditionibus, & demonstratio & de cõditio. insti. Respondetur ꝙ imò ista cõditio est turpis & impossibilis de iure: quia per eam tollitur libera facultas testãdi. Sed tertiò opponitur, ꝙ imò nõ videtur ista conditio turpis, nec aufert facultaté testãdi: imò poterit testari respectu aliorum bonorum, licet legata transeant iñ donationem. nam etiã si non testatus aliter esset, valuissent. Respondeo quòd valuissent ex voluntate ipsius testatoris non reuocantis, quando non vult reuocare: sed quando nõ reuocat metu donationis valerent contra voluntatem.

167 ¶ Quærit etiã † Crotus hîc si testator tradit rem legatam legatario, an possit legatũ iam traditum reuocari? in qua quæstione refert opiniones contrarias nec determinat. In hac quæstione vna fuit opinio Bal. in l. ij. versicu. Sed iuxta prædicta quæro. C. de iure dotium. vbi, quòd talis præstatio legati in vita testatoris, habet tacitam relationem ad legatum, in quo mors testatoris requiritur: vnde potiùs

videtur testator præuenire in præstatione legati præcedentis, quàm inter viuos donare. Idem tradit Baldus in l. j. C. si quis omissa caus. testa. vbi quòd traditio rei legatæ facta in vita testatoris, assumit naturam donationis causâ mortis, & consequenter potest reuocari: per l. Lucius. la j. ff. de lega. ij. Idem in effectu voluit Baldus in l. filia legatorum. in princip. C. de lega. vbi legatum dotis factum filiæ si præstatur in vita patris, non confertur. quia talis præstatio venit ad executionem, aut implementum legati, & sumit naturã ipsius legati. Certè si diceretur data dos inter viuos nõ ex causa legati, esset locus collationi si talis præstatio in vita testatoris retinet naturam legati: ergo nõ fit irreuocabile. Altera fuit opinio Bart. in l. legatum est. ff. de lega. ij. vbi Bartolus distinguit, quòd aut fit præstatio legati in vita testatoris ex causa ipsius legati expresse, & tunc retineat naturam legati, & possit reuocari. l. cùm quis decedens. §. j. ff. de lega. iij. l. iij. in princip. ff. de liberatio. legata. Aut fit præstatio legati in vita testatoris simpliciter nõ expressa causa, & tunc transit legatum in donationem inter viuos, nec potest reuocari: per glo. in d. l. legatum. dum allegat dictam l. Lucius. ff. de lega. ij. & istam doctrinam Barto. sequitur Iason in l. filiæ. C. de collationi. In quo tamen aduerte: quia Iason pro eadem opinione allegat Baldum in locis suprà allegatis, in quibus Baldus tenet totũ cõtrariũ, & sic infidelis est Iason recitator, quod ipsum & aliis in locis nõ vnquàm admittit. Addo ꝙ doctrinã Bart. in d. l. legatum. ff. de legat. ij. sequitur Pau. de Cast. in consi. 393. Substitutio. lib. j. Et vbi traditur legatum in vita testatoris, licet non transeat in donationem: quia expressa sit causa legati, non requiritur aditio hereditatis ad eius validitatem cùm nullus sit heres qui reuocet. Iason in l. eam quam. versicu. vltra Barto. adde sextum casum. C. de fideicommis. & licet heres legitimus posset euincere: tamen assumit naturam donationis causa mortis, in qua aditio non requiritur: vt ibi per Iasonem post Bald. in dict. l. j. C. si quis omissa causa testa. ¶Sed aduertendum circa istam doctrinam Barto. dum distinguit, an traditio legati fiat simpliciter, aut expressa causa legati. nam videtur quod traditio simpliciter facta per se nihil operetur, nisi intelligatur facta ex causa legati præcedentis. Etenim traditio simplex & nuda à causa nihil operatur. l. nũquàm nu-

da.ff.de acqui.rer.domi.ergo nisi dicamus factam censeri traditionem ex causa legati, remanebit traditio nuda & nullius effectus: quia per eam non transfertur dominiũ, nisi procedat causa habilis ad transferendũ: consequẽter reuocari poterit talis traditio.l.nunquã nuda.ff. de acqui. rer.dom. Secundò cõsidero contra Bartol.quòd si velimus dicere traditionẽ rei legatæ simpliciter factã, in dubio cẽseri factã ex causa legati: ergo poterit præstatio aut traditio reuocari. ¶ Sed subtilius videtur considerandũ pro defensione doctri.Bar.quòd vbi traditur res legata ex causa ipsius legati expressè, clarè videtur apparere de mente tradentis, ꝙ noluit recedere à causa legati, & sic retinet traditio naturã legati. Sed vbi traditur res legata simpliciter: quia talis traditio repugnat naturæ legati, quę est vt mors testatoris expectetur, non cẽsetur facta secundũ naturam ipsius legati, sed potius animo donãdi inter viuos. nã sicut donatio causa mortis trãsfertur in donationẽ inter viuos propter pactũ de non reuocãdo cõtrariũ & repugnãs ipsi donationi causa mortis.d.l. vbi ita donatur.ff. de don.cau. mor. Ita videtur, ꝙ propter factũ traditionis legati in vita testatoris simpliciter factæ, & quod factũ apertè repugnat naturæ legati, transferatur legatũ in donationem inter vi-
168 uos, cuius naturæ traditio illa cõuenit. Quia † facto nõ minus volũtas hominis declaratur, quã verbis. l.de quibus. vbi Ias.in iiij.not.ff.de legib.l.si.ff.de diuor.l.gerit.ff.de acqui. hered.l.Paulus respõdet non tantũ verbis.ff.rem rat.habe. l.reprehẽdẽda.C.de insti.& substit.c.cũ super.de offi.deleg. c.ex ore.de iis, quę fiũt à ma.par.ca. Imò fortiùs est factũ ad declarandũ volũtatẽ, quã verba.l.si tñ.§. ei qui.ff.de ædil.edict.c.dilecti.ij.de appel.facit tex.in l.ij.in fi. C.cõmu. de leg. vbi, ꝙ leges rebus impositæ sunt, nõ verbis. Ideo filiatio fortius probatur ex facto & ex tractatu, qñ quis tractatur vt filius, quã ex verbali nominatione. Bal.in l.nõ ignorat. C.qui accus.nõ pos. Dec.in consi.54. Itaq; ex facto isto traditionis rei legatæ, quod legati naturæ minimè conuenit, nõ obscurè arguitur volũtas testatoris, ꝙ voluerit rẽ legatã irreuocabiliter donare. Et hoc modo considerãdo non obstat d.l.nunquã nuda. quia procedit qñ nulla præcedit causa habilis ad transferendũ dominiũ, vt ibi dicitur. sed hic ante traditionẽ præcedit causa legati habilis ad trãslationẽ dominij mortuo testatore. Et vbi fit traditio in vita

testatoris

testatoris, præsumit lex ꝙ voluerit testator transferre legatum in donationẽ, ex quo facit actũ contrariũ naturæ legati. Et ista nota, q̃ a subtilissima nec alibi ita declarata.

¶ Præmissa doctrina Bar. ꝙ vbi † testator simpliciter tradit 169
rem legatam, transit legatum in donationem inter viuos, nec potest reuocari: limitatur vt non procedat, qñ ex tali transitu testamentũ fieret nullum: nã tunc traditio censetur facta ex causa ipsius legati, & retinet naturã eiusdẽ legati: puta pater in testamẽto reliquit aliquid filiæ pro dotibus titulo institutionis: deinde viuens filiã dotauit tradendo legatum in vita; si legatũ dotis trãseat in donationem inter viuos, filia reperitur præterita: quia instituta in sola dote data inter viuos. glo. in l. iij. §. sed vtrum. ff. de minor. vbi glo. ꝙ non sufficit filiam habere dotem inter viuos, nisi fuerit in aliquo instituta: ergo vt testamentũ sustineatur dicendũ est, quòd traditio dotis relictæ in testamẽto censeatur facta ex causa ipsius relicti, non etiã ex causa donationis. Ita declarat & limitat Paul. de Castr. in dicto consilio 393. Substitutio. libro primo. Sed contrariũ tenet idem Paulus de Castro in consilio octuagesimosexto. Dubitatio. versic. Secundò autem. dicto libro primo. Vbi, quòd viuente patre filia habet vt inter viuos, sed patrẽ mortuo ex titulo particularis institutionis. Assignat rationem: quia aliâs sequeretur absurdum, quòd liberalitas patris præuenientis solutionem aut præstationẽ legati, patri ipsi noceret, si testamentum eius infirmaretur, non enim præuenit vt testamentum infirmaret, sed vt celerius exequeretur: ideò hoc ipsi testatori prodesse debet. argu. l. sed addes. §. si quis. ibi. sed vt sibi in causa conductionis prospiceret. ff. locati. Secunda ratio assignatur per Paul. in dicto consilio octuagesimosexto. Quia, mortuo testatore † mutatur cau- 170
sa possessionis rei traditæ, nã viuo testatore possidebatur ex donatione inter viuos: quia ex titulo legati possideri non poterat. sed mortuo testatore incepit possideri ex titulo institutionis aut legati. argum. l. seruus alienus. §. qui fideicommissam. ff. de heredib. instituen. l. penultima. ff. de collat. bonor. l. fundo. ff. ad leg. Falcid. Tertiam rationem assignat Paul. quia licet legatũ aut institutio mutet conditionem quãdo præstatur in vita testatoris, quia transit in donationem: tamen fauore testamẽti, vt illud sustineatur, remanet titulus institutiõis. Sed istud, q̃d dicit Paul. vide-

tur impossibile, quòd donatio inter viuos transeat in legatum, cùm sint diuersæ & contrariæ naturæ. iuxta doctrinā Bart. in d. l. vbi ita donatur. ff. de donatione causa mort. Ex quibus rationibus Paul. de Castro in d. consil. 86. aperta resultat contrarietas eiusdem Paul. circa dicta per eum in d. consi. 393. lib. j. vbi declarat doctr. Barto. in d. l. legatum est, non procedere quando per transitum legati in donationem inter viuos resultaret nullitas testamēti. Et vult Paul. quòd tunc cēseatur traditum legatum doris ex causa legati & testamenti, non ex causa donationis inter viuos, & cōsequenter, quòd tale legatum possit reuocari. Sed in d. cōs. 86. voluit, ꝙ durāte vita testatoris cēseatur filia habere legatū sibi traditū ex donatione inter viuos, sed mortuo patre mutetur causa possidendi, & incipiat habere ex titulo institutionis, qđ tamen videtur impossibile, vt s̄. est dictū.

171 ¶Secundò considero, ꝙ Paul. de Castr. malè videtur loqui in d. consi. 393. dum dicit, † ꝙ filia instituta in sola dote dicitur præterita: per gl. in d. l. iij. §. sed vtrùm. in fi. in ver. patrimonium. ff. de mino. nam illa gl. dicit totum contrariū, quòd imò institui potest filia in sola dote, licet ad cautelā consulat, quòd fiat institutio in alio aliquo modico: puta in duodecim imperialibus. Et quòd sufficiat institui filiam in solá dote. tenet Alex. in consi. 177. lib. ij. Ias. in cons. 25. in fin. lib. j. quod procedit licet pater dotem non dederit, sed alius contemplatione patris. Alexan. in consilio 179. lib. v. Ideò videtur, quòd solida stet doctrin. Bartol. in d. l. legatū est. de lega. ij. quòd si traditur dos legata filiæ simpliciter, quòd operetur traditio donationem, nec ob id dicatur filia præterita.

172 ¶Limitatur † secundò doctri. Bart. in d. l. legatū est, vt non procedat quatenus trāslatio tituli legati aut institutionis in titulum donationis inter viuos, esset allatura damnum filiæ in dote institutæ. nam licet soluatur dos filiæ in vita patris, non tamen tollitur effectus tituli institutionis ad commodum ipsius filiæ: puta pater instituit filiā in centū pro dotibus, filiū autem vniuersaliter instituit. filius repudiat, filia vult succedere in totum per ius accrescēdi, iuxta l. j. §. si ex fundo. ff. de hered. instit. opponitur contra eam, ꝙ non potest: quia ex quo dos in qua fuit instituta, fuit soluta in vita patris, illa institutio conuersa est in donationē inter viuos. Certè talis solutio facta in vita patris ad commodum-

modum ipsius filiæ, non debet retorqueri in eius odium, vt excludatur à iure accrescendi. Ita pulchrè declarat Paulus de Castr. in d. consi. 86. Dubitatio. lib. j.

¶Ex præmissis ita declaratis infertur † ad declarationẽ, seu 173
limitationẽ vnius regulæ iuris, quæ habet, ꝙ legatum aut donatio simpliciter facta, non censetur facta animo compensandi cum debito volũtario præcedenti. l. creditorẽ. ff. de leg. ij. l. vnic. §. pro secũdo. C. de rei vxo. actio. latè Doct. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Nam istud nõ procedit in testatore donante aut simpliciter tradente rem legatam: quia censetur tradidisse animo cõpensandi cum ipso legato: ideò mortuo testatore legatũ amplius peti nõ poterit. de quo est tex. in d. l. Lucius la j. ff. de lega. ij. vbi Paul. de Cast. Tradit Coru. in consi. 230. in prin. lib. iiij. Et si dicatur legatũ præcedens, cùm sit merè voluntariũ, quare præstatio rei legatæ dicitur facta animo compensandi, & cur diuersum in præstatione rei legatæ, quàm in alio debito voluntario? Respõdeo, ꝙ ratio diuersitatis est: quia legatũ ante eius executionẽ & ante mortẽ testatoris, non potest dici debitũ, cùm possit reuocari. Ideò quando fit solutio aut præstatio rei legatæ, illa videtur facta in executionem ipsius legati, nec tunc tractatur de cõpensatione faciẽda, cum nullum præcederet debitũ in quod fieret cõpensatio.

¶Nouissimo loco tractat Crotus in hac rub. quomodò discernatur legatũ † à fideicommisso & ecõtrà. & licet Crotus 174
non dicat, ista qõ videtur cõuenire rubricæ potius quàm textui l. j. hoc eod. tit. Paul. de Cast. & Doct. de ea tractant. nam in rub. dicitur de leg. & fideicõ. j. ergo legata & fideicõmissa videntur diuersa ponderando copulã, & cuius natura est vt ponatur inter diuersa glo. in rub. ff. de iuris & facti ignor. quæ etiam diuersitas arguitur ex diuersitate nominum. l. si idem. C. de codici. Paul. de Cast. in d. l. j. fatetur quòd ista differẽtia seu diuersitas nominum inter legata & fideicõmissa videtur verbalis, quantũ ad vsum & modũ loquendi potiùs quàm substãtialis quoad effectum iuris, quia quoad effectum iuris nulla videtur inter ea differentia, cùm sint inuicẽ exequata ad omnia, nec plus iuris est in vno quàm in altero: vt dicitur in d. l. j. & in l. ij. C. commun. de legat. & declarat Paul. in dicta l. j. Et tamen Paul. non obstante ista exæquatione declarat differentiam aut diuersitatem verbalem istorum nominum legatorũ & fi-

deicommissorũ, vt legatũ dicatur quãdo verba dirigũtur ad legatariũ aut honoratum: puta lego Titio fundum, vel volo, ꝙ Titius habeat fundũ. fideicõmissum autẽ dicitur quando verba dirigũtur ad grauatũ: puta, grauo heredẽ, quòd det Titio fundum, vel velo, rogo, mãdo, opto, ꝙ heres det Titio fundũ. Alex. autem in d.l.j. dicit, ꝙ cognitio istius differentiæ nominum inter legata & fideicommissa, nõ dicitur verbalis: imò vtilis duplici respectu. Primò propter intelligentiã iurium antiquorũ, in quibus fit mentio legatorũ, & fideicommissorũ, antequàm illa inuicẽ essent adæquata. Secundò vtilis est cognitio istorum nominum propter statuta in quibus fieret mẽtio de legatis vel fideicommissis, in quibus statutis verba sunt propriè & strictè intelligenda. l.iij. §. hæc verba. ff. de nego. gest. l.j. §. si is qui nauẽ. ff. de exercit. l. cõstitutionibus. ff. ad Municip. Bart. & Doct. in l. omnes populi. in quarta q. ff. de iustitia & iure.
¶ Sed aduertendũ circa primam vtilitatẽ. Alex. quia oporteret habere ius antiquũ ante factam adęquationẽ legatorum & fideicommissorũ, quod ipsum non habemus nisi relatiuè seu per relationem Iurisconsultorũ quatenùs memoriam habent aut faciunt de tali iure antiquo. Similiter aduertendum circa secundã vtilitatẽ. quia Alex. pręsupponit vnam conclusionẽ, † ꝙ statutũ loquẽs de legato nõ habeat locum in fideicõmisso & econtrà, statutũ loquens in fideicõmisso non habeat locum in legato. Sed cõtra istam conclusionẽ fortiter facit. Nã legata & fideicõmissa ęquiparãtur per ius commune. dicta l.j. infrà eod. & dicta l.ij. C. communia de legatis. ergo videtur, quòd statutum loquens in vno ex æquiparatis trahatur ad alterum etiã in materia odiosa & correctoria. gloss. in l. quod verò. ff. de legibus. & gloss. in l. si quis seruo. in gloss. final. C. de furt. vbi Bartolus & Doctores in lege secunda. ff. de legatis primo. Bartolus & Doctores in l. Marcellus. in princip. ff. ad Trebellianum. Idem Bartolus in authentica sed cùm testator. C. ad legem Falcidiam. Iason in l. transigere. C. de transactionibus. Quod sine dubio videtur procedere, quando fit æquiparatio plurium per viam regulæ seu generaliter aut vniuersaliter, quò ad omnia vel saltem in casu de quo agitur. nam tunc lex noua correctoria disponens super vno ex æquiparatis per legem antiquam censetur disponere etiam super alio. Secus si æquiparatio non fieret per

175

ret per viam regulæ & generaliter, sed tantũ in aliqua materia: quia lex noua correctoria disponẽs super vno ex illis parificatis in alia materia non trahitur ad alterũ. l. fin. iuncta authentica quas actiones. C. de sacros. eccle. Mathesil. in tractat. extensio. Roma. in cons. 179. Amplissime Doctor. vers. Tertiò respondetur. Ias. in l. ij. ff. de iureiurando. & in auth. nouissima. C. de in officio. testam. sed legata, & fideicommissa æquiparantur per viã regulæ vniuersaliter quò ad omnia. l. j. infrà eo. ergo videtur quòd statutum loquẽs in vno procedat & in alio. Secundò hodie legata & fideicõmissa sunt facta synonima, & nomen vnius conuenit alteri. l. ij. C. communia. de legat. ergo videtur ꝙ etiam in statutis appellatione vnius veniet alterum. Et ita in terminis statuti dicit Paul. de Cast. in d. l. ij. versicu. Tertiò & vltimò. Idem in materia renunciationis, vt si quis renuntiet legato censeatur renuntiare fideicommisso, & econtrà. Bal. in cons. 46. Verba institutionis. ante finem. & in cons. seq. 47. etiam ante finem libr. ij. Ideò ista vtilitas considerata per Alexã. non videtur de iure procedere. Proinde Crotus hîc tenet, ꝙ iure isto digestorum non sit aliqua differẽtia inter legata & fideicommissa, sicut nec de iure codicis. d. l. ij. C. commun. de lega. ob id quòd ex illis verbis, ex quibus inducitur fideicommissum, inducitur & legatum per tex. in l. generali. §. j. ff. de vsufruct. legat. vbi textus appellat legatum quod relictum fuit per verbũ volo. Et tamen † verbum, volo, est aptum ad fideicõmissum, sicut verbũ rogo. 176
§. si. instit. de singulis rebus per fideic. relict. addo textum in l. & eo modo. infrà eodem. Ad idem allegat Crotus text. in l. vxorem. §. j. ff. de vsufruct. legat. Vbi testator reliquerat domum cum orto applicito libertis omnibus per verbum volo. Et tamen textus illud relictum legatum appellat. Et si dicatur in dictis iuribus legatum accipitur pro fideicommisso. Quia † legati appellatione fideicommissum continetur. l. & fideicõmissum. ff. de leg. iij. respondet Crotus quòd illud procedit capiẽdo verbum legatum in genere, sed capiendo in specie aliud est legatum, aliud fideicõmissum. l. si idem. C. de codicillis. sed verba in dubio debẽt intelligi in specie. Bartol. in l. hoc legatum. ff. de legatis iij. per illum textum. Tradit idem Bartol. in l. j. in fin. princip. ff. de edendo. Curtius Senior in consi. 40. Sed cõsidera contra Crotum. nam si verbum volo, importat fideicommissum 177

sum de sui natura.d.l.&eo modo.ff.de leg.j.§.fi.Institut.dè singulis rebus per fideicōm.relict.&in d.l.vxorem.§.j.ff.de leg.iij.& in d.l.generali.§.j.ff.de vsufruct.leg.nominatur legatum, quòd relictū est per verbum volo: ergo necessariò oportet dicere, ꝙ legatū capiatur in genere, ex quo pro-
178 latum in specie importat fideicōmissum.Et ꝙ † verbum volo propriè & in specie importet fideicōmissum; arguitur: Quia istum verbum est explicatiuum voluntatis & desiderij.vt si dicas,volo hāc rem,desidero hāc rē.sed verba significatiua desiderij testatoris significāt & importāt fideicōmissum.l.etiam hoc modo.&l.& eo modo.ff.de leg.j.¶Secundò quòd verba sui natura importantia fideicōmissum inducāt etiā legatum, adducit Crotus tex.in d.l.generali. in princ.ff.de vsufruct.legat. Vbi ex verbis ibi relatis ideò non inducitur legatū proprietatis,quia relata erāt ad honoratum:ergo si relata fuissent ad heredem,vult textus ꝙ
179 legata diceretur proprietas.Et tñ testator ibi vsus† fuerat verbò puto, apto ad fideicōmissum. d.l.etiā hoc modo.de leg.j.vbi loquitur text⁹ in verbo credo,quod idē sonat.Sed ad illū tex.respondeo dupliciter. Primò ꝙ vtitur verbo legata,negatiuè: qa verba relata erāt ad honoratū,qui prętendebat legatū deberi,& legatū esse,cū essent verba directa ad eū.Et dicit tex.legatā proprietatē nō esse, licet verba ad eū relata sint:qa sunt verba blāda aut adulatoria.sed ex hoc nō sequitur,ꝙ si verba relata essent ad heredem,& disponerēt,ꝙ illa dispositio esset legatū.Secūdò respōdeo, ꝙ ibi verbū legata,necessariò capitur tāquā genus ꝓ relicta,ex quo legatū propriè & strictè importari nō pōt per illa verba.¶Tertiò ꝙ nō sit differētia inter legata,& fideicōmissa circa modū deducēdi, & circa verba quibus quid relinquitur,sed ꝙ verba apta ad fideicōmissum adaptētur ad legatū & econtrà,adducit Crotus textū in d.l.& fideicommissum.ff.de leg.iij.vbi quòd legati appellatione fideicommissum continetur.ergo verba legati conueniunt fideicōmisso,sicut & verba fideicōmissi cōueniūt legato: vt supra dictū est.Sed respondetur ad illū textū prout proximè respōsum est secundū ipsum Crot. ꝙ ibi legatum consideratur in genere nō in specie, ꝓut discernitur à fideicōmisso ¶Quarto,ꝙ nulla sit differentia inter legata, & fideicommissa non solùm quoad effectum iuris,sed etiā nec in ipso deducēdi modo,arguit Crotus. qa si aliqua foret differentia

tia, Iuriſcõſultus in l.j.ĵ.eod. dum æquiparat inuicem legata,& fideicõmiſſa,nõ ita ſimpliciter & abſolutè adęquaſſet:ſed vſus eſſet dictione ferè, vt fecit Imperator inſtit.de dona.§.j.dum dicit,ꝙ donationes cauſa mortis legatis ferè cõnumerantur,propter aliquas inter ea differẽtias. Sed reſpõdeo ad iſtud argumẽtũ, quod Iuriſcõſultus ſimpliciter adęquauit legata, & fidecõmiſſa quoad effectum iuris poſtquã ſunt in eſſe deducta nõ in modo deducẽdi ad eſſe,
180 quia †differentia circa modũ deducendi in eſſe non videtur conſiderabilis, poſtquã effectualiter non differũt.nam de modo non curamus dũmodo habeamus effectum.l.iij. C.de inſtit.& ſubſt.ſub condit. fact. Et ea quæ conueniunt in effectu,dicũtur ſimpliciter cõuenire.l.ex ea.§.inſulã.ff. de verb.obl.l.Deo nobis.C.de epiſ.& cler.quæ iura ad hoc citat Iac.Butr.inter conſil.Freder.de Senis in conſ.276. Titius.Et ſic verum ſemper eſt , ꝙ per omnia adæquata ſunt legata fideicommiſſis,ex quo conueniunt in effectu , licet circa modum videantur differre. Addo textum meliorem in §.fi.inſtit.de iure perſona.vbi, quòd in ſeruorum conditione nulla eſt differentia: & tamẽ gl.ibi enumerat multas differentias,& reſpõdet glo.quòd illæ differentiæ non habentur in conſideratione,ex quo omnes ſunt ſerui, nec vnus in ſubſtantia eſt plus ſeruus quã alter,licet ſit differentia quoad actus & accidentia:quia aliqui habeãt militiam aliqui nõ,aliqui ſint nouicij alij veterani, alij ordinarij aliqui vicarij. Idẽ tradit gl.in l.ſi.§.quoties. ff.de publicã.Iaſ. in l.iij.§.ex contrario.ff.de acquir.poſſ. Et ſic ea quæ conueniunt in ſubſtãtia & in effectu,ſimpliciter dicuntur conuenire,licet differãt in accidentibus aut in modo. Eodem modo non ideò minùs dicẽtur legata & fideicõmiſſa adæquata,inter ſe quoad effectum iuris, licet differant in modo deducẽdi in eſſe.Nec obſtat textus in d.§.j.Inſtit.de dona.Vbi Imperator vtitur dictione ferè,propter aliquas differentias inter donationẽ cauſa mortis & legata:quia illæ differẽtiæ cõſiſtũt circa ſubſtantiã & effectũ,nedum circa modũ deducendi in eſſe,aut circa accidẽtia : vt habetur in l.ij.ĵ.eo. ¶ Quintò,ꝙ non ſit differẽtia inter legata & fideicommiſſa etiã circa verba quibus in eſſe deducuntur,adducit Crotus tex.in l.ſępè.ff.de leg.iij.vbi,quod reſtituitur fideicõmiſſario,appellatur legatũ.ſed ille text. nihil facit: quia loquitur text. qñ legatarius erat grauatus reſtituere

fidei

cõmissario.& sic appellatur legatũ respectu legatarij grauati.& ꝙ loquatur in legatario grauato, probatur: quia loquitur textus de augmẽto accedẽte rei legatæ per alluuionem ante diẽ restitutionis fideicõmissi. nam si loqueretur in legato alicui purè relicto ab herede, frustrà quæreretur an illa accessio debeatur legatario ex quo statim debetur à morte testatoris & adita hereditate. Præterea ex quo tex. loquitur de legato restituẽdo fideicõmissario, in necessariũ antecedẽs oportet præsupponere, ꝙ legatarius esset grauatus ad restitutionẽ legati. & hoc modo intelligendo prout intelligi necesse est, ille tex. retorquetur cõtra Crot. ¶ Sextò Crot. adducit text. in l. fideicõmissa. §. si quis dec. ff. de leg. iij. vbi textus relicta per fideicõmissum legata appellat. sed certè non obscurè apparet in illo textu, ꝙ verbũ legata, capitur in genere pro relictis. patet quia in specie loquẽdo semper vsus fuerit Iuriscōsult⁹ verbo fideicõmissum. ¶ Præterea aliud videt, ꝙ fideicõmissum legatũ possit appellari, aliud an inducatur in esse per illa verba quibus legatũ deducitur. nam legatũ dicitur donatio causa mortis: & tamen circa deductionẽ in esse aliter vnũ inducitur
181 & aliter aliud. ¶ Tertiò † respõdeo, quòd differẽtia inter legata & fideicõmissa fuit sublata etiã quò ad nomen: ita hodie dicuntur sinonima: secundum Paul. de Cast. hic, & sic nomen vnius est attributũ alteri vicissim & mutuo, & isto respectu dici potest, ꝙ sint adæquata, etiã circa modũ deducendi in esse effectualiter: tamen non restat quin verbaliter aut nominaliter diuersa sit deductio in esse. Ideò dicit Paulus quòd ista differẽtia videtur potiùs verbalis. Pro dicto Pau. de Castr. quòd legatũ & fideicõmissum dicãtur sinonima: adduco Bal. in cons. 46. Verba institutionis. ante finem, in cons. seq. etiam ante finem, lib. j. vbi propterea renũciatio facta de hereditate exceptis legatis, includit fideicommissum, vt etiam fideicõmissum censeatur reseruatum. & similiter renuntians legato dicitur renuntiare fideicommisso, si aliter de mente non cõstet. quia ista dicuntur sinonima. Ex quib⁹ vides ꝙ Cro. totus in hoc fuit vt ostenderet hanc differentiã legatorũ & fideicõmissorum circa modũ deducẽdi in esse omninò inutilem fore, & ꝙ non omninò sit differẽtia inter ea etiã quò ad modũ deducẽdi & hoc fecit Crot. videns varietates Docto. circa istã differentiam quò ad modum deducendi in esse, sed vides con-
futat.

futata Croti argumenta. Præterea si idem esset modus deducendi in esse in vtrisque, quare Iuriscõsulti in locis tam multis dicerent relinquit per fideicommissum, vel legauit: nam ista diuersitas verborum arguit quòd nõ sint eadem. d.l.si idem. C.de codicillis. ¶ Sed dicet aliquis † quorsum at 182
tinet tractare an differãt legata & fideicõmissa quò ad modum deducendi in esse si vbi sunt in esse deducta nihil differunt, sed per omnia adæquãtur in tantũ quòd virtute talis adæquationis statutũ aut lex noua loquens in vno locũ haberet & in altero: vt s.est dictum. Dico quòd vtilitas cõsiderari potest circa inuestigationẽ eiusmodi, si statutum loqueretur de legatis aut fideicõmissis taxatiuè: puta de legatis tantũ vel de fideicõmissis tantũ: quia tunc statutum loquẽs in vno ex æquiparatis non traheretur ad alterum. Bald. post Guliel. de Cune. & Cynũ. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. ecclesi. sequitur Alexand. in consi. 171. lib. vij. Sed ista vtilitas videtur periculosa & contra textum in authen. in successione. in verb. sola. iũcta glos. ibi. C. de suis & legiti. vbi adoptiui includuntur non obstante taxatiua. quia æquiparantur naturalibus. nisi dicas quòd illa taxatiua non ponitur ad exclusionem aliquorum, imò ad inclusionem, vt includat etiam fœminas & emancipatos. Ideò non debet operari contrarium effectum exclusionis. l. ea lege. ff. locati. ¶ Secunda etiam vtilitas posita per dictum Alexand. videtur considerabilis. Nam quando fit mentio de iure antiquo disponente super legatis: non posset haberi notitia ipsius iuris antiqui relati, nisi sciatur in quo differant legata à fideicommissis circa modum deducendi in esse. ¶ Itaque videndum est, † quando dicatur legari & 183
quando fideicommitti. in hac difficultate tres feruntur opiniones. vna Imol. quam reprobat Alexã. tanquàm de re clara. altera Pau. de Cast. quòd legatũ dicitur quando verba diriguntur ad legatarium aut honoratum: puta Titio lego fundum, vel volo quòd Titius habeat fundum. fideicommissum autem dicitur quando verba diriguntur ad grauatum: puta grauo hæredem ad dandum Titio fundũ, vel volo quòd heres det Titio fundum. pro Paul. opinione Alexandr. allegat. text. in §. pen. & fin. institut. de singul. rebus per fideicom. relict. & instit. de fideicommi. heredit. in prin. Sed contra Pau. de Cast. arguit. Alex. in dicta l. prima. infrà eod. Primò de regula illa generali, quòd nõ attendi-

tur

tur ad quẽ verba referãtur, sed ad quẽ dirigatur effectus. l.miles ad sororẽ.in prin.& l.cùm pater. §. donationis.ff.de leg.ij.Ideò, cõsiderato effectu, qui dirigitur ad cõmodum honorati, videretur ꝙ semper dicatur legatũ nõ fideicommissum. Sed ad istud argumẽtũ respõdetur, ꝙ procedit respectu ipsius effectus, id est, vt sciatur cui acquiratur cõmodũ seu ad quẽ pertineat effectus dispositionis, sed non respectu denominationis actus, quæ denominatio fit à ꝓprietate verborũ qñ effectus nõ repugnat verbis, vt supra dixi nu.109.facit text.in l.nõ aliter.ff.de leg.iij.Secũdo cõtra Pau.de Cast.adducit Alex.text.in l.Titia cũ testamẽto. §.j.ff.de leg.ij vbi verba nõ precaria dirigũtur ad honoratũ, & tñ dicitur fideicõmissum. Nam ibi testator voluit ꝙ filius & filia heredes scripti acciperẽt à seipsis certa prędia cũ suis impositionibus, quod verbũ impositionibus declaratur in l.ij.§.j.ff.de fundo instruct.deciditur ꝙ vtriq; cõpetit integrũ prædium relictũ, nec tenetur fideicõ missarius soluere partẽ pretij cohęredi, & sic tex.appellat fideicõmissarium honoratũ, ad quẽ verba directa fuerũt. Stringo fortius illũ tex.vltra Alex.nã ibi data erat facultas honorato capiẽdi relictũ propria authoritate, ob id nõ poterat dici grauatus coheres de aliquid præstãdo, & tamẽ honoratus fideicõmissarius nũcupatur. Sed respõdeo ad illum text. ꝙ ibi testator vsus fuit verbo volo, quod fideicommisso aprius cõuenit, vt suprà dictũ est per l.& eo modo.ff.de leg. j.§.fi. Insti.de singu.reb.per fideicõ.relict.ideò inspecta natura ipsius verbi nõ persona ad quã refertur, fideicõmissum appellatur. pro hoc qđ scribit Dec.in l.quotiẽs idẽ ser-
184 mo.ff.de reg.iur.vbi † ꝙ verba debent intelligi potiùs secundum naturã actus, quam secundum qualitatem personæ facientis.& dicit hoc colligi ex dictis Ant.de But.in c. si pro debilitate. vbi Barb.de offi.de leg. Similiter denominatio actus fit secundum naturã ipsius actus. quia cui conuenit natura actus, cõuenit, & eius species. Ideò quia de natura emptionis est, ꝙ perfecto contractu periculum rei transeat ad emptorẽ, si fiat pactum quòd periculum pertineat ad accipientẽ, dicitur cõtractus emptionis habita denominatione à natura ipsius actus. Bal.in l.cũ dotẽ.ꝑ illũ text.C.de iure dotiũ.Soc.autem hìc dicit se dupliciter respondere ad illum text. & tamen vnicã tantùm responsionem videtur dare, quòd in d.l. Titia cùm testamẽto.§.j.ff. deicom

deicommissum capiatur largo modo pro legato.l.& legatum.ff.de leg.iij.qui text.non videtur ad rem facere.nā dicit,ꝙ appellatione legati continetur fideicōmissum & donatio causa mortis.ratio: quia significatio verbi lego, valdè est generalis.l.verbis legis.ff.de ver.signi.Sed non dicit ille text.ꝙ appellatione fideicōmissi veniat legatum propriè nec impropriè aut largè.Secundam autē solutionem ad illum tex.ponit Soci.in fin.rubri.de qua.j.dico.nu.159.versi.Ideò alio modo.vbi illum impugno.¶Tertiò contra Pau.de Castr.arguit Alex.dicendo,ꝙ iura æquiuocè vtuntur istis verbis legata,& fideicōmissa: vt in d.l.Titia cùm testamento.§.j.ff.de lega.ij.l.si cui legetur.§.fi.cum glos.infrà eo.l.& fideicommissum.ff.de lega.iij.sed certè idem dixit ipse Paulus dum voluit sublatam esse differentiam legatorum & fideicommissorum etiam quò ad nomina & ꝙ synonima facta sunt per adæquationem,ob id ꝙ ista differentia videtur verbalis.sed vt dixi suprà,licet vnum contineatur sub altero,non restat quominùs sint diuersa nomina,& quominùs differant verba iter.nam ꝙ vnum contineatur sub altero,non est ex proprietate verbi,sed propter adæquationem factam.¶Quartò loco Alexander in hac verbali differentia inter legata,& fideicommissa tandem amplectitur opinionem Paul.de Castr.ꝙ dicantur legata quando diriguntur verba ad honoratum,fideicommissa autem quando diriguntur verba ad grauatum.& pro opinione Pauli adducit Alex.text.in §.pen.& fin.Instit.de singu.reb.per fideicom.relic.vbi fit differentia an verba donationis libertatis referantur ad seruum vel ad heredem. quia si seruo immediatè libertas relinquitur,ita ꝙ ab alio manumitti eum non rogat,illam consequitur à seipso,nec efficitur libertus heredis:secùs si referatur datio libertatis ad heredem.quia tunc cōpetit libertas per fideicōmissum, & efficitur seruus libertus heredis,& sic vult ille textus, ꝙ tunc dicatur fideicommissaria libertas,quando alius rogatur manumittere,vbi autē alius non rogatur,manumittere nō dicatur fideicōmissaria libertas,sed legata aut directa.¶Sed aduerte circa illum text.quia non vr̄ probare ꝙ ex sola relatione aut directione verborū arguatur diuersitas inter legatum & fideicommissum,sed considerato effectu.q2 si honoratus cōsequitur relictū de manu alterius, erit fideicōmissum: si verò à seipso,erit legatum.& tn̄ le-

legatum regulariter capitur de manu heredis.dict.l.Titia cum testamento.§.j.ff.de lega.ij.l.non est dubiũ.C.de lega. Ergo semp legatũ dicetur fideicõmissum,licet dirigantur verba ad legatariũ ex quo ab herede prestandũ est.§ j.insti de lega.Prætereà quid refert dirigãtur verba ad legatarium aut ad grauatũ,si semper capiendum sit legatum de manu heredis? Vel aliter rñdeo ad illũ text.ꝙ loquitur in legato libertatis,quod etiam hodie differt à fideicõmisso libertatis:vt j.videbimus,propter ius patronatus.sed in aliis casibus in quibus cessat differẽtia inter legata & fideicõmissa,non vr̃ attendendũ ad quẽ verba referãtur. & sic ista differentia considerata per Alex.vr̃ particularis quoad vnum effectũ,vt sciatur,an legatarius possit capere rẽ legatam sine facto heredis,sed vbi factũ heredis necessariũ sit,qũo tũc dignoscatur legatum à fideicõmisso,hoc opus hic labor est.¶Secundò pro opinione Pau de Cast.adducit
185 Alex.ꝙ in simili dicitur ad sciendũ an verba†substitutionis dicantur directa vel obliqua.nã inspicitur persona ad quam referuntur.quia si referũtur ad honoratũ,vt possit capere à seipso non de manu alterius,dicuntur directa:si autẽ referantur ad grauatũ,de cuius manu oporteat accipere,dicuntur obliqua.l.eam quã.cum gl.in verb.directis. C de fideic.Bar.post gl.in l.ij.in prin.C.cõmu.de lega.plenè idem Bar.in l.centurio.in vlti.quæstio.ff.de vulg.addo Bar. in d.l.Titia cũ testamẽto.§.Lucius.ff.de lega.ij.bonus tex. in d.§.pen.insti.de singu.reb.per fideicom.relict.Sed istud fundamentum Alex.non placet.quia vt s̃.dictũ est,sequeretur,ꝙ vbi legatum præstandum est ab herede,legatum dici non posset,sed tantùm fideicõmissum.& tamen legati natura est,ꝙ præstetur ab herede:vt patet ex eius diffinitione d.§ j.insti.de lega.ij.sequeretur ꝙ vbi diriguntur verba ad legatarium,capi posset legatum propria authoritate & à seipso : quia aliàs ista directio verborũ ad legatariũ nihil operatur:vt s̃.proximè dictum est ¶Ex præmissis vides opinionem Paul.de Castr.comprobatam per Alex.in tuto nõ esse.Eandem Paul opinionem reprobat Cumanus per tex.in l.si ita scriptum fuerit.in prin.ff.de manumis.testamen.vbi verba diriguntur ad heredem.& grauatur heres de præstando relictum,& tamen appellatur legatum. idem probatur in l.damnas.in prin.ff.de vsufruct.lega.sed ad ista iura Cuma.potest respondere ꝙ significatio legati est la

est latissima, cõprehẽdens etiã institutiones nedũ fideicõmissa.l.verbis legis.ff.de ver.signi.non est igitur mirùm si quod fideicommissum est, legatũ appellatur. quia in legato vtique fideicommissum continetur, capiendo verbũ lego, in genere & in lata significatione. Ad idem cõtra Paul. adducit Soci.tex.in §.j.Instit.de legat.vbi referuntur quatuor modi legandi, quibus antiquitas vtebatur: & tamẽ in duobus modis verba diriguntur ad heredẽ videlicet, per damnationem & sinendi modũ. sed ad istud quod dicitur de sinendi modo rñdeo, ꝙ verba nõ sonant in grauamen heredis vt det, imò potiùs referuntur ad honoratũ vt ipse percipiat, ad heredem autẽ dirigitur sermo in eo quod tacitè inerat vt permittat aut legatariũ patiatur rem legatã habere, aut eã percipere, & sic potiùs dari vr̃ potestas legatario capiendi legatũ propria authoritate prohibendo heredi ne id ipsum impediat, magis autẽ vrget tex.dũ appellat legatũ quod fit per damnationẽ, sed potest dici quod dicatur legatum secundum latam eius significationem. de qua in d.l.verbis legis.ff.de verb.signifi. sicut etiam largè videtur capi in d.l.damnas.ff.de vsufru.leg. Sed cõtra doctrinam & distinctionem Pau.de Cast. videtur glo.in l.ij.in prin.in gl.j.C.commu.de lega.vbi glo.vult totum contrarium, † quòd verba directa legati dicuntur quæ referuntur ad heredem grauatum: obliqua autem aut nõ directa 186
quæ referuntur ad honoratum. per l.miles ad sororem. in princ.& l.cùm pater.§.donationis.ff.de lega.ij.vbi dicitur fideicommissum. quia verba nõ sunt directa ad heredem: cùm heres institutus non esset. Paulus tamen de Castr. in d.l.ij.in prin.intelligit gl.quod verba directa dicuntur relata ad grauatum. quando sunt præceptiua vt iubeo, sed nimium restringit gl. ¶Ex præmissis infertur opinio Paul. de Castr. vndique impugnata. Ideò secũda fuit opinio Cumana circa differentiam legatorum, & fideicommissorum. nam Cumanus tradit aliam doctrinam dicens, quòd aut verba relata ad heredem sunt deprecatiua, & erit fideicõmissum: aut sunt præceptiua vel imperatiua, vt mando & iubeo, & erit legatum. vbi verò referuntur verba ad honoratum, dicatur legatũ, siue verba sint præceptiua siue deprecatiua. ex quo fidei heredis nihil committitur. quæ doctrina † videtur probari in l.etiam hoc modo.& in l.& hoc 187
modo.j.eo.& in §.final.institu.de singu.reb.per fideicom-

deicōmissi,quæ ipsa oīa sunt deprecatiua cupio,opto,exigo,desidero,volo,credo,scio. Probatur etiam in l.ij.in ver. iubeo.iūcta gl.C.cōmu.de leg.in l.damnas esto.in prin.ff. de vsufru.lega.insti.de lega.§.j.in verbo sinendi modo.vbi inter modos legandi ponitur modus præceptiuus relatus ad heredem grauatum.Idē probatur in §.sed & tale. Instituta eo.tit.& Insti.de fideic.heredit.in prin.vbi,ꝙ fideicommissa cōmittebantur fidei heredis,nec testator præcipiebat:ergo qñ testator præcipiebat non erat fideicōmissum sed legatum.quæ iura ad hoc citat Socin.hîc. ¶Sed contra Cumanum tenet Alexand.in d.l.j.infrà eodem.vbi contra
188 Cumanum adducit †tex.cum gl.in l.peto.in prin.ff.de lega.ij.& in §.fi.insti.de singu.reb.per fideicō.relict.vbi verbum peto,inducit fideicommissum:& tamen verbū peto, dicitur præceptiuum aut imperatiuum:secundum gl.magnam in d.l.peto.in prin.Sed Soci.hîc dicit,ꝙ imò verbum peto,dicitur deprecatiuum:per tex.in d.§.fi.insti.de singu. reb.per fideicom.relict.vbi,ꝙ fideicommissum inducitur ex illis verbis peto,volo,rogo,&c. & ꝙ tantùm significat vnum ex illis verbis,quantùm omnia simul congesta. Sed verb.rogo,opto,dicitur deprecatiuum :ergo etiam verbū peto. Sed ista inductio Soci.non videtur obstare.quia non sequitur tantùm significant singula illa verba quantùm omnia simul collecta:ergo verbum peto,dicitur deprecatiuum.quia verum est,ꝙ singula illa verba per se possunt significare aut importare fideicommissum : & tñ non omnia sint deprecatiua : & si verba deprecatiua possunt importare fideicommissum:à fortiori videtur ꝙ idē præstare aut efficere possint verba præceptiua,& sic bene fateor,ꝙ singula illa verba sunt eiusdem potentiæ quò ad effectum fideicommissi:sed per hoc non infertur, ꝙ omnia sint deprecatiua. Nam sensus illius text. videtur, ꝙ licet geminatio verborum soleat operari.l.Balista.ff.ad Trebell.tamen istud non procedit quando inculcantur aut geminantur verba ad eundem sensum. quia tex.in hoc addendus videtur ad gl.& doctor.in l.certi condictio.in prin.ff.si cer.petdum meminit de inculcatione verborum. Rursus contra istam responsionem Soci.adduco text.in d.l.ij.C.commu. de lega.vbi textus promiscuè ponit verba præceptiua & deprecatiua dicendo ex eis induci legatum, vel fideicommissum:

missum:ergo videtur velle, ꝙ etiam ex verbis præceptiuis relatis ad heredem inducatur fideicõmissum. Prætereà Socin. in sua responsione solùm impugnat glo. in d.l. peto. ꝙ imò verbum peto, non sit præceptiuum, & tamen non rñdet Soci. ad l. generali. in prin. ff. de vsufr. lega. per quam legem mota fuit gl. ad dicendum, ꝙ verbum pero, sit præceptiuum. quia si deprecatiuũ, ex eo non videtur induci fideicommissum quando refertur ad honoratum: vt d.l. generali. Ideò alio modo respondet Soci. ad dictam l. peto. ꝙ licet verba ibi videantur relata ad honoratum quò ad superficiem. Tamen virtualiter & effectualiter dicuntur directa ad grauatum, & virtualiter important, ꝙ cẽtum aurei relicti petantur ab herede. nimirùm si inducitur fideicommissum. Sed ista rñsio Soci. ad illum tex. nihil facit. q a ea attenta sequeretur, ꝙ semper esset fideicommissum. nõ legatũ. quia verba grauaminis virtualiter & effectualiter semper referuntur ad heredẽ, qui ipse censetur grauatus. d.l. si seruus legatus. §. qui margaritam. ĩ. eod. & sic contra doctrinam Cuman. videtur obstare tex. d.l. peto. allegatus per Alex. Proindè vltra Soci. dico ꝙ imò verbum peto, dicitur deprecatiuum. nam hoc apparet etiam ex ipso communi vsu loquẽdi. nam etiam inferior à principe q d petit cui tñ præcipere non potest. Similiter actor petit in iudicio, qui tñ iudicibus non imperare potest. & dictum illud euangelij, Petite, & dabitur vobis. petite, id est, rogate. nec obstat tex. in d.l. generali. quia ibi non erant verba deprecatiua, sed blanda aut adulatoria, ex quibus nõ inducitur fideicommissum, quando diriguntur ad honoratum.

¶ Secundò contra Cumanum adducit Alexã. tex. in d.l. Titia cùm testamento. §. j. ff. de lega. ij. vbi verba erãt dispositiua non precaria, & (quod ampliùs est) relata ad honoratum: & tñ inducitur fideicommissum. Ad illum tex. respondet Soci. hic duobus modis. Primò ꝙ fideicommissum capitur ibi largè & impropriè: quia propriè dicitur legatum: sed quia à proprietate verborum in dubio non est recedẽdum: ideò Soci. dat alteram solutionẽ, ꝙ ibi verba in effectu dicuntur directa ad grauatum. quia testator voluit, ꝙ filia instituta acciperet legatũ à seipsa: sed ipsa erat heres: ergo ꝙ acciperet ab herede, & sic per viam obliquam. Nõ possum non admodũ mirari qũo potuerit tantus vir dicere cõtra verba tex. expressa. si enim voluit testator, ꝙ acci-

peret filia legatum à seipsa: ergo nō ab alio, & via obliqua, sed directa. Nec obstat, ꝙ ipsa filia erat heres: quia dico, ꝙ erat heres pro parte tantùm, & pro illa legatum nō valet. Sed quæstio est respectu portionis coheredis in qua filia heres non dicitur, sed merè legataria respectu fundi legati pro parte cohæredis, & tñ accipit filia legatum à seipsa nō de manu cohæredis etiā pro parte ipsius cohæredis, & tñ illud dicitur fideicōmissum. Prætereà Soci. facit istā conse quētiam, filia potest fideicōmissum accipere à seipsa: ergo grauatur dare sibi ipsi, & in effectu verba referūtur ad heredem grauatum. nā istud est impossibile, ꝙ heres censeatur grauatus, aut ꝙ grauari possit erga seipsum: quia hoc modo idē esset creditor & debitor sui ipsius contra l. Vranius. ff. de fideius. Ideò text. in d. l. Titia. §. j. fortiter vrgere videtur cōtra Cuma. dum voluit, ꝙ vbi verba dirigūtur ad honoratum, nunquam dicatur fideicōmissum, licet verba precaria sint, ex quo fidei heredis nihil cōmittitur. & sic, ꝙ vbi verba diriguntur ad honoratum, nulla differētia sit an verba sint præceptiua, vel deprecatiua, sed differentia inter verba præceptiua, & deprecatiua fiat quotiens diriguntur verba ad grauatū. quā etiam Cuma. doct. sequitur Ripa hìc, & Ias. in l. j. ĵ. eo. Quid tenendum aut dicendū in hoc subtili & difficili articulo? puto cōsiderandos tres casus. Primus casus est, qñ verba precatiua referūtur ad grauatum, sine dubio dicatur fideicōmissum: quia heredi non præcipitur quoad verba, vt aliquid det, sed rogatur. & sic fidei eius cōmittitur. & iste casus positus vr̃ extra omnē dubitationem. ¶ Secundus casus est qñ verba precatiua diriguntur ad honoratū & isto casu ꝟm Cuma. Soci. & Ripam vr̃ legatum non fideicommissum: quia fidei heredis nihil cōmittitur. Sed mihi videtur, ꝙ sit fideicōmissum: quia licet expresse testator non cōmittat fidei heredis: vt relictū præstet honorato, tacitè tñ & virtualiter cōmittit. & sicut relictum sit honorato precatiuis verbis, ita verbis precatiuis cēseatur cōmissum heredi legatū, vt præstet, ne subaudiatur tacitū grauamē potētius expresso relicto, ꝙ heres censeatur iussus præstare. l. cùm quid. ff. si cer. peta. l. qui ad certum. ff. locati. & ita in hoc secūdo casu teneo cōtra Cu-
189 ma. Soci. & Ripam, † ꝙ vbi verba sunt rogatiua inducatur fideicōmissum ad quencunque illa dirigantur, siue ad grauatum siue ad honoratū. Et iste secūdus casus vltra rationem

nem prædictã videtur probari in d l.Titia cũ testamento. §.j.ff.de leg.ij.nã ibi relictum fuit per verbũ volo, directũ ad honoratum,quod videtur deprecatiuum vt s̃.dictũ est, & appellatur fideicõmissum,licet Ias.in d.l.j.J̃.eo.post Alexand.ibi teneat,ꝙ verbum volo,non sit precarium.sed de Iaso.curandum non est;quia contrarium, ꝙ imo verbum volo,dicatur precarium voluit idem Ias.in l.quoniam indignum.C.de test.pro quo etiam adducit tex.in argu.in l. quidam Hiberus.ff.de serui.vrba.præd.Idem videtur probari in d.l.peto.in prin.eo.tit.tenendo,ꝙ verbum peto,dicatur deprecatiuum,quod verius videtur. † nam si verbũ 190
mando,dicitur deprecatiuum non præceptiuũ.l.ij.in prin. vbi Ias.in primo not.C.commu.de leg.Alex.in d.l.j.versic. dicetis istud videtur. J̃.eo.quanto magis dicẽdum erit deprecatiuum verbum peto,quicquid aliter dixerit gl.in d.l. peto.& Alex.in d.l.j.nam pauper audebit pecuniam petere à diuite nomine eleemosinæ, sed non mandabit diuiti vt largiatur.& sic verbum mando,magis sonat in præceptũ, quàm verbum peto.& si mando verbum, præceptum non significat,multò minùs verbum peto,de quo etiam latiùs ante diximus. ¶ Tertius casus est,quando fit relictum verbis præceptiuis,& isto casu dicitur legatum non fideicom missum,licet dirigantur verba ad grauatũ:quia fidei grauati nihil committitur:imò illi præcisè iubetur, & præcipitur.Nam fideicommissum dicitur,quando citra præceptum testator de herede confisus fidei eius mandat eũ rogando.Et iste tertius casus probari videtur in d.l.ij.in ver. iubeo.iuncta gl.C.commu.de leg.in l.damnas.ff.de vsufr. leg.& in aliis iuribus adductis per Soci.hîc.& istũ tertium casum tenent Soc.Cuma.& Ripa hîc.Sed contrariũ tenent Pau.de Castr.& Alex.in d.l.j.J̃.eo.dum volunt induci fideicommissum,quãdo verba etiam præceptiua dirigũtur ad grauatum.Sed malè videntur sentire.Nã qui pręcipit,non simpliciter fidei alterius cõmittit.& similis vr̃ præcipiens creditori,qui fidẽ debitoris nõ secutus eũ per instrumẽtũ publicum obligari voluit,ne posset à fide recedere, & ista sunt notãda:qa nõ ita alibi declarata.Finis huius rubricæ erit in qõne,quã hîc tractat Iac.Nigri.nu.20.& seq. † an ap 191
pellatione legati veniat institutio,seu an ꝓhibitio legãdi extẽdatur ad institutionẽ:puta stat statutũ,ꝙ maritus habens filios nõ possit aliq̃d vxori legare,an possit vxor hæ-

res institui? Cor.in consi.185.lib.j.tenet non fieri extensionem ad institutionem, per rationes de quibus per eũ ibi. ¶Contrarium tenet Nigeri: quia tale statutum dicitur fauorabile, editum fauore liberorum. Ideò in materia fauorabili verbum lego, comprehendit institutionem. l.filium. §.sed si portio. iuncta.l.j.ff.de leg.præst.vbi cõtratabulato testamento per emancipatum conseruantur legata. Et tñ in d.§.sed si portio. dicitur, ꝙ conseruatur etiam institutio facta coniunctis personis, de quibus ibi. Et sic legatũ trahitur ad institutionem, saltem per extẽsionem in materia fauorabili. Sed istud fundamentum Nigri non videtur bonum. quia in d.§.sed si portio. materia est fauorabilis: quia agitur de conseruando voluntatem testatoris. sed in casu Cor. materia dicitur odiosa, in qua agitur de cõtraueniendo voluntati testatoris. Et licet statutũ dicatur fauorabile ex parte liberorum: est tamen odiosum ex parte prohibiti. Sicut dicitur in statuto excludẽte fœminas propter masculos agnatos. Nam licet dicatur fauorabile ex parte masculorum editum principaliter in fauorem agnationis, vt familiæ conseruentur non in odium fœminarũ, quæ nihil admiserunt, cur odio dignæ videantur. Tamen quia ipsis fœminis est odiosum, strictè in eo proceditur, ob id non extenditur ad bona sita extra territorium statuẽtium. Bar. & doct. in l.j.in fi.sextæ q.C.de sum.tri.& fide cathol. Alex. in consi.16.in consi.128.in prin.lib.j.in consi.7.ver.pro hoc etiam facit; quia dictum statutum. in consi.115.versi.& prędicta maximè procedere debent.lib.ij. Dec.in l.si quis nec causam.in iij. no.ff.si cert.pet.& alibi sæpissimè Doct. ¶Sed
192 ex alio nõ placet † opinio Cor. quia nisi statutum trahatur ad institutionem, sequeretur absurdum, ꝙ maritus prohibitus relinquere partem vxori, legando posset totũ relinquere per viam institutionis. nam legata resecantur per Falc. secùs in institutione. Proinde ne sequatur absurdum fieri debet extensio etiam in materia odiosa, correctoria, imò & pœnali. Ideò statutum prohibens ire de nocte cum lumine, multò fortiùs cẽsetur prohibere sine lumine. Rursus si prohibet portari bladum extra comitatum cum asinis, multò fortiùs cum bobus. quia alias contineret statutũ absurditatem. Bal in consi.365. Statutorum scripta.lib.iiij. Tradit Alex.in cõsi.216.versi.item ĩñ deo, ꝙ etiam vbi.lib. ij.latè Corn.in consi.188.libr.ij.vbi, ꝙ statutum excludens
matrem

matrem propter fratres patrueles vel consobrinos, à fortiori censetur excludere propter patruum proximiorem. Et quòd fiat extensio in materia correctoria ratione vitandæ absurditatis, tradit Ias. in authen. quas actiones. versic. quinto, & vltimo fallit. C. de sacrosanc. eccle. ¶ Secundò contra Cor. facit: quia nisi trahatur statutum ad institutionem, de facili fiet elusorium. Nam mariti videntes se non posse legare, instituent aut vniuersaliter aut particulariter: sed ne statutum fiat elusorium fieri debet extensio, etiam in pœnalibus. l. j. §. pecuniam. ff. de calum. c. si ciuitas. de sen. excom. lib. vj. cum simil. de quibus suprà nume. 30.

Impositus est finis huic rubricæ in studio magnifico Ferrariæ sub festum sanctæ Luciæ. 1548.

REPETITIONIS RVBRICÆ De lega. primo, Authore Aymone Crauetta,

FINIS.

INDEX RERVM, VERBORVM ET SENTENTIARVM SINGVLARIVM IN AYMONIS

Crauettæ Tractat.de Antiquitatibus Temporum: Quæstio.super Statuto Ferrariensi de Indemnitatibus mulierum, & Repetit.Rubric.de Legat.primo.

***

De litera A.

De litera B.

De litera C.

Disposi

De litera E.

De litera F.

Feudum

ciuitates

De litera L.

require

De litera N.

De litera O.

De litera P.

Papæ

Præscri

Præscri

De litera Q.

De litera R.

De litera S.

Pro qua

Statu

De litera T.

De litera V.

Verba

FINIS.

Regestum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q
R S T V.




calibrite
colorchecker CLASSIC
mm